

MANUALE
pharmaceuticum

seu

Promptuarium,

quo et praecepta notatu digna pharmacopoearum variarum et ea, quae ad paranda medicamenta in pharmacopoeas usitatas non recepta sunt, atque etiam complura adjumenta et subsidia operis pharmaceutici continentur.

Scripsit

Dr. **H. Hager,**

Pharmacopola.

Volumen primum.

Editio tertia prioribus auctior atque emendatior.

LESNAE.

Sumptibus et typis Ernesti Günther.

MDCCCLXVI.

1866

Cautum est, ne liber auctore redemptoreque invitis in peregrinas linguas transferatur.



Praefatio ad editionem primam.

Edituro mihi hoc Manuale, cujus argumentum fere novum est, pauca praefari liceat, ex quibus legentes cognoscant, quid mihi in libro scribendo propositum fuerit.

Est haec consuetudo omnium, qui studio pharmaceutico operam dant, ut tirones, ubi primum in officina pharmaceutica ipsum opus exercere coeperint, libellum conficiant, in quo praecepta varia ad substantias et compositiones, quae vel ad pharmaciam, vel ad medicinam, chemicam, technicam, denique ad oeconomicam pertinent, sua manu perscribant. Quam quidem operam utilem sane et fructuosam judicabis. Non solum enim ea re studium et solertia alitur, sed providetur etiam usui futuro. Ubique enim, praesertim in oppidis minoribus, haud rarus est numerus eorum, qui a pharmacopola non modo medicinam, sed etiam subsidia varia chemica et technica postulant, quorum formulas tiro in libro suo manu scripto in promptu habere consuevit. Verumtamen illa manualia nec satis ampla, nec bene digesta aut ordinata sunt. Itaque operae pretium esse videbatur, Manuale copiosius edere, quo praecepta quam plurima suo loco et ordine collecta continerentur.

Accedit quod proximis his viginti quinque annis numerus medicamentorum eorum, quae in pharmacopoeas ob varias causas recepta quidem non sunt, sed usitata et venalia sunt, admodum auctus est. Quibus quoniam carere pharmacopoeus nullus poterit, Manuale amplius, quo praecepta et formulae ad medicamenta illa paranda contineantur, jure desideratur.

Sunt etiam aliae causae, quibus commovebar, ut hoc quasi Promptuarium pharmaceuticum componerem. Recentiore enim tempore, sive pharmacopoea Gallica, sive medicis quibusdam praeeuntibus, etiam in Germania usu venit, ut medicamentorum componendorum et formandorum quaedam quasi elegantior ratio iniretur. Haud enim raro fiebat, ut aegroti medicamenta quaedam aut propter saporem male gratum respuerent, aut propter formam non acceptam cum taedio quodam sumerent. Neque deerant homines elegantiores, qui externa forma medicamentorum parum grata offenderentur. Itaque opera eorum non improbanda videbitur, qui vel

formulis aptius concinnandis palato inserviunt, vel forma speciosiore oculis blandiuntur. Elegantiores hi pharmacopolae etsi a tristioribus istis vociferatoribus, quales in minoribus fere oppidis reperiuntur, vanorum hominum et nugatorum nomine notantur, tamen eorum omnium, qui, quid artium et humanitatis progressus requirant, intelligunt assensum et comprobationem tulerunt. Itaque non alienum mihi videbatur, praecipua elegantioris pharmacopoeae praecepta colligere, collecta huic Manuali inserere.

Alia causa, qua ad hunc librum scribendum perductus sum, haec est. Ut enim vulgus hominum obscura et ignota sectari et cupide arripere solet, ita recentiore potissimum tempore plurimi exstiterunt, qui arcanis, quae dicuntur, excogitandis indulgere et ex vulgi credulitate fructum percipere conarentur. Ejusmodi medicamenta plerumque cum clamore quodam circumferuntur, atque etiam magistratuum vel medicorum testimoniis commendantur, ex qua re pharmacopolae magna detrimenta facere solent. Huic malo nulla re melius occurritur, quam si arcanorum usitatissimorum compositiones investigantur et aptioribus formulis concinnatae iis, qui ea adhibere volunt, cognoscendae proponuntur. Itaque etiam huic Manuali complura praecepta ad arcana illa constituenda inserta sunt.

Denique pharmacopola et in laboratorio et in dispensatorio multis rebus eget aut plane necessariis aut opus pharmaceuticum adjuvantibus, praesertim cum illae in officina saepe postulentur. Praecepta nonnulla huc spectantia etsi vel doctrina vel scriptis formulis tradi solent, tamen utilius videbatur plurima eorum bene composita et collecta ad usum publicum proponere, id quod in hoc Manuali factum est.

Jure igitur affirmare nobis videmur, esse hoc manuale quoddam Enchiridion, quo varia promptuaria manu scripta comprehendantur.

Ipse usus Manualis quo commodior esset, non modo uberrimus Index annexus est, sed praecepta et compositiones plerumque litterarum ordine exhibitae sunt, paucis quibusdam exceptis, ubi satius videbatur, similia certis capitibus comprehendere. Huc pertinent:

Conservamenta (Pag. 110),
Cosmetica Parisiensia (Pag. 112),
Emaculatio (Pag. 157),
Ferrumina et Glutina (Pag. 218),

Illinimenta et Pigmenta (Pag. 242),
Liquores scriptorii (Pag. 281),
Medicamina Capillorum (Pag. 301),
Metallica (Pag. 306),
Pyrotechnica (Pag. 412),
Remedia contra bestias et plantas noxias et molestas (Pag. 414),
Signatoria (Pag. 435),
Vernices (Laccae) Pag. 553,
Veterinaria (Pag. 560),
Vinosa et Spirituosa (Pag. 573).

Auctor hujus libri etsi in Borussia pharmaciam exercet, tamen hoc Manuale non eorum tantummodo in usum scriptum est, qui in operando Pharmacopoeam Borussicam sequuntur.

Magna etiam pars compositionum in pharmacopoeas vulgo receptarum ab auctore hujus libri multis modis immutata est, eo potissimum consilio, ut composita illa diuturnioris essent consistentiae, cui rei in plerisque pharmacopoeis parum consultum est.

Multae compositiones medicamentorum ex tempore parandorum in hoc libro ita institutae sunt, ut a legitimis praeceptis admodum discrepent, vi et efficacia non imminuta. Quae compositiones num adhibendae an rejiciendae sint, facile quisque pharmacopola judicabit, quia satis compertum habeat necesse est, quatenus illae cum pharmacopoea patria congruant.

Quaedam etiam compositiones in hoc Manuale receptae sunt, quas is, cui ratio pharmaceutica ignota est, falsas et facticias judicet. Is monendus est, vulgus hominum in aliis regionibus aliis medicamentis eorumque nominibus assuetum esse, in quibus haud facile quidquam mutari velit, quoniam diuturno patrum usu jam recepta sunt. Huc insolentiores illae compositiones pertinent, quas ne pharmacopola quidem adamare poterit, vulgus tamen longa consuetudine amplexum est.

Nomina compositionum et praeparatorum non ubique ad artem revocata, sed ita proposita sunt, ut usus commodior postulare videbatur. Ne alia cum aliis permutarentur, suo loco nomina usitata vel formulae chemicae adpositae sunt, interdum etiam usus compositionum et praeparatorum adnotatis quibusdam indicatus est, qualia haec sunt:

ad recepturam,

medicamentum,
ad usum mercatorium (Handverkauf),
chemicale,
ad usum technicum,
cosmeticum.

Ceterum mihi monendum videtur, vocem Ammonii vel Ammoniaci longo usu receptam, a me plerumque in vocem Ammoni mutatam esse. Hoc enim inter utriamque vocem discrimen esse censeo, ut Ammonum eam basin intelligam, quae cum acidis oxygenatis salia formet, Ammonium vero corpus vice metalli alcalici fungens, quod cum Haloïdibus conjunctiones saliformes gignit. Hoc vocum discrimen ad analogiam constituere et utile et tempestivum videbatur.

Ubicunque in Manuali substantiae vegetabiles praescriptae sunt, eae siccatae intelliguntur. Ubi recentes requiruntur, id aut res ipsa indicat, aut disertis verbis notatum est.

Consistentiam **extractorum** in quatuor illos gradus divisi, quos Codex medicamentarius Hamburgensis recepit:

Primus (I) gradus spissitudinem mellaginis, syrupo spissiori similem, aequat. (Extractum *tenuius Ph. Bor.*)

Secundus (II) gradus est tantae densitatis, ut extractum guttatim effundi non possit, sed pro varia natura aut in fila diduci, aut pultacea forma ope spatulae excipi queat. (Extract. *spissius Ph. Bor.*)

Tertius (III) gradus massae pilularis consistentiam refert.

Quartus (IV) gradus significat formam pulveream, exsiccando et conterendo effectam. (Extract. *siccum Ph. Bor.*)

In omnibus praeceptis, ubi certa pondera notata sunt, Norimbergica significantur; ceterum plerisque locis tantummodo simplices partes ponderum, certis nominibus non insignitae, indicatae sunt.

Itaque loco cujusque partis quodlibet pondus eligi potest, sed hoc observandum, ut illud pondus in tota compositione aequabiliter adhibeatur.

Alterum hujus Manualis volumen, quo subsidia ad parandas aquas minerales et alia varia adjumenta pharmaciae continebuntur, alio tempore in lucem edetur.

Auctor hujus libri maximum laboris fructum tum se assecutum esse fatebitur, si ea, quam sperat, utilitas collegis suis inde redundaverit.

Gynaecopoli in Magno Ducatu Posnaniensi Cal. Decbr. MDCCCLVIII.

Hager, Auctor.

Praefatio ad editionem alteram.

Manuale pharmaceuticum tam alacre legentium studium expertum est, ut unius anni spatio non modo omnia primae editionis exemplaria vendita, sed etiam ad omnes orbis terrarum partes, in quibus hae artes vigent, propagata sint. Sperabat auctor operis fore, ut ea, quae aut falso ab ipso allata aut non satis accurate explicata essent, ab idoneis earum rerum arbitris notarentur et emendarentur. Fuere quidem, quibus nonnulla reprehendenda viderentur, quae quoniam ab hominibus operis pharmaceutici imperitissimis profecta sunt, auctor Manualis negligenda potius quam respicienda judicavit. Novae huic editioni multa adjuncta sunt, quae pharmaciam exercentibus usui fore viderentur, quantum id quidem a proposito non esset alienum. Itaque notatu dignissima aliarum pharmacopoearum praecepta, imprimis ea, quae ad medicamenta fortiora vel narcotica vel omnino usu medicorum maxime pervulgata paranda pertinent, recepta sunt, qua re factum est, ut Manuale pharmaceuticum quodam modo in

Pharmacopoeae universalis

formam redactum sit.

Auctor hujus libri, si Deus vitam et bonam valetudinem concedet, quum primum fieri poterit, Additamenta proponet, quibus res graviores in pharmacopoeis recentioribus aut jam editis aut adhuc edendis contentae exhibebuntur. Ea re non nullam se collegarum sibi gratiam sperat conciliaturum, praesertim quum pharmacopoeae recentiores, tametsi artis rationem ubique sequuntur, tamen ab usu et ipsa operatione pharmaceutica nimis abhorreant multisque rebus vilioribus receptis pharmaceutae strenuo taedium moveant. Cujus rei causa praecipue in eo quaerenda est, quod res pharmaceutica non viris ejus ipsius artis peritis, sed chemicam vel medicam artem profitentibus administranda permissa est. Pharmacopolae industrio satis erit ex istis parvi momenti opusculis res memoratu digniores adnotatas invenisse.

Auctori Manualis pharmaceutici a quibusdam hominibus doctis opprobrio datum est, quod latina potius quam vernacula lingua librum confecerit. Ista quam injusta sit vituperatio prospero, quem liber habuit, successu maxime coarguitur. Enimvero libro germanico sermone conscripto nulli alii, nisi qui germanicam linguam callerent, pharmaceutae usi essent; sermo latinus operi viam ad omnes orbis terrarum gentes, apud quas quidem haec studia vigent ac florent, facile aperuit.

Neque defuere, qui reprehendendum esse censerent, quod Manuale pharmaceuticum praecepta ad substantias, quas natura sinceras praebet, arte faciendas exhiberet. Sed prudentissimus quisque facile intelliget auctorem Manualis non tam id egisse, ut rerum vitiandarum et adulterandarum formulas proponeret, quam ut modum substantiarum, quales saepe quum ipsi medici, tum emtores postulant, exhibendarum indicaret. Ut exempla afferam, *Serum Lactis artificiale* non adulterina substantia est naturalis seri ex lacte animalium secreti, sed singulare quoddam medicamentum, cujus vim salutarem multi homines morbo pectoris laborantes experti sunt.

Neque *Sanguis Draconis facticius* vice fungitur succi rubri resinosi Calami Draconis, sed pars est emplastri, quod ab iis, qui curandis pecudum morbis operam dant, et a pseudomedicis saepe adhibetur. Non minus auctori Manualis praecepta ad vina arte facienda retinere placuit. Ejusmodi praecepta recentiore tempore in Manualia privata pharmaceutarum recipi coepta sunt, nec raro privatis usibus eorum inserviunt, qui vina parvis sumtibus ipsi parare, quam corrupta ac depravata magno emere malunt. Hoc ad ea potissimum vina spectat, quorum magna copia venditur, quamvis natura ea rara gignat.

Manualis pharmaceutici pars altera, quam auctor, quum primam primi voluminis editionem divulgaret, subsecuturam professus erat, jam in lucem est edita, quo libro quasi quodam supplemento primae partis Manualis et pharmaceutae et chemici utentur.

Scribebam Berolini mense Decembri MDCCCLX.

Auctor.

Praefatio ad editionem tertiam.

Quum in praefatione ad alteram Manualis editionem pollicerer Additamenta me esse propositurum, quibus res graviores in pharmacopoeis recentioribus aut jam editis aut adhuc edendis contentae exhiberentur, animo praecipere non poteram, quot aut quales ejusmodi libri subsequenti tempore emitterentur. Placebat igitur idonea excerpta ex pharmacopoeis recentioribus singulari volumine comprehendere, cui eidem nóvissima praecepta ad artem pharmaceuticam, chemicam, medicam spectantia inserta essent. Sed quia tum libro ampliore opus fore intelligebam, illam rationem judicavi omittendam, praesertim quum venditis priorum editionum exemplaribus nova editio auctior paranda videretur.

In tertia hac Manualis editione instituenda ab eo, quod in prioribus propositum erat, non discedendum censui; multa tamen praecepta aut emendata, aut aptioribus suppleta, aut plane nova exhibita sunt.

Scribebam Berolini mense Aprili MDCCCLXVI.

H. Hager, Dr.

*

Nonnulla,

quae in adhibendo hoc Manuali observanda sunt, et formae compendiariae adhibitae.

Quodsi nomen pharmacopoeae alicujus uncis inclusum praecepto additum est, ea re indicatur in pharmacopoea illa non quidem prorsus idem, sed simile praeceptum exhibitum reperiri.

Acetum concentratum	sit ponderis	specifici	1,037—1,038	Cont.	25%	A.
Acidum hydrochloricum	„ „	„	1,122—1,023	„	25%	HCl.
Acidum nitricum	„ „	„	1,178—1,179	„	25%	NO^5.
Acidum phosphoricum	„ „	„	1,130.	„	16%	PO^5.
Acidum sulphuricum dilutum	„ „	„	1,115.	„	16,6%	SO^3.
Aether	„ „	„	0,725—0,730.			
Ammonum causticum solutum	„ „	„	0,959—0,960	„	10%	H^3N.
Spiritus Vini absolutus	„ „	„	0,793—0,795.			
Spiritus Vini alcoholisatus	„ „	„	0,810—0,820.			
Spiritus Vini rectificatissimus	„ „	„	0,830—0,835.			
Spiritus Vini rectificatus	„ „	„	0,890—0,895.			

Ammonium = NH^4.
Ammonum = NH^4O vel NH^3+Aq.
cf. = confer, vel conferatur.
conc. = concentratum aut concisum.
Cod. = Codex.
cont. = contusus.
dest. = destillatum.
Dr. = Drachma.
eff. = efficitur vel efficiuntur.
Form.mag.Berol.in us.paup. = Formula magistralis Berolinensis in usum pauperum.
Gr. = Granum (pondus).
Gtt. = Gutta.
l. a. = lege artis.
M. = Misce.
Minuta = $\frac{1}{60}$ pars horae.
Noricus = Norimbergensis.
pCt. vel % = e partibus centenis vel centesima.
Ph. = Pharmacopoea.
Ph. Austr. = Pharmacopoea Austriaca 1855.
Ph. Bad. = Pharmacopoea Badensis 1841.
Ph. Batav. = Pharmacopoea Neerlandica 1851.
Ph. Bav. = Pharmacopoea Bavarica 1859.
Ph. Belg. = Pharmacopoea Belgica 1854.
Ph. Bor. = Pharmacopoea Borussica 1846.
Ph. Bor. vet. = Pharmacopoeae veteres Borussicae.
Ph. Brit. = British Pharmacopoeia 1864.
Ph. Dan. = Pharmacopoea Danica 1857.
Ph. Dubl = Pharmacopoea Dublinensis.
Ph. Edinb. = Pharmacopoea Edinburgensis.
Ph. Fenn. = Pharmacopoea Fennica 1863.
Ph. Gall. = Pharmacopoea Gallica 1837.
Ph. Germ. = Pharmacopoea Germaniae 1865.
Ph. Graec. = Pharmacopoea Graeca.
Ph. Hamb. = Codex medicamentarius Hamburgensis 1852.
Ph. Hb. = Codex medicamentarius Hamburgensis 1852.
Ph. Hann. = Pharmacopoea Hannoverana 1861.

Ph. Hass. = Pharmacopoea Hassiae electoralis 1860.
Ph. Helv. = Pharmacopoea Helvetica 1865.
Ph. Lond. = Pharmacopoea Londinensis 1854.
Ph. Norv. = Pharmacopoea Norvegica 1854.
Ph. Sax. = Pharmacopoea Saxonica 1837.
Ph. Sl. H. / *Ph. Sl. Hols* = Pharmacopoea Slesvico-Holsatica 1831.
Ph. Wrtb. = Pharmacopoea Wyrtembergensis 1847.
Ph. paup. = Pharmacopoea pauperum (Hufelandi s. Berolinensis).
p. m. = pondus medicinale.
Pd. spec. = *p. spec.* = pondus specificum.
P. = Hoc signo vocis *Pars* quilibet casus significatur.
q. s. = quantum sufficit vel quantitas sufficiens.
rectf. = rectificatus.
rectfss. = rectificatissimus.
Suppl. Ph. Bor. = Supplementum Ph. Bor. Curavit Schacht. 1863.
Unc. = Uncia.
V. = Vini.
v. = volumine mensuratum. *P 5v.* = Partes quinque pensatae ope mensurae aquariae.
Vol. = Volumen.

Gradus consistentiae extractorum.

Primus (I) gradus spissitudinem mellaginis, syrupo spissiori similem, aequat. Extract. *tenuius Ph. Bor.*

Secundus (II) gradus est tantae densitatis, ut extractum guttatim effundi non possit, sed pro varia natura aut in fila diduci, aut pultacea forma ope spatulae excipi queat. Extract. *spissius Ph. Bor.*

Tertius (III) gradus massae pilularis consistentiam refert.

Quartus (IV) gradus significat formam pulveream, exsiccando et conterendo effectam. Extract. *siccum Ph. Bor.*

Pondera specifica liquorum calore 17½ graduum thermometri Celsiani constituenda sunt.

Acetonum.

$C^6H^6O^2$. Liquor pyro-aceticus depuratus. Aether lignosus. Aceton.

Rp. Plumbi acetici cryst. *P.* 3,
Calcariae ustae pulv. *P.* 1.

Mixtas in retortam ferream vel vitream ingere. Excipulo applicato, tubo securitatis inserto et juncturis clausis, calore fortiore ad siccum destilla. Acetonum crudum obtentum Kali carbonico satura et super Calcium chloratum e balneo vaporis excipulum bene refrigerando bis rectifica. Sit coloris expers, limpidum, p. spec. 0,80. Plumbi acetici 100 *P.* edunt circiter 9—10 *P.* Acetoni. Acetonum fervet calore 55—57° C.

Acetonum Anglicum.

Rp. Acidi pyrolignosi rectif. q. v.,
Calcariae hydricae
quantum sufficit ad Acidum neutralisandum. Liquor filtratus, evaporando ad siccitatem redactus (vel Calcaria acetica cruda exsiccata), commisceatur cum pondere dimidio
Calcariae ustae pulv.
et eodem modo, ut supra praeceptum est, destillationi siccae subjiciatur etc. *P.* 100 Calcariae aceticae siccatae praebent Acetoni *P.* 15.

Acetum aromaticum.

Acetum Berolinense. A. Anglicum. A. antisepticum. A. cardiacum. A. pestilentiale. A prophylacticum. A. bezoardicum. A. quatuor latronum. *Vinaigre des quatre voleurs.* Pestessig. Kräuteressig.

Rp. Olei Rosmarini,
— Juniperi,
— Salviae,
— Menthae pip.,
— Citri āā *P.* 5,
— Caryophyllorum *P.* 15,
Tinctur. Cinnamomi *P.* 500,
— aromaticae *P.* 250,
Aceti concentrati *P.* 1000,
Aquae communis *P.* 5000.

Mixtae seponantur per aliquot dies, tum filtrentur.

Ph. Bad., Bor. Fol. Rosmarini, — Salviae, — Menth. p. āā 4, Caryoph., Rd. Zedoar., Rd. Angelic. āā 1, Aceti crudi *P.* 144. (152 *Bad.*). Macera per 4 dies, exprim. et filtr.

Ph. Austr. Hb Absinth., — Rutae, — Menth p., — Rosmar., — Salviae āā 6, Flor. Lavand. 8, Rd. Angel., — Calami, Bulb. Allii sativ., Cass. cinn., Nuc. mosch., Caryoph. āā 1, Acet. 384. Acid. acet. conctss. 48. Macera. Colat. adde Camph. 3, solut. in Sp. V. rectfss. 8. Sepone et filtra. Praep. *Ph. Gall.* simile est.

Ph. Hb., Sl. H., Wrtb. Hb. Absinth., — Rosmar., — Salv., — Menth. p. āā 6, Caryoph., Rd. Zedoar āā $1\frac{1}{2}$, Aceti 288. Macerat. expr. adde Spir. Rosmar. 12. Filtr. — *Ph. Hann.* āā 6, āā $\frac{3}{4}$, 288, 12 — *Ph. Hass.* āā 4, āā 1, 192, 8.

Ph. Dan. Hb. Absinth., — Rosmar., — Salv., — Menth. p āā 1, Cass. cinn., Caryoph., Gran. Parad. āā $\frac{1}{8}$, Acet. 48, Spir. Rosmar. 2.

Ph. Bav. Rd. Calami, Bulb. Allii āā 2, Hb. Abs. — Salv. — Menth. p., — Rutae, — Serpylli āā 4, Caryoph. 1., Spirit. camph. 6, Acet. 182.

Ph. Suec. Caryoph. 1, Flor. Lavand. 8. Hb Rosmar., Salv. āā 16, Acet 384. Macer.

Ph. Belg. Acid. acet. dilut. 859, Acid. acet. conc. 100, Aq. Coloniens. 40, Camphor. 1.

Ph. Fenn. Caryoph., Flor. Lav., Hb. Absinth., Hb. Menth. p., Rd. Zing., Summit. Millefol. āā 1, Acet. 180, Aceti conc. 12, Spir. Rosm. 8. Macera per 3 dies, expr. et filtra.

Acetum camphoratum.

Rp. Camphorae *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 60.
Conterendo mixtae cum
Aceti Vini *P.* 180
conquassentur. *Ph. Bav., Fenn., Wrtb.*

℞p. Camphorae P. 1,
Gummi Arabici P. 2.
Misce in mortario lapideo et paulatim adde
Aceti Vini P. 80.
Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb., Sl. H. (Belg.).*
Ph. Gall. Camph. 1, Acet. 40; *Ph. Ross.* Spir. camph. 1, Acet. 11.

Acetum Cantharidum.
(Anglicum.)

℞p. Cantharidum gr. pulv. P. 5,
Euphorbii pulv. P. 1,
Aceti concentr. P. 48.
Macera per hebdomadem et inter exprimendum cola. Tum filtra et serva.
Ph. Lond. Canth. 1. Acet. conc. 10.
Ph. Edinb. Canth. 6, Euph. 1, Acet. conc. 15, Acid. pyrolign. 25.

Acetum Colchici.

℞p. Bulborum Colchici rec. concis. P. 2,
Aceti puri P. 22,
Spiritus Vini rectf. P. 3.
Macera per quatriduum, saepius agita et cola. Tum filtra et serva. Colatura sit P. 24. *Ph. Hb., Hann., Sl. H., Wrtb.*
Ph. Austr. Bulb. Colch. rec. P. 2, Aceti crudi P. 12.

℞p. Sem. Colchici gr. pulv. P. 1,
Aceti puri 12,
Spiritus Vini rectfss. 1.
Digere per quatriduum et filtra. Colatura sit P. 12. *(Ph. Belg.)*
Ph. Sax. Sem. Colch. 1, Acet. dest. 9.

Acetum concentratum.

$\bar{A}$,HO+16 Aq. Acet. conc. *Ph. Bor. vet.* Acid. aceticum dilutum *Ph. Hb., Bad., Suec.* Acid. acet. concentratum purum *Ph. Austr.* Acidum aceticum *Ph. Bav., Brit., Fenn.*

℞p. Acidi acetici concentrati
($\bar{A}$,HO+5Aq.) P. 10.
Misce cum
Aquae destill. P. $9\frac{1}{2}$
vel q. s., ut sit liquor pond. spec. = 1,038 atque contineat in centenis partibus 24,6 partes Acidi acetici anhydri. *Ph. Bor.*

℞p. Acidi acetici conc. P. 10.
Misce cum
Aqua destill. P. 9.
vel q. s., ut sit liquor pond. spec = 1,040 atque contineat 25 pCt. Acidi anhydri. *Ph. Austr., Bad., (Hass.), Suec., Hb., Hann., Sax., Fenn.*
Ph. Brit. Pd. sp. 1,044, 28 pCt. $\bar{A}$. — *Ph. Dan.* Pd. sp. 1,055. — *Ph. Sl. H.* Pd. sp. 1,055—1,060.
Ph. Norv. Acid. acet. dilutum ($\bar{A}$+51HO) continet 10% Acidi anhydri. (Pond. spec. 1,016—1,017).

Acetum dentifricium.

Acetum stomaticum. Zahnessig. Mundessig.

℞p. Radicis Pyrethri,
Resinae Guajaci āā P. 18.
Cassiae cinnamomeae,
Caryophyllorum āā P. 2,
Spiritus Cochleariae P. 96,
Aceti P. 384.
Digere et cola, tum adde
Tincturae Laccae P. 96
et filtra.

℞p. Tincturae Pyrethri P. 8,
— Cinnamomi P. 4,
— lign. Guajaci P. 2,
Spiritus Cochleariae,
Aquae Rosarum āā P. 16,
Aceti concentrati P. 4.
Misce et filtra.

Acetum Digitalis.

℞p. Herbae Digitalis purp. sicc. et conc. P. 2,
Aceti Vini crudi P. 15,
Spiritus Vini rectf. P. 1.
Macera per quatuor dies, subinde agita, tum exprimendo cola et filtra. Colatura sit P. 16. *Ph. Bor., Hb., Sl. Hols.*
Ph. Belg. Uti Acetum Scillae.

Acetum fumale.
Räucheressig.

℞p. Tincturae fumalis P. 20,
Aetheris acetici P. 1,
Aceti concentrati,
Aquae Rosarum āā P. 2.
Misce et filtra.

Acetum Lavandulae.

℞p. Aceti concentrati P. 1,
Spiritus Lavandulae P. 3.

Misce. — Cum aqua commixtum hoc Acetum praebet remedium odontalgicum.

Rp. Florum Lavandulae *P.* 6,
Aceti Vini *P.* 36,
Spiritus Lavandulae *P.* 4.

Macera et filtra. *(Ph. Wrtb.)*

Acetum odoratum.

Riechessig.

Rp. Olei Caryophyllorum *P.* 2,
— Lavandulae,
— Bergamottae,
— Citri,
— Thymi,
— Cassiae $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Aquae Coloniensis *P.* 40,
Aetheris acetici *P.* 6,
Acidi acetici glacial. *P.* 30.

Misce.

Acetum Opii Houltoni.

Tinctura s. Liquor Opii aceticus Houltoni. Liquor anodynus Houltoni.

Rp. Opii pulv. *P.* 2,
Aceti concentr. *P.* 3,
Aquae dest. *P.* 9.

Macera per quatuor dies. Tum filtra Colatura sit *P.* 12. Partes 60 continent partes solubiles ex Opii *P.* 10.

Acetum purum (s. destill.).

$\bar{A}$,HO+129,3 Aq. Acidum aceticum dilutum *Ph. Wrtb., Fenn., Belg., Brit.*

Rp. Aceti concentr. (p. spec. 1,040) *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 5

vel quantum requiritur, ut mixtionis *P.* 16. sufficiant ad *P.* 1 Kali carbon. sicci perfecte saturandam. Pd. sp. 1,007 (*Ph. Brit.* 1,006).

Acid. acet. dilutum *Ph. Norv.* cont. 10% $\bar{A}$. Pond. spec. 1,017.

Acetum plumbicum

s. saturninum.

Plumbum subaceticum liquidum. Acetum Lithargyri. Plumbum hydrico-aceticum solutum *Ph. Bor.* Solutio Acetatis sesquiplumbici conc. Extractum Saturni.

Rp. Plumbi acetic. cryst. *P.* 3,
Lithargyri laevigati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 10.

In lagenam immissae loco calido seponantur et saepius agitentur, donec sedimentum colorem album assumserit. Tum filtra et liquorem in lagenis plane repletis atque obturatis serva. *(Ph. Bor., Hb., Sax., Sl.H. Hass.).*

Ph. Bav. Pl. acet. 12, Lith. 4, Aq. 24. — *Ph. Fenn.* 10, 3, 48. — *Ph. Austr., (Belg.)* 6, 3, 24. — *Ph. Hann.* 8, 4, 16.

Rp. Plumbi acetici cryst. *P.* 7,
Lithargyri laevigati *P.* 2.

Contritas, in lebetem porcellaneum immissas, leni calore calefac, donec liquatae fuerint et vapores acetosi, odore cognoscendi, prorumpant. Massae adhuc calidae inter agitationem affunde

Aq. destill. fervidae *P.* 11

et liquorem statim filtra.

Acetum Pyrethri (comp.).

Rp. Radicis Pyrethri *P.* 1,
Opii pulverati *P.* 1/60,
Aceti Vini *P.* 11,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1.

Macera et filtra.

Acetum Rosarum.

Paretur e Floribus Rosarum rubrarum uti Acetum Digitalis.

Ph. Suec. et Gall. Flor. 1, Acet. 12.

Acetum Rubi Idaei.

Rp. Syrupi Rubi Idaei,
Aceti crudi $\widehat{aa}$ *P.*

M. filtra et serva. *Ph. Hb., Hass., Sl. Hols., Norv.*

Ph. Hann., Wrtb. Syr. 1, Acet. 2.

Ph. Norv. Succ. Rub. 3, Acet. 1, Sacch. 2.

Rp. Succi Bacc. Rubi Idaei, fermentando filtrandoque depurati *P.* 8,
Aquae destillatae *P.* 12,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 2,
Aceti concentrati *P.* 4.

Mixtae stent per aliquot dies; tum decantha ac filtra. *(Ph. Bor., Sax.)*

Ph. Bor. Succ. 1, Acet. 3.

Acetum Rutae.

Paretur ex Herba sicca Rutae graveol. uti Acetum Digitalis.

Ph. Hann. Herb. 1, Acet. 6.

Acetum Sabadillae
Seminis.

Paretur e Semine Sabadillae uti Acetum Digitalis.

Acetum Scillae.
Acetum scilliticum.

℞p. Bulbi Scillae, bene siccati et minutim concisi *P.* 2,
Aceti Vini *P.* 24.

Macera per aliquot dies. Liquori leviter expresso adde
Spiritus V. rectfss. *P.* 1—1 ½.

Post subsidentiam liquor filtretur. (Colatura sit *P.* 18). *Ph. Hb. (Hann., Sax., Dan., Hass., Sl. H., Wrtb., Bad., Belg., Ross.)*

Ph. Bor. Scill. 1 Acet. 10 — *Ph. Norv.* 1 et 5. Colat. 5.— *Ph. Bav.* Bulb. Scillae recent. 12, Bulb. Scillae sicc. 5, Sp. V. rectifss. 6, Acet. 36 — *Ph. Lond., Edinb.* Scill. 5, Acid. acet dil. 40, Sp. V. 3. — *Ph. Dubl.* Scill. 2, Acet. conc. 4, Aq. 12. — *Ph. Fenn.* Scill. 1, Acet. 11, Acet. conc. 1.

Acidum aceticum glaciale.
$\bar{A}$,HO. Acidum aceticum concentratissimum. Acetum glaciale.

℞p. Natri acetici ab aqua crystallisationis igne fortiore liberati et optime contriti *P.* 24.*)

Immissas retortae tubulatae, excipulo (nullo adhibito luto) conjunctae, per infundibulum impositum paulatim superfunde
Acidi sulphurici fumant. *P.* 10,
Acidi sulphurici Angl. *P.* 18,

antea mixtis. Destillatione spontanea cessante, caute calefac, donec nebula in excipulo et guttae ad caudam retortae cessent, vel donec *P.* 15—16 elicitae sint. Destillatum Acido sulphuroso **) et interdum Acido hydrochlorico inquinatum commisce cum
Kali bichromici pulv. *P.* ¼
Natri acetici perfecte siccati, *P.* ½—1.

Sepone per aliquot horas, interdum agitando, tum liquorem rectifica. Destillati duae partes, primum transeuntes et aquosiores rejiciantur. Partes ceteras destillantes excipe et serva.

Continet 84% Acidi anhydri.

Nota. Ope flammae spirituosae minoris quantitatem 2—3 Hectogramm. (6—9 Unciarum) Acidi acetici destillare poteris. Excipulum aquae ope modice refrigerandum est.

Ph. Bor. *P.* 10 Acidi *P.* 1 Olei Citri solvere valent. *Ph. Austr.* 1,063—1,070. *Ph. Norv.* 1,078 *Ph. Hb.* 1,068. *Ph. Hass., Wrtb.* 1,057—1,060. *Ph. Bad.* 1,063. *Ph. Ross.* 1,074. *Ph. Belg., Brit.* 1,065.

*) e. P. 40 Natri acetici crystall. paratas.

**) Melius agis, si ad traducendum Acidum sulphurosum in Acidum sulphuricum liquori destillato paullatim et inter agitationem Plumbi hyperoxydati portiunculas injicis, donec harum color fusco-ruber non amplius mutetur.

Acidum aceticum aromaticum.
℞p. Acidi acetici glacialis *P.* 480,
Olei Caryophyllorum *P.* 60,
— Lavandulae,
— Citri corticis ãã *P.* 40,
— Bergamottae,
— Thymi ãã *P.* 20,
— Cassiae cinnamomeae *P.* 10.

Misce. Sit liquor limpidus. *Ph. Hb. (Ph. Belg.), Hann.*

Ph. Bor. vet. sine Oleo Caryophyll.

Ph. Bav. Aceti conc., Aeth. acet. ãã 16, Ol. Caryoph. 1.

Ph. Wrtb. Acid. acet. 72, Ol Caryophyll., Ol. Lavand. ãã ½, Ol. Citri, Ol. Cass. ãã ⅓.

Acidum aceticum aromaticum camphoratum.
℞p. Camphorae *P.* 30,
Ol. Caryophyllor. *P.* 15,
— Cort. Citri *P.* 6,
Acidi acet. glacialis *P.* 1920.

Misce et agita. Sit limpidum. *Ph. Bav., Bad., Bor. vet.*

Acidum aceticum camphoratum.
℞p. Camphorae *P.* 1.

Solve in mixtura, parata ex

Acidi acetici *P.* 12,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.
Ph. Edinb., Dubl., Graec.

Acidum aceticum concentratum.

$\overline{A}$,HO+5 Aq.

℞p. Natri acetici cryst. *P.* 140,
Acidi sulphurici Angl. *P.* 100.

Fiat destillatio ex retorta tubulata in balneo arenae collocata, donec *P.* 105 elicitae sint. Destillato, plerumque Acido hydrochlorico inquinato, adjice Natri acetici crystall. circ. *P.* 3, forsan autem Acido sulphuroso inquinato adde Kali bichromici circiter *P.* ½. Per aliquot horas sepositum et saepius agitatum rectifica. *P.* 100 destillati continent circiter *P.* 48 Acidi acetici anhydri. *P.* spec. sit 1,067. Destillatum ad parationem Acetorum concentratorum et salium aceticorum adhibetur.

Acidum aceticum dilutum *Ph. Norv.*

$\overline{A}$,HO+50 Aq.

Partes 100 continent *P.* 10 Acidi acetici anhydri. Pond. spec. 1,016—1,017.

Acidum aceticum monhydratum s. crystallisatum.

℞p. Acidi acetici glacialis q. v.

Sepone loco frigido (caloris +5° C.), donec maxima ex parte in massam crystallinam abierit. Liquore inter crystalla reperto defuso, massam crystallinam liqua et in lagenas bene clausas infusam asserva. Cave ne Acidum manibus nudis tangas.

Acidum arsenicicum.

AsO^5.

℞p. Acidi hydrochlorici puri q. v.

In cucurbitam vitream ingesto calore digestionis sensim adjice, interdum agitando,

Acidi arsenicosi pulv.

quantitatem, quae solvitur. In liquorem Acido arsenicoso saturatum, adhuc calidum,

Chlorum gasiforme

tamdiu introducatur, donec liquoris portiuncula exemtà, Kali ope neutralisata, Kali bichromicum solutum admixtum non amplius colore viridi tingat. Dein, Acido hydrochlorico destillando elicito, liquorem residuum aut ad syrupi spissitudinem evapora, aut calore fortiore ad siccum redige. Efficitur quantitas Acidi arsenicosi adhibiti.

Acidum benzoïcum via humida paratum.

$\overline{Bz}$,HO. Acidum benzoicum crystallisatum.

℞p. Benzoës Siamensis *P.* 25.

Recens pulveratae trajectaeque per cribrum immittantur in vas lapideum, in loco calido collocatum et

Aquae calidae (50 ad 60° C.) *P.* 50

continens. Dein inter agitationem et paullatim adjiciantur

Natri carbonici cryst. *P.* 5.

Post digestionem per aliquot horas immisceatur aut Benzoës pulveratae aut Natri carbonici soluti ea quantitas, donec mixturae portiuncula exemta et filtrata tantummodo paululum alcalina reddita fuerit. Digestione bidua peracta et

Aquae fervidae *P.* 40

admixtis, mixtura in lebetem cupreum transfusa coquatur, donec resina in massam cohaerentem coierit. Post refrigerationem liquor per linteum coletur. resina autem bene contusa denuo cum

Aquae *P.* 50

semel ebulliat et liquor refrigeratus coletur.

Colaturis commixtis evaporando ad circiter *P.* 25 redactis, dein plane refrigeratis filtratisque admisceantur inter agitationem

Acidi hydrochlorici crudi *P.* 5

vel quantum ad praecipitationem Acidi benzoïci requiritur, ita ut Acidum hydrochloricum praevaleat.

Praecipitatum inde ortum in linteo collectum et aquae frigidae pauxillo ablutum preli ope exprimatur, tum loco tepido siccetur; dein in cucurbitam vitream, in balneo arenae collocatam, ingestum

Aquae destillatae

quantitate 22tupla superfundatur et calefaciendo solvatur. Liquor adhuc fervidus per chartam bibulam colatus loco frigido per tres dies seponatur. Post hoc tempus crystalla in linteo collecta loco tepido siccentur. Efficiuntur circiter *P.* 3.

Liquores lavatorii cum lixivio e crystallisatione commixti, tum Natro carbonico

neutralisati evaporando concentrentur et modo supra dicto tractentur, ut Acidum benzoicum, quod continent, colligatur.

Si crystalla Acidi benzoïci flavescentia evadunt, partes 2 eorum in patinam porcellaneam immissa cum partibus 20 Aquae destillatae et partibus 4 ad 5 Acidi nitrici puri concoquantur, tum ad crystallisationem reponantur. Crystalla abluta et siccata serventur.

Resina residua ad parationem Acidi picronitrici vel ad Species ad sufficiendum parandas usui est.

Sint crystalla alba, splendoris margaritacei, acicularia vel fasciolata tenerrima, subflexilia.

Acidum benzoicum
via sicca paratum.

$\overline{Bz}$,HO. Flores Benzoës.

Rp. Benzoën optimam grosso modo pulveratam.

In sartaginem non profundam, fundo plano instructam ita immittatur, ut stragem crassitudine ½—1 pollicis efficiat. Supra sartaginis orificium charta bibula laxioris texturae expandatur, et ejus margines externe glutine amylaceo agglutinentur. Tum conus aut cylindrus e charta densa confectus sartagini ope funiculi alligetur. Sartaginem tali modo instructam laminae ferreae, cui strages arenae inspersa fuerit, impone et lenem ignem sub lamina incende, quem aequabiliter per horas quatuor ad sex sustenta. Apparatum plane refrigeratum inverte, funiculum rescinde et conum chartaceum, Acidum benzoicum continentem, aufer. Partes 100 Benzoës edunt *P.* 4—6 Acidi. Sint crystalla alba aut e flavescente albida, flexilia, splendoris sericei, odoris grati benzoini.

Acidum boricum.

BO^3+3HO. Acidum boracicum.

Rp. Boracis *P.* 25.

Solve cucurbitae vitreae ingestas in
Aquae dest. bullientis *P.* 56.

Solutioni (colatae) adhuc fervidae inter agitationem instilla
Acidi hydrochlorici puri (p. spec. 1,120) *P.* 20.

Sepone liquorem per diem unum. Tum liquidum a crystallis defusum porro evaporando (ad suum dimidium volumen) ad crystallisationem redigatur. Crystalla collecta, aqua abluta, tum siccata in
Aquae dest. sextuplo
solvantur et ad crystallisationem reponantur. Crystalla collecta et aqua abluta sicca. Effic. circiter 15 *P.*

Acidum chinicum.

$\overline{Ch}$+2HO.

Rp. Corticis Chinae fusci grosso modo pulv. *P.* 100,
Aquae communis *P.* 300,
Acidi sulphurici diluti *P.* 10.

Digere per 8 horas. Tum cola et exprime. Residuum simili modo iterum eadem quantitate Aquae et Acidi digeratur. Liquoribus obtentis inter agitationem admisce tantum
Calcariae ustae (circ. *P.* 10),
aquae sufficiente quantitate extinguendo in pulverem redactae, quantum ad neutralisationem requiritur. Fluidum per aliquot horas repositum, tum decantatione et filtratione depuratum l. a. evaporando et refrigerando in crystalla redige. Crystalla collecta, aqua valde frigida abluta, nova crystallisatione depurentur.

Crystalla hoc modo obtenta (constantia e Calcaria, Acido chinico et aqua) inter chartam bibulam premendo sicca. Horum
Crystallorum *P.* 100,
in Aquae dest. calidae *P.* 200 solutis, instilla eam quantitatem liquoris, parati ex
Acidi oxalici cryst. *P.* 30 et
Aquae destill. tepidae *P.* 300,
ut Calcaria praecipitetur et Acidum oxalicum non praevaleat. Calcaria oxalica filtratione separata, liquorem acidum l. a. in crystalla redige, quae nova crystallisatione depurentur. Effic. circiter *P.* 2.

Nota. Praecipitatum addita Calcaria usta ortum continet Cinchoninum.

Acidum chloro-nitrosum.

Aqua regis s. regia. Acidum chloronitricum. Königswasser.

Rp. Acidi hydrochlorici *P.* 2.
Acidi nitrici *P.* 1.

Misce.

Ph. Brit. 2*v* Acid. nitric. (1,5 pd. sp.), 4*v* Acid. hydrochlor. (1,17 pd. sp.), 26*v* Aq.

Acidum chromicum.

CrO^3.

Rp. Plumbi chromici *P.* 1.

Contritae immisce

Aquae destillatae *P.* 10.

Digere per aliquot horas, tum caute instilla

Acidi sulphurici conc. *P.* 2.

Sepone per aliquot dies, vase bene tecto, et decantha. Liquorem limpidum, in retortam immissum, destillando usque eo concentra, donec ebullitio valde pulsare incipiat. Tum liquorem in vas porcellaneum transfunde et ad crystallisationem, vase tecto, sepone. Crystalla, collecta in cribro porcellaneo (vel in infundibulo Gossypii lanae nitrosatae ope infra obturato) fac deguttent, dein in laminam fictilem porosam translata et campanula vitrea obtecta, ut a corporibus pulvereis prohibeantur, sicca.

Acidum citricum.

Ci,HO+3HO.

℞p. Succi recentis fructuum *Citri medicae* (aut *Vaccinii Vitis Idaeae*, aut *Ribis rubri*) q. v.

Succi *P.* 100 cum Fermenti *P.* 2 commistae loco caloris 17 ad 25° C. per dies duos ad tres seponantur, ut fermententur. Succus tum filtratus calore balnei vaporis usque ad 90—100° C. calefactus, inter agitationem

Creta laevigata

plane saturetur. Praecipitatum exortum tunc colando separa, aqua fervida perfecte ablue et cum tanta quantitate

Acidi sulphurici conc. Angl.

commisce, quanta eidem Cretae adhibitae aequalis est, ita tamen, ut ante admistionem Acidum sulphuricum cum

Aquae communis

septuplo diluas. Tum digere per diem unum saepius agitando et cola, sedimentum exprimendo et bene edulcorando. Liquor acidus iterum usque ad 90—100° C. calefactus filtretur et leni calore, demum calore balnei vaporis (ne Acidum citricum decomponatur) evaporetur, donec cuticula crystallina appareat. Calcaria sulphurica interea demissa separata, liquorem l. a in crystalla redige, quae solvendo in aqua, digerendo cum Carbone animali depurato et crystallisando depurentur. Sint crystalla decoloria.

Acidum formicicum.

Fo,HO+11,3 Aq. Ameisensäure.

℞p. Amyli e tuberibus Solani tuberosi *P.* 5,
Aquae *P.* 10,
Mangani hyperoxydati nativi grosse pulv. *P.* 20.

Immitte in vesicam destillatoriam, illis substantiis ad $\frac{1}{15}$ suae capacitatis complendam et agita. Alembico excipuloque applicatis et carbonibus ardentibus submissis, vesica ad 60° C. incalescat. Tum per tubulum vesicae paulatim ope infundibuli vitrei miscelam ex

Acidi sulphurici Anglici et
Aquae āā *P.* 20

paratam affunde. Deinde destilletur, quamdiu liquor acidus elicitur, interdum aquam in vesica destillatione consumtam restituendo. Destillatum

Natri carbonici q. s.

saturatum filtretur et inter agitationem ad siccum evaporet. Residuum est Natrum formicicum.

Hujus salis plane siccati *P.* 14

in cucurbitam amplam vitream ingere et, affusis

Acidi sulphurici conc. *P.* 20,

antea cum

Aquae *P.* 20

dilutis, e balneo arenae fiat destillatio, qualis est in paratione Acidi acetici, donec *P.* 30 elicitae sint. Destillatum liquidum plerumque p. spec. 1,08 habet et in 100 *P.* continet 25 *P.* Acidi formic. anhydri. In vitro bene obturato servetur. Efficiuntur *P.* 15—16 Acidi anhydri ex *P.* 100 Amyli.

Acidum gallicum.

Ga,3HO+2HO. Gallussäure.

℞p. Acidi tannici sicci *P.* 4,
Acidi hydrochloric. puri,
Aquae destill. āā *P.* 12.

In patinam porcellaneam immissae per 15 minutas horae coquantur, tum per triduum loco frigido seponantur. Crystalla orta colligantur, siccentur et solvendo in Aquae dest. octuplo, carbone animali depurato ($\frac{1}{2}$ *P.*) addito, coquendo, filtrando denique crystallisando iterum iterumque depurentur. Effic. vix *P.* 3. Sint crystallula tenera, albida vel alba, splendoris sericei.

Acidum hydrobromicum.

HBr+27 Aq.

Rp. Natri hyposulphurosi cryst. *P.* 12,
Bromi *P.* 6,
Aquae destillatae *P.* 1.

In cucurbitam vitream tubo vitreo curvato instructam ingere et gas modico calore evolutum in

Aquae destillatae *P.* 17,

quas excipulum continet, conduc, ut absorbeatur. Serva in lagenis bene obturatis. Liquoris 100 *P.* circiter continent 25 *P.* Acidi anhydri.

Acidum hydrochloricum dilutum.

(Receptura.)

Rp. Acidi hydrochlorici puri,
Aquae destill. aa *P.*

M. Pond spec. =1,059—1,060. *Ph. Bad., Bav., Wrtb., Aust.*

Ph. Hann., Hass. 1 et 2.

Ph Hb., Sl. H., Belg., Dan. Acid. 1, Aq. 3. Pond. spec. =1,030.

Ph. Sax., Hass. 1,036. *Ph. Norv.* 1,049. *Ph. Hann.* 1,04. *Ph. Brit. 1,05. Ph. Fenn.* 1,062.

Acidum hydrochloricum purum.

HCl+12,16 Aq. Acidum muriaticum purum.

Rp. Natrii chlorati *P.* 5.

Immissis in retortam vitream tubulatam, satis capacem, collo longiore instructam, cui excipulum,

Aquae destillatae *P.* 13

continens, ita (nullo adhibito luto) adaptatum est, ut colli retortae os prope superficiem aquae situm sit. Per tubum retortae Natrio chlorato affunde

Acidi sulphurici conc. *P.* 9,

antea dilutas cum

Aquae communis *P.* 2.

Retorta summum ad dimidiam capacitatem repleta sit.

Leni calore balnei arenae extricatio gasis hydrochlorici efficiatur, donec massa in retorta residua valde spumescat.

Liquor acidus, quem excipulum continet, Aquae destillatae ea quantitate diluatur, ut sit ponderis spec. 1,123 vel contineat partes 25 Acidi hydrochlorici sicci in centenis partibus *(Ph. Bor.)*

Ph. Bav., Austr., Hb., Hann., Hass.. Sax. Pond. spec. 1,120. *Ph. Bad., Fenn., Wrtb.* Pond. spec. 1,160. *Ph. Sl. H.* 1,14—1,15. *Ph Belg.* 1,18, *Ph. Norv.* 1,101. *Ph. Brit.* 1,17. *Ph. Dan.* 1.19.

Nota. Ut Acidum hydrochloricum a Chloro Arsenioque inquinantibus probibeatur, Acidum sulphuricum, quod adhibes, ab Acidis nitrogeneis atque ab Acidis Arsenii liberum sit. Acida nitrogenea calefaciendo Acidum sulphuricum in cucurbitam immissum, addita $\frac{1}{100}$ Natri chlorati, satis removere potes.

Acidum hydrocyanicum.

HCy+147 HO. *Ph. Norv.*

Rp. Kalii cyanati puri (KaCy) *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 62.

In lagenam immissae agitentur. Solutione peracta addantur

Acidi tartarici *P.* 7.

In aqua frigida lagenam colloca et saepius agita. Tum liquor limpidus a crystallis defundatur. Ex tempore paretur. 100 *P.* edant *P.* 9,92 Argenti cyanati.

Liquoris 100 Partes contineant 2 *P.* Acidi hydrocyanici anhydri. *(Ph Bad., Bav, Austr., Ross., Lond., Americ.)*

Acidum hydrocyanicum spirituosum.

Pari modo paretur, nisi quod loco Aquae destillatae Spiritus Vini rectificatus sumatur. *(Ph. Bor. vet., Hb., Hann., Sax.).*

Ph. Wrtb., Sl. H., Dan. Continet 3% Acidi anhydri.

Ph. Suec. Cont. 2½% Acidi anhydri. *Ph. Edinb.* cont. 3,3% *Ph. Belg.* Cont 2,5%.

Acidum hydrojodicum.

HJ+128 Aq.

Rp. Jodi puri *P.* 10.

In mortario porcellaneo sub divo ope Aquae parvae quantitatis bene contritas in vas altius, orificio amplo constructum, quod

Aquae destillatae *P.* 98

continet, immitte. Tum in hanc miscelam saepius agitatam tamdiu

Acidum hydrosulfuricum gasiforme,

e Ferro sulfurato ope Acidi sulfurici diluti evolutum, conduc, donec color fus-

cus liquoris agitati plane evanuerit. Tum cola, residuum sulfur aqua abluendo, et liquorem in ollam vitream infusum loco calido umbroso sepone, ut Acidum hydrosulfuricum plane avolet, dein filtra et

Aquae destillatae

ea quantitate dilue, ut pondus liquoris

Partes 99—100.

exaequet. Sit liquor acidus decolor, cujus *P.* 100 contineant *P.* 10 Acidi hydrojodici anhydri. Statim in lagenis, obturamentis vitreis munitis, plane replendis asserva.

Acidum jodhydricum Buchanani.

Rp. Kalii jodati sicci *P.* 34,
Acidi tartarici *P.* 30.

Seorsim in Aquae destill. *P.* 115 (centenis quinis denis) solutae loco umbroso commisceantur et per horas duas seponantur. Liquor decanthatus in lagenulis repletis servetur. *P.* 100 continent 10 *P.* Acidi hydrojodici anhydri.

Acidum hydrosulfocyanicum.

Acidum hydrorhodanicum. Schwefelblausäure.

HC^2NS^2 (=HRn)+36 Aq.

Rp. Kalii sulfocyanati *P.* 48.

In retortam tubulatum immissis affunde

Acidi sulphurici conc. *P.* 26,

antea dilutas

Aquae destillatae *P.* 168.

Tum fiat destillatio, excipulum bene refrigerando, donec Partes 190 elicitae sint. In lagenulis bene obturatis et plane repletis loco umbroso serventur. Sit liquor decolor acidus.

Acidum hydrosulphuricum solutum.

Acidum hydrothionicum. Aqua hydrothionica. Aqua hydrosulphurata. Schwefelwasserstoffwasser.

HS+490,5 Aq.

Rp. Ferri sulphurati in frustulis parvis *P.* 1.

In lagenam bitubulatam immittatur. Uni tubulo lagenae impone ope epistomii perforati tubum curvatum, alteri infundibulum usque ad fundum lagenae fere pertinens. Per infundibulum hoc paulatim affunde

Acidi sulphurici diluti *P.* 7.

Gas evadens in fundum lagenae altae, ad minimum partium 48 aquae capacis, et

Aqua destillata

antea decocta, tunc refrigerata, ad tres quadrantes voluminis repletae conduc, donec aqua gase hydrosulfurato saturata sit. Serva liquorem in lagenulis optime obturatis et plane repletis loco frigido et luci subtracto.

Lenissimo calore balnei arenae tempore frigido evolutio gasis juvetur. Operatio loco aperto efficienda.

Acidum jodotannicum.

Jodotanninum. Liquor jodotannicus.

Rp. Jodi triti *P.* 1,
Acidi tannici *P.* 5,
Aquae destill.,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 7.

M. In lagena epistomio vitreo munita asserva.

Acidum lacticum.

$\overline{La}$,HO.

Rp. Sacchari *P.* 14.

In

Aquae *P.* 80

solutis adde

Casei recentis humidi *P.* 4,
Cretae praeparatae *P.* 7.

Per hebdomadem, quotidie semel agitatae, temperatura aequabili gradus 30—40 therm. Cels. nunquam excedente, macerentur. Si post hoc tempus miscela agitata alcalinam reactionem exhibuerit,

Sacchari *P.* 2

immittantur et per aliquot dies temperaturam eandem experiatur, donec reactionem acidulam deprehenderis. Tum liquor in lebete cupreo decoquatur et fervidus adhuc filtratus seponendo in crystalla redigatur. Lixivium ultimum valde coloratum rejiciatur. Crystalla verruciformia, solvendo in aqua fervida et denuo seponendo crystallisandoque depurentur. Hujus

Calcariae lacticae cryst. *P.* 10

solve in

Aquae destill. fervidae *P.* 50,

tum affunde inter agitationem

Acidi sulphurici diluti *P.* 19

vel q. s., ut paulum Calcariae lacticae impetum Acidi sulphurici effugiat. (Ad hoc

cognoscendum portiunculae liquoris volumine duplo Spiritus Vini commistae, tum filtratae instilletur Acidum oxalicum solutum. Praecipitatum inde exoriens Calcariam lacticam indicat). Mixturam per diem unum sepositam cola, praecipitatum aqua bene abluendo. Colaturae leni calore ad voluminis quadrantem evaporando redactae et cum


Spiritus Vini rectfss.

aequali volumine commistae instilla

Acidi oxalici soluti

justam quantitatem, ut Acidum oxalicum non redundet, sed tamen Calcaria plane praecipitata sit. Dein filtra. Liquor, addito Carbone animali depurato et Spiritu Vini destillando (in congestore vaporario, Dunstsammler) elicito, denuo filtratus calore balnei vaporis (60 ad 80° C.) ad syrupi tenuioris spissitudinem evaporet, postremo supra Acidum sulfuricum aut Calcium chloratum fusum collocatus exsiccetur. Acidum lacticum sit liquor acidus limpidus, consistentiae syrupi spissioris, coloris (fere) et odoris expers. *P.* spec. 1,214—1,217.

Acidum meconicum.



$\overline{Me}$,3HO+6HO=$C^{14}HO^{11}$,3HO+6HO.

Rp. Opii in taleolas concis. *P.* 30.
Macerando cum

Aquae destill. *P.* 100

extrahe. Haec operatio aequali aquae quantitate residuo affusa bis terve repetatur. Liquoribus obtentis commixtis, sedimentando et filtrando per linteum depuratis, atque evaporando leni calore ad *P.* circiter 200 diminutis adde tantum

Liquoris Ammoni caustici,

ut Ammonum paulum praevaleat. Praecipitato inde orto (quod Alcaloides Opii continet) post aliquot dies filtrando separato, liquor limpidus

Acidi hydrochlorici q. sufficiente

accurate neutralisetur et in balneo vaporis ad syrupi spissitudinem evaporet. Tum

Calcii chlorati sicci *P.* 2,

solutis in

Aquae destill. *P.* 3,

admixtis, semel ebulliat et per biduum seponatur. Massae tum colando a fluido separatae, aqua ablutae ac siccatae *P.* 1 Aquae dest. calidae (cujus temperatura gradus 60 Cels. therm. non excedit) *P.* 20 et Acidi hydrochlorici puri *P.* 4 admisce ac loco frigido sepone. Crystalla Calcariae trismeconicae, quae e liquore resederint, colligantur, exprimantur et in Aquae dest. calidae (50—60° C.) *P.* 20, quibus Acidi hydrochlorici *P.* 4 additae sunt, solvantur, tum ad crystallisationem seponantur. Crystalla orta, ex Acido meconico constantia, adhuc valde colorata, rursus cum circiter *P.* 15 Aquae dest. calidae (temperaturae notatae), additis Acidi hydrochlorici *P.* 2, conterantur et crystallisatione ultima a calcaria plane liberentur. Crystalla collecta cum Aquae calidae (50—60° C.) *P.* 20 contrita ea quantitate Liquoris Kali caustici neutralisentur, ut Acidum adhuc paululum praevaleat. (Kali excedens Acidi meconici constitutionem delet, quippe quod in $\overline{Ox}$ et CO^2 discedat). Liquore refrigerato, massam coactam exprime et solvendo in aqua, evaporando et refrigerando in crystalla coge, quorum (=2KaO, $\overline{Me}$+HO) lenissimo calore siccatorum *P.* 15 in Aquae vigintuplo solutas cum Acidi hydrochlorici puri *P.* 20 commisce et loco frigido sepone. Crystallula inde orta squamiformia alba s. albida nitentia collige, ablue et inter chartam bibulam premendo sicca. Eff. fere *P.* 1.

Acidum molybdaenicum.

MoO^3.

Rp. Kali nitrici pulverati *P.* 32.
In crucibulum Hassiacum ingestis et calore fortiore liquatis paulatim

Molybdaeni sulphurati nativi (MoS^2) pulverati *P.* 8

ita adjice, ut nova portio non prius addatur, quam detonatio orta finita fuerit. Tum massam pultiformem, adhuc calentem in laminam ferream vel lapideam effunde. Quod massae crucibulo adhaeret, affundendo aquam fervidam solvatur. In liquore sic obtento et fervefacto massa illa effusa solvatur, residuum aqua fervida bene edulcorando. Liquor totus filtratus dein ad

Partes 10 remanentes

evaporando redactus per 24 horas loco frigido seponatur. Crystallis ortis (e Kali sulfurico et Kali nitrico constantibus) separatis, liquori inter lenem agitationem paulatim

Acidum nitricum

tamdiu instilla, quamdiu praecipitatum in-

de exoritur. Cave autem, ne Acidum nitricum abundet.

Praecipitatum collige, aqua ablue et premendo inter strages chartae bibulae, calorem evitando, sicca. Sit pulvis salinus albus. Effic. *P.* 5.

Rp. Plumbi molybdaenici nativi (Gelbbleierz, $PbO+MoO^3$) pulv. *P.* 4,
Acidi sulphurici conc. *P.* 5.

Digere per horas decem, saepius agitando. Tum admisce
Aquae destill. calidae *P.* 700.

Liquorem filtratum evaporando ad siccum redige. Residuum inde obtentum contritum,
Acidi nitrici puri *P.* 1

admixta, evaporando ad siccum redige. Massa residua digerendo solvatur in
Natri carbonici soluti

quantitate sufficiente et liquor denuo ad siccum redigatur. Massam salinam residuam, admixta quantitate dimidia ejusdem ponderis
Ammonii chlorati sicci,

in crucibulum immitte et candefac, quamdiu gas evadit. Massae refrigeratae, contritae, Aqua destillata optime elutae, tum in cucurbitam immissae affunde
Acidi nitrici puri *P.* 1,

vel q. s., ut Molybdaenum digerendo in Acidum molybdaenicum convertatur, quod Aqua destillata ablutum, dein siccatum servetur. Effic. circiter *P.* 1.

Si Plumbum molybdaenicum nativum phosphates continet, illi e solutione natrica salis Magnesiae ope praecipitandi sunt.

Acidum nitricum dilutum.

Rp. Acidi nitrici puri,
Aquae destillatae āā *P.*

Misce. Pond spec. 1,086.

Ph. Brit., Hb., Hass. Pond. spec. 1,1. *Ph. Hann.* 1 et 2. Pond. spec. 1,06—1,07.

Ph. Norv. 1,068. *Ph. Aust.* 1,14. *Ph. Belg.* 1,12.

Acidum nitricum fumans.

Rp. Kali nitrici depurati pulv., exacte siccati *P.* 100.

In retortam tubulatam vitream, illo sale ad dimidium replendam, immissis affunde
Acidi sulphurici Angl. *P.* 60,
Acidi sulphurici fum. *P.* 35,

antea caute commixtas. Excipulo (nullo adhibito luto) adaptato, calore balnei arenae destillatio instituatur atque sensim pergatur, donec guttula liquoris destillantis, aqua diluta, Argento nitrico soluto affuso ab Chloro libera reperiatur. Tum excipulo remoto, denuo excipulum mundum (nullo adhibito luto) adaptetur, et destillatio cotinuetur. Postquam circiter *P.* 15 destillaverint, per tubum retortae singulis semihoris frustulum parvum Carbonis ligni, a pulvere adhaerente mundatum, injice. Excipulum semper refrigerandum est. Quando vapores in retorta rutilantes parce evadunt vel pallescunt, excipulum remove, ut Acidum dein destillans, forsan Acidum sulphurosum continens, seorsum excipiatur. Efficiuntur circiter *P.* 45 (exceptis illis antea collectis *P.* 15). Pond. spec. 1,5—1,52.

Acidum nitricum fumans in lagenis vitreis, munitis obturamentis vitreis, Cerato Resinae Pini vel Paraffino circumdandis, a luce remotum loco frigido asserva.

Acidum nitricum monhydratum.

Rp. Kali nitrici sicci pulv. *P.* 8,
Acidi sulphurici Anglici conc. *P.* 12.

In retortam vitream immittantur. Excipulo applicato, luto non adhibito, destillatio ex arenae balneo fiat, eo modo, ut Acidum primum elicitum, saepe Chlorum continens, seorsim excipias. Simul atque vapores in retorta coloris expertes apparent, Acidum nitricum purum destillat. Ad finem operationis, liquore vestigiis Acidi sulphurici forsan inquinato destillante, denuo excipulum mutetur. Effic. circiter *P.* 4½. Pond. sp. 1,5.

Acidum nitricum purum.

$NO^5,HO+14\frac{2}{3}$ Aq. Acidum nitricum dilutum *Ph. Bav., Wrtb., Fenn.* Acidum nitricum concentratum *Ph. Hann.*

Rp. Acidi nitrici crudi, (p. spec. 1,35—1,4) *P.* 64,
Kali nitrici pulv. *P.* 1.

In retortam vitream, cum excipulo sine

luto bene conjuctam et in balneo arenae collocatam immissas destillare incipe. Excipulum bene refrigerandum est. Si, partibus 12—16 elicitis, guttulas tum destillantes et aqua dest. dilutas addito Argento nitrico soluto a Chloro plane liberas reperias, alterum excipulum applica et destillare usque eo perge, donec circiter 4 *P.* in retorta remaneant. Hoc Acidum destillatum purum Aquae dest. ea quantitate diluendum est, ut pd. spec. sit 1,200 *(Ph. Dan., Fenn., Hass., Hb., Sl. H., Sax., Hann.)*, vel pond spec. 1,178 et contineat in centenis partibus partes 25 Acidi anhydri *(Ph. Bor.)*

Acidum nitricum concentratum purum *Ph. variarum.*

Ph. Bav. Pond. spec. 1,49; *Ph. Bad.* 1,47; *Ph. Norv.,* 1,42; *Ph. Austr.* 1,30; *Ph. Brit, Fenn.* 1,5.
Ph. Belg. Acid. nitric. purum 1,334.

Acidum nitricum solidificatum.

(Medicamentum externum Rivaillié.)

Rp. Acidi nitrici monhydrati,
Acidi nitrici puri aa *P.*

Mixtis, quae in patinam porcellaneam immissa sunt, adjice ramenta lintea. Ope bacilli vitrei, patinam paulum calefaciendo, agita, donec miscela in massam gelatinosam abierit.

Acidum phosphoricum ex ossibus.

Rp. Ossium q. v.

Immitte in focum fornacis, ut ad albedinem urantur.

Horum Ossium subt. pulv. *P.* 5 adde
Aquae *P.* 20
et affunde sensim inter agitationem
Acidi sulphurici Angl. *P.* 4.

Miscela seponatur per 24 horas et interdum ope bacilli lignei aut vitrei agitetur. Tum dilue massam addendo denuo
Aquae *P.* 30.

Ebulliant leniter (in lebete stanneo) inter continuam agitationem per horam et ultra. Liquorem ope preli separatum, colatum, et evaporatione ad syrupi spissitudinem redactum cum
Spiritus Vini rectfss. dupla quantitate
misce, filtra et residuum in filtro cum Spiritu Vini rectfss. elue. Tum liquorem limpidum retortae vitreae immitte, spiritum destillando abstrahe et residuum Aquae dest. ea quantitate dilue, ut pond. spec. sit = 1,130.

Acidum phosphoricum.

$PO^5,3HO+38,7$ Aq Acidum phosphoricum dilutum s. purum.

Rp. Acidi nitrici puri (pd. sp. 1,178—1,200) *P.* 14,
Phosphori abluti *P.* 1.

Retortae vitreae tubulatae (capacitatis circiter *P.* 60) cum excipulo leviter conjunctae immittantur et in balneo arenae leniter calefiant, donec Phosphorus perfecte solutus sit; quod destillavit in retortam subinde remittatur. Deinde liquor in patinam porcellaneam effundatur et circiter ad
Partes 4 remanentes
evaporet, vel donec vestigia Acidi nitrici adhaerentia diffugerint. Tum adde
Acidi hydrochlorici puri (pond. spec. 1,120) *P.* 2
et coquere perge, donec Acidum hoc plane avolaverit, quod ope bacilli vitrei Ammono caustico fluido humectati exploratur. Liquor remanens refrigeratus tunc
Aquae destillatae
quantitate sufficiente usque ad pondus specificum = 1,130 diluatur et, si opus est, filtretur. Sit liquor acidus coloris expers. 100 *P.* continent 16 *P.* Acidi phosphorici anhydri. *Ph. Bor., Hb., Austr., Sax., Hann., Hass.*

Ph. Bav. pond. spec. 1,15—1,16. *Ph. Wrtb.* 1,15. *Ph. Brit., Norv.* 1,080. *Ph. Suec.* 1.218. *Ph. Belg.* 1,35. *Ph. Fenn.* 1,16.

Acidum phosphoricum dilutum.

Ph. Bad., Sl. H., Danic. Acid. glacial. 1, solut. in Aqua 7. Pd. spec. 1,08—1,09. *Ph. Ross.* Acid. glacial. 1, Aq. 10. *Ph. Hass.* Acid. pur. et Aq. aa 1. Pd. spec. 1,065.

Acidum phosphoricum siccum s. glaciale.

Rp. Acidi phosphorici puri aut ex ossibus parati q. v.

In vase platineo aut porcellaneo evaporet et igne fortiore uratur (cavendo, ne frustula carbonea in vas cadant), do-

nec portiuncula exemta refrigerata vitri instar indurescat. Tum in laminam cupream aut lapideam Olei Provincialis paululo illitam effunde. Acidum rigidum, calidum adhuc, vitro epistomio largo munito cito immitte et loco sicco asserva. Si acidum spissatum fuscum appareat, iterum aquae paulo dilue et additis nonnullis guttis Acidi nitrici porro aestuare sinas. Cf. Acidum phosphoricum concentratissimum. *Ph. Austr., Bad., Sl. II., Dan., Ross., Gall.*

Acidum phosphoricum concentratissimum.

Acidum phosphoricum glaciale s. siccum *(ad recepturam.)* $PO^5 + 3\frac{1}{2}$ Aq.

Rp. Acidi phosphorici puri q. v.

Evaporet in vase porcellaneo (calore flammae spiritus Vini) ad syrupi densioris spissitudinem. Serva.

Partes 6 hujus Acidi respondent partibus 5 Acidi phosphorici glacialis.

Acidum picrinicum.

$\overline{Pcn}$,HO$=C^{12}H^2N^3O^{13}+HO$. Acidum picronitricum s. nitroxanthicum Acidum carbazoticum. Acidum trinitrocarbolicum. Pikrinsäure.

Rp. Resinae Xanthorrhoeae hastilis (Botanybay-Harz) *P.* 1.

Grosse pulveratae resinae, in retortam cum excipulo conjunctam immissae, affunde

Acidi nitrici crudi *P.* 12.

Post horam unam processum chemicum calore lenissimo adjuva. Liquor, qui in excipulum transiit, semel iterumque in retortam refundatur, donec evolutio gasis nitrosi rutili cessaverit. Tum massam liquidam calefacere perge, donec liquorem e fusco flavum praebeat, quem filtratum l. a. in crystalla redige. Efficitur $\frac{1}{4}$ *P.*

Rp. aut Acidi phenylici s. carbolici *P.* 1, aut Liquoris, qui inter 180 ad 200° C. destillando ex Oleo Picis liquidae elicitur, *P.* 1.

Guttatim instilletur in

Acidi nitrici, ponderis spec. 1,35 ad 1,4, *P.* 7,

ad 50° C. circiter calefactis. Reactione peracta, Acidum nitricum superans destillando separetur, residuum autem solvendo in Aqua colandoque depuratum in crystalla cogatur. Crystalla acida collecta impura ope

Natri carbonici soluti q. s.

eo modo saturentur, ut Acidum parum praevaleat. Liquori filtrato, dein evaporando concentrato, adhuc fervido adde

Natri carbonici cryst.,

quantum solvitur. Natrum picrinicum, quod in Natro carbonico soluto insolubile est, colando separetur, et denuo solutum in Aqua fervida commisceatur cum

Acidi sulphurici

ea quantitate, ut Natrum sulphuricum efficiatur et hoc acidum valde praevaleat. Crystalla seponendo liquorem exorta crystallisatione iterata depurentur.

Acidum pyro-gallicum.

$\overline{pG}=C^6H^3O^3$.

Rp. Acidi gallici cryst. *P.* 1, Lapidis Pumicis grosse pulv. *P.* 2.

Mixtas in retortam vitream tubulatam et in arenae balneo collocatam immitte, ita ut pars quadrans ($\frac{1}{4}$) retortae capacitatis repleta sit Excipulo amplo non lutando adaptato, retortam inter inducendum Acidum carbonicum gasiforme in retortam lente (ad 210—220° C.) incalfacias, quamdiu sublimatum in collo oritur, quod collectum asserves. 21 *P.* Acidi gallici edunt *P.* 6. Acidi pyro-gallici

Paretur etiam sublimando ex Acido tannico vel e Gallis pulv. eodem modo uti Acidum benzoicum sublimatum.

Acidum salicylosum s. spiraeosum.

Salicyle hydrogenata. Salicylige Säure. $C^{14}H^5O^3+HO=(SaH)$ *(Medicament.)*

Rp. Salicini *P.* 10, Aquae destillatae *P.* 50.

In retortam tubulatam immissis adjice

Kali bichromici triti *P* 10.

Tum paulatim affunde

Acidi sulphurici conc. *P.* 25,

antea dilutas

Aquae destillatae *P.* 125.

Dein excipulum bene refrigerando ad siccum destilla. Oleum in fundo excipuli positum decanthatione aquae separetur et in lagenulis plane replendis obturatis servetur. Pond. spec. 1,17.

Acidum contra Scirrhum Reitzii.

Acidum compositum Reitzii.

℞. Acidi nitrici puri *P.* 64,
Acidi hydrochlorici puri,
Aetheris āā *P.* 4,
Boracis pulv. *P.* 3.

Immittantur in lagenam vitream tantae amplitudinis, ut tertia pars miscela impleta sit. Epistomio imposito, per plures boras seponantur, tum in lagenulis repletis, bene obturatis, loco frigido asserventur.

Acidum silicio-hydrofluoricum.

$2SiFl^3,3HFl+380,2$ Aq.

℞. Fluoris spathosi,
Arenae quarzosae āā *P.* 1.

Grossiuscule pulveratis, optime mixtis et in retortam vitream tubulatam ingestis affunde

Acidi sulphurici Anglici *P.* 6

et misce. Retortae excipulo tubulato adaptato juncturisque luto farinoso ac vesicis clausis, tubulo excipuli tubum vitreum angulorum duorum rectorum in duo crura inaequalia curvatum ita infige, ut crus longius usque fere ad fundum vasis vitrei altioris conoidei porrectum sit. In hoc vas infunde Hydrargyri puri tantum, ut orificium tubi ad lineas tres Hydrargyro immersum sit. Supra Hydrargyrum funde

Aquae destill. *P.* 4.

Tubulo retortae etiam securitatis tubus infigatur.

Deinde fiat gasis extricatio igne sensim aucto, donec gas non amplius evolvatur vel, quod plerumque fit, retorta dissiliat.

Massam gelatinosam in vase conoideo supra colatorium linteum collige et exprime. Residuum aquae dest. ea quantitate ablue, ut colatura *P.* 4 aequet.

Sit liquor coloris expers. p. spec. 1,060—1,065. *P.* 100 contineant circiter *P.* 6 Acidi silicio-hydrofluorici.

Acidum silicicum.

Silica. Silicia. Kieselsäure.
$4SiO+HO$ (?)

℞. Kali silicici liquidi q. v.

In patinam porcellaneam infuso inter agitationem affunde

Acidi hydrochlorici puri

eam quantitatem, ut paululum praevaleat. Miscela ad siccitatem evaporet; tum aqua calida eluatur et quod in filtro remanet, calore modico siccetur et servetur. Sit pulvis albus insipidus.

Acidum sulphuricum crudum monhydratum.

℞. Acidi sulphurici Anglici *P.* 2,
Acidi sulphurici fumantis *P.* 1.

Misce.

Acidum sulphuricum dilutum.

$SO^3,HO+27,2$ Aq.

℞. Acidi sulphurici rectificati *P.* 1.

Instillando misce cum

Aquae destill. *P.* 5.

Serva. Pond. spec. 1,115. *Ph. Bor., Bav., Bad., Wrtb., Hann., Sax., Sl. H., Hb., Hass., Belg.*

Ph. Austr., Dan. (Brit.) Acid. 1, Aq. 6. *Ph. Ross.* Ac. 5, Aq. 19. *Ph. Suec., Fenn.* Ac. 1, Aq. 8. *Ph. Norv.*, Ac. 1, Aq. 7. Pond. spec. 1,083.

Acidum sulphuricum purum concentratum.

SO^3,HO. Acid. sulphuric. rectificatum.

℞. Vitri puri in frustulis q. s.

Immitte in retortam vitream adeo capacem, ut eadem ad trientem tantum inde repleatur. Dein affunde

Acidi sulphurici Anglici *P.* 250,

in quibus antea

Ammoni sulphurici sicci *P.* 1

soluta est. Liquor una cum vitro retortam vix ad dimidium repleat.

Destillationem institue. Rejecta sexta decima parte primo prodeunte et denuo excipulo sicco, antea calefacto, adaptato, destillare perge, donec tres quadrantes Acidi transierint.

Retortam in furnum ita dispositum impone, ut non retortae fundus, sed latera tantum ignis vim recipiant et Acidum, quo retorta ad dimidium vix replenda est, non nisi versus superficiem ebulliat. Quam ob rem retortae fundo cineres e ligno supponantur, latera autem arena vel ramen-

tis ferreis circum obruantur. Inter destillationem supra retortam capitellum fictile vel ferreum imponatur. Excipulum nunquam refrigerandum est. Juncturae luto non obturantur.

℞p. Acidi sulphurici, Arsenio inquinati *P.* 500,
Acidi nitrici puri *P.* 4.

In retortam, ut supra praeceptum est, ingestas calore sensim aucto usque ad ebullitionem calefac, tum Acida nitrosa destillando eliciantur. Quo facto in retortam injice

Ammoni sulphurici *P.* 4

et denuo usque ad ebullitionem calefac. Partibus 25 ad 30 primum destillantibus rejectis, excipulum mutetur et destillatio pergatur eo modo, ut partes 50 circiter Acidi in retorta remaneant.

Acidum destillatum sit ponderis spec. 1,842, coloris expers. Servetur in lagenis, obturamentis vitreis munitis.

Acidum sulphurosum.

$SO^2 + 33$ Aq.

℞p. Carbonum e ligno grosse pulv. *P.* 1.

In cucurbitam vitream ingestae admisce

Acidi sulphurici conc. *P.* 8.

Tubo vitreo conductorio cucurbitae atque tubulo securitatis infixis, evolutionem

Gasis sulphurosi

urgeas calefaciendo cucurbitam in balneo arenae collocatam, et gas tamdiu in

Aquae destill. *P.* 36

introducas, quamdiu calore modico evolvitur. Effic. circiter *P.* 40.

Si vis praeparatum purum efficere, optimum est, apparatum ratione hac construere. Cucurbitam cum excipulo ope lagenae intermediae aquae *P* 2 continentis l. a. conjungas, ut gas eluatur, et cucurbitae tubum securitatis imponas, excipulum autem Aquae *P.* 34 impleatur.

Sit liquor coloris expers, p. spec. 1,045—1,048. *P.* 100 continent circiter *P.* 10 Acidi sulphurosi sicci. In lagena obturamento vitreo munita loco frigido, a luce remota, asservetur. *Ph. Brit.* pd. sp. 1,04.

Acidum tannicum.

$\overline{Tn}$,3HO=$\overline{Qt}$,3HO. Tanninum. Acidum gallotannicum.

℞p. Gallarum Halepensium,
Gallarum Sinensium āā *P.*

Contusas mixtas et a pulvere grosso subtilique penitus liberatas in infundibulum vitreum vasiforme (aut separatorium) non jactando immitte. Infundibulum ita struas, ut ad basin floccis nonnullis gossypinis et supra subere, plus vice simplici perforato, impletum, emissarii orificium autem embolo suberino clausum sit. Tum affunde eam quantitatem miscelae, antea optime conquassatae, ex

Aetheris (p.spec. 0,725—0,730) *P.* 40,
Spiritus V. rectfss. *P.* 8,
Aquae destillatae *P.* 6

paratae, ut gallae obtegantur, et infundibulum operculo bene claude.

Sepone per 4 dies loco frigido. Post hoc tempus embolum emissarii remove et operculum paulum relaxa. Liquorem spissiorem lente effluentem in lagena vitrea excipe. Deinde, orificio emissarii clauso, gallis eam novam quantitatem miscelae aethereae bene conquassatae affunde, ut obtegantur. Iterum per plures dies sepone, tum fac ut liquor modo supra dicto defluat. Operatio repetatur.

Liquores spissiores collecti, strato fluido tenuiore forte innatante defundendo remoto, conquassando cum Aethere decanthandoque abluantur, tum in patinam porcellaneam immissi loco calido, saepius ope bacilli porcellanei (non ferrei!) agitando, ad consistentiam extracti spissioris evaporent, denique in floccos tenues divisi loco calido exsiccentur. Massam remanentem in pulverem tritam in lagenulis vitreis obturatis serva. Effic. e *P.* 100 Gallarum 60—65 *P.* Acidi.

Acidum tannicum purum.

℞p. Acidi tannici recens parati q. v.

Solve in

Aquae destill. frigidae 8plo.

Liquor in lagenis bene oturatis per triduum sepositus, tum filtratus evaporando calore banei vaporis ad siccum redigatur.

Acidum urinicum.

$\overline{Ur}$,2HO=$C^{10}N^4H^2O^4$+2HO. Acidum uricum. Harnsäure.

Rp. Frustulorum alborum, quae ex stercore columbino collecta sunt, vel stercoris colubrini albi *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 50.

Mixtis et leniter ebullientibus instilla tamdiu

Liq. Kali caustici tenuioris

parvas quantitates, quamdiu Ammonum evolvitur et donec liquor Kali parum abundet. Liquorem filtratum, admixtis Carbonis animalis depurati *P.* 2, loco calido per diem sepone. Dein liquor filtretur et

Acido hydrochlorico superante

commisceatur. Praecipitatum album colligatur, eluatur et siccetur.

Si Acidum urinicum non purum reperies, solvendo in Liquore Natri caustico et aqua, filtrando atque praecipitando ope Acidi hydrochlorici depuretur.

Acidum valerianicum (oleosum).

$\overline{Va}$,3HO. Acidum valerianicum trishydricum.

Rp. Kali bichromici in frustulis *P* 5.
Aquae destill. *P.* 4.

Immittantur in retortam vitream tubulatam, ita ut partes duae (e tribus) capacitatis supersint vacuae Excipulo non lutato adaptato, tubulo retortae, suberis perforati ope, infundibulum longius ita inseratur, ut ejus apertura inferior ad 6 lineas infra aquam immersa sit. Per hoc infundibulum infunde quinta vel sexta quaque minuta (horae) quantitatem ponderis 1—1½ Drachmae (4—6 Gramm.) mixturae refrigeratae ex

Amyloxydi hydrati (Fuselöl) puri *P.* 1 et
Acidi sulphurici conc. *P.* 4

paratae.

Hac mixtura, dum refrigerat excipulum, affusa, balneo arenae, in quo retorta collocata est, ignis subjiciatur et destillatio huc-usque spontanea continuetur, donec *P.* 4 elicitae sint. Retorta semirefrigerata, deinde alterum excipulum adjunge et per infundibulum massae in retorta residuae affunde miscelam adhuc calidam ex

Acidi sulphurici conc. *P.* 4,
Aquae dest. *P.* 6

paratam. Tum retortam denuo calefaciendo adhuc *P.* 6 destillent.

Fluidis destillatis commixtis sensim adde inter agitationem

Natri carbonici cryst. contusi q. s. (circiter 1⅓ *P.*),

donec liquor nullum amplius acidi vestigium monstret. Tum liquor, aethere immixto (*Amyloxydo valerianico*) destillando elicito, in vase porcellaneo ad perfectam siccitatem inter agitationem evaporet. Residuo in

Aquae dest. pari pondere

soluto et in retortam tubulatam ingesto affunde

Acidi sulphurici concentr.,

antea cum

Aquae dest. pondere duplo diluti q. s.

Partes 5 salis ad siccum evaporati partes 4 Acidi sulphurici conc. requirunt.

Retorta in balneo arenae collocata, destillatio fere ad siccum instituatur. Stratum olei instar destillato liquori innatans separa et in vitris bene obturatis serva. Effic. circiter ⅗ *P.*

Nota. Pars aquosa destillati fluidi Natro carbonico accurate neutralisetur, filtretur et cum Zinco sulphurico in Aqua soluto tamdiu commisceatur, quamdiu inde praecipitatum efficitur. Hoc est **Zincum valerianicum,** quod elotum et loco tepido siccatum asserves.

Aconitinum.

$\overset{+}{Ac}$=$C^{60}H^{47}NO^{14}$.

Rp. Aconiti Napelli L. et Stoerkiani Reichenb. herbae florescentis et recentis cum radice *P.* 3000.

Concisas in mortario lapideo inter affundendum

Aquae *P.* 10—20

contunde et succum exprime. Residuum cum

Aquae *P.* 30

iterum contusum denuo exprime. Succus

in balneo aquae evaporando ad spissitudinem extracti mollioris redactus cum

Spiritus V. rectfss. *P.* 600,
Acidi sulphurici diluti *P.* 6

commisceatur et inter iteratam agitationem calore tepido per 24 horas digeratur. Tincturam defunde et residuum iterum cum miscela parata e

Spiritus V. rectfss. *P.* 200 et
Acidi sulphurici diluti *P.* 2

eodem modo digere. Residuum postea exprime. Tincturas obtentas commixtas post sedimentationem filtra ac Spiritum destillando e balneo aquae abstrahe.

Residuo e destillatione cum

Aquae dest. volumine 3plo

commisto instilla

Liquoris Ammoni caustici tantum,

ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum inde ortum in filtro collige et calore tepido siccatum solve in mixtionis quantitate sufficiente, paratae ex

Aquae destill. *P.* 10,
Acidi hydrochlorici *P.* 1.

Solutioni cum Carbone animali digestae et filtratae instilla inter agitationem

Liquoris Ammoni caustici tantum,

ut Ammonum praeponderet. Praecipitatum inde ortum filtrando separatum et calore tepido siccatum iterum eadem ratione tractetur. Praecipitatum rursus siccatum in

Aetheris puri 40plo

per aliquod tempus macera et saepius agita. Liquore decanthato, macerationem residui in

Aetheris puri eadem quantitate

ut antea repete. (Residuum, quod Aether non solvit, Napellinum continet.)

E liquoribus commixtis aethereis lenissima destillatione Aether eliciatur, residuum destillationis autem, Aquae guttis nonnullis additis, leni calore exsiccetur et servetur. Sit pulvis grumosus, griseoalbidus. Si tamen hic adhuc valde coloratus sit, per vices in mixtione ex Aqua dest. et Acido hydrochlorico solvendus et Liquore Ammoni caustico praecipitandus est.

Rp. Tuberum Aconiti siccatorum et grosso modo pulveratorum *P.* 100.

Affunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 400,

antea commixtas cum

Acidi sulphurici diluti *P.* 10.

Digere per aliquot dies et exprime. Residuo contuso affunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 200,

antea commixtas cum

Acidi sulphurici diluti *P.* 5.

Denuo digere per diem unum et exprime. A colaturis commistis Spiritu magna ex parte leni calore destillando abstracto, liquor residuus, lenissimo calore evaporando ad spissitudinem syrupi redactus,

Aquae destillatae frigidae

triplo ponderis diluatur et per diem unum loco frigidiore seponatur. Dein filtratus commisceatur cum

Magnesiae ustae *P.* 3

vel q. s., ut Magnesia superabundet. Sedimentum die post in filtro collige, aquae paullo abluendo, tum siccatum iterum ac saepius conquassando

Aetheris q. s.

elutrietur, quamdiu Aether aliquid solvit. Liquores aetherei in cucurbitam destillatoriam immittantur et Aether destillando eliciatur. Residuum in cucurbita, Aconitinum impurum, solvatur in

Aquae destillatae *P.* 10 et
Acidi sulphurici diluti *P.* 1

vel quantitate sufficiente, ut Acidum parum abundet. Admixta

Carbonis animalis depurati *P.* 1,

digere leni calore per aliquot horas, filtra, residuum in filtro aqua frigida abluendo. Liquori filtrato instilla

Ammoni caustici soluti,

quantum ad Aconitinum praecipitandum requiritur. Deinde usque ad ebullitionem calefac et sepone. Praecipitatum in filtro collectum siccatumque in

Aetheris q. s.

solvatur. Aethere destillando elicito, residuum inde obtentum solvatur in

Aquae destillatae *P.* 6 et
Acidi sulphurici diluti q. s.,

ut Acidum paulo praevaleat. Liquori, si opus fuerit, filtrato guttatim adde

Ammonum caust. solutum,

ita tamen, ut pars inde primum demissa, quae colore imbuta est, filtrationis ope separetur. Dein praecipitatio pergatur,

donec Ammonum parce praevaleat. Praecipitatum Aqua destillata frigida ablutum aut loco parum tepido, aut supra Calcium chloratum fusum, aut supra Acidum sulphuricum conc. siccetur. Effic. circiter 0,6 ad 0,7 *P.*

Adeps balsamicus.

Axungia balsamica s. benzoinata. *Graisse balsamique.*

℞p. Adipis suilli recentis *P.* 200,
Sebi taurini recentis *P.* 50—100.

In lebetem immissis et liquatis adde

Aluminis (kalici) pulv. *P.* 2,
Natrii chlorati *P.* 1,
Aquae purae *P.* 20.

Tum inter agitationem ad lenem ebullitionem calefac et in ollam porcellaneam effunde, quam loco calido sepone. Adipem liquidum a sedimento decantha, cola, tum plane refrigeratum aqua bene elue, et in lebetem remisso admisce

Benzoës pulveratae *P.* 3,
Aquae Rosarum *P.* 5.

Dein leni igne coque, spumam exorientem auferendo. Spuma cessante per linteum cola, ad sedimentandum loco calido sepone et Adipem decanthatum refrigeratumque in ollis porcellaneis serva. Dicunt hunc adipem non rancidum fieri. Inservit parandis unguentis medicatis et cosmeticis.

Axungia benzoata *Ph. Belg.* paretur digerendo Benzoës 4 cum Adip. rec. 100 per horas duas et colando.

Adeps caninus artificiosus.

℞p. Adipis suilli *P.* 4,
Olei Olivarum Provinc. *P.* 1.

M.

Adeps leporinus artificiosus.

℞p. Olei Olivarum Provinc.,
Adipis suilli,
Sebi taurini ana *P.* 2,
Cerae flavae *P.* 1.

Liquatae misceantur.

Adeps curatus *Ph. Fenn.*

℞p. Adipis suilli recentis *P.* 100.

Liquatis adde

Balsami Peruviani *P.* 2.

Inter agitationem calefac, donec partes aquosae consumtae sint. Dein cola atque inter refrigerationem agita.

Adeps purpuratus.

Unguentum potabile. Butyrum cancrinum. Krebsbutter.

℞p. Adipis suilli rec. *P.* 20,
Cerae flavae *P.* 2,
Corticis Alcannae radic. *P.* 1.

Digere in vase clauso per diem unum calore balnei vaporis adhibito et interdum agita. Tum cola. Serva in ollis porcellaneis bene clausis.

Adeps saponaceus

Steadina. *Stéadine.*

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 2,
Calcariae ustae *P.* 1,
Aquae calidae *P.* 16.

Immitte in lagenam, sepone per unum diem et saepius agita. Tum filtra.

Liquoris filtrati *P.* 12

commisce agitando cum

Adipis suilli recent. *P.* 24,

quae loco calido antea emollitae sunt. Loco Adipis ad unguenta adhibetur.

Adeps viridatus.

℞p. Adipis suilli rec. *P.* 20,
Cerae flavae *P.* 2,
Pulveris tinctorii *P.* 1.

Digere in vase clauso per unum diem et saepius agita. Tum decantha et cola. Serva in ollis porcellaneis bene clausis.

Aether anaestheticus Wiggeri.

Aether muriaticus trichloratus. *Éther chlorohydrique chloré.*

℞p. Spiritus V. rectfss. *P.* 11,
Acidi sulphurici conc. Angl. *P.* 20.

Caute misceantur, ut parum calefiant. Per aliquot dies sepositis et in cucurbitam vitream ingestis adde

Natrii chlorati subt. pulv. *P.* 12.

Deinde post 24 horas exactas cucurbita ope tubi vitrei curvati cum altera parva cucurbita, quae lavatoria dicitur, quae ad tertiam partem aqua impleta est, l. a. con-

jungatur, ita ut, destillatione instituta, vapores (Aethyles chloratae) in cucurbita priore evoluti per hanc aquam, semper ad 25—50° Cels. therm. calefaciendam, ire cogantur.

Cucurbita lavatoria sit conjuncta ratione eadem, qua apparatus Woulffianus constructus est, cum duabus cucurbitis, quarum utraque contineat miscelam Chlorum gignentem. Altera cum cucurbita lavatoria proxime conjuncta contineat

Mangani hyperoxydati nativi in frustulis minimis,
Natrii chlorati āā *P.* 12.

quibus per tubum securitatis affundas

Acidi sulphurici conc. *P.* 30,

antea dilutas

Aquae *P.* 15.

Altera cucurbita

Mangani hyperoxydati,
Natrii chlorati āā *P.* 6,
Acidi sulphurici *P.* 15,
Aquae *P.* 7½

contineat et sit conjuncta ope tubi vitrei cum excipulo non lutato ac bene refrigerando. Optime hoc excipulum ita collocabis, ut Chlorum forte evadens tibi non molestum sit. Tubi transducentes vapores fere usque ad fundum cucurbitarum porrigantur. Apparatu hac ratione l. a. constructo, fiat destillatio lenissimo calore, cucurbitas parvis intervallis hoc ordine calefaciendo: I. cucurbitam lavatoriam, II. cucurbitam cum miscela ad evolvendum Aethylen chloratam, III. cucurbitam cum miscela chlorifera, cucurbitae lavatoriae proximam, IV. cucurbitam alteram cum miscela chlorifera. Calor ad id flammis spiritus Vini effectus fortasse sufficit.

Omni Aethyle chlorata in cucurbitas cum miscelis chloriferis destillando translata, has fortius calefacias, ut partes aethereae chloratae in excipulum plane transeant.

Liquidum, quod excipulum continet, aqua abluatur, in vitrum altum cylindraceum infundatur et strato Aquae destill., altitudine duorum pollicum, obtegatur. In hoc liquidum ope tubi porrecti ad fundum vitri lentius per aliquot dies inducas

Gas Chlori,

donec crystallula (Superchloruretum Carbonei) secernantur. — Opus est, apparatum ad evolvendum Chlorum tubo securitatis constructum esse.

Tum liquor gravior in vitro cylindraceo cum aqua conquassetur, bene abluatur, deinde cum Calcio chlorato fuso pulveratoque agitando ab aqua adhaerente liberetur et tandem destillationi fractae subjiciatur. Colligas fluidum calore 110 ad 145° Cels. therm. transiens, quod in lagenulis vitreis bene obturatis loco frigido asserves.

Sit liquor neutralis, Chloroformio maxime similis, non nisi cum aqua conquassatus eam diutius turbat et calore fortiore (110—145° Cels. therm.) ebullit. Est Aethyle valde chlorata.

Nota. Residuum in retorta e destillatione fracta continet Superchloruretum Carbonei. Fluidum primum transiens ad parandum Aethera anaesth. reservetur.

Aether aceticus.

AeO,$\overline{A}$. Aethyloxydum aceticum.

Rp. Natri acetici cryst. *P.* 27.

In catinum ferreum immissae leni igne atque inter agitationem ab aqua crystallina perfecte liberentur. Hujus

Salis siccati *P.* 16

in cucurbitam, collo brevi instructam, (vel in vesicam plumbeam s. cupream destillatoriam) paulatim immittantur, quae cucurbita (vesica) continet miscelam, paratam ex

Acidi sulphurici Anglici conc. *P.* 21 et
Spiritus Vini rectfss. *P.* 10½.

Cucurbita tubi vitrei curvati ope cum vase refrigeratorio excipuloque conjuncta, fiat destillatio calore balnei aquae, quamdiu aliquid transit. Liquor destillatus conquassetur cum

Aquae tepidae *P.* 8,

tum admisceatur sensim

Natri bicarbonici pulv. *P.* 1/16

vel q. s., donec mixtura conquassata chartam exploratoriam caeruleam non amplius mutet. Quo facto sepone loco frigido. Liquori aethereo siphonis ope ab aqua separato adjice

Calcii chlorati fusi, grosso modo pulv., *P.* 1 ad 2,

et per diem unum sepone, saepius agitando. Tum liquor aethereus decanthatus in retortam immissus calore balnei aquae rectificetur. Pond. spec. 0,900—0,904. Effic. *P.* 15½—16.

Rectificatione finita, in vas destillatorium

aquam, qua Aether lutus erat, immitte et partes aethereas destillando collige.

Aether antifebrilis
Zörnlaibii.

Rp. Aetheris phosphorati *P.* 40,
Olei Terebinthinae *P.* 10,
— Caryophyllor. *P.* 1.

Misce.

Aether auricus.
Aurum potabile.

Rp. Auri trichlorati,
Aquae destillatae $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Aetheris *P.* 16.

Macerentur et saepius agitentur. Tum liquorem aethereum decantha et commisce cum

Spiritus Vini rectfss. *P.* 6.

Aether butyricus.

AeO,$\overline{Bu}$. Aethyloxydum butyricum. Aether Ananas. Buttersäure-Aether. Ananas-Aether.

Rp. Amyli e tuberibus Solani tuberosi *P.* 20,
Aquae fontanae *P.* 20.

In vas e ligno confectum, satis capax, immissis inter agitationem affunde

Aquae fervidae *P.* 300.

Refrigeratis adjice

Casei putrescentis,
Carnis vitulinae, minutim concisae, $\widehat{aa}$ *P.* 2,

antea contritas cum

Aquae fontanae,
Sacchari $\widehat{aa}$ *P.* 2.

Per hebdomadem quotidie semel agitatas, calore aequabili 30 ad 40° C. non excedente, vase aperto, macera. Hoc tempore exacto, liquor sensim addendo

Natri carbonici crudi cryst. pulv. q. s.

eo modo saturetur, ut paulum acidus permaneat. Quo facto adde inter agitationem

Amyli *P.* 4,

antea solutas in

Aquae fervidae *P.* 20

et semirefrigeratas. Denuo macera loco eodem tepido per tres dies, tum addendo Natrum carbonicum ita satura, ut liquor paulum tantum aceat.

Admixtio Amyli in aqua soluti et saturatio adhuc ter repetatur, semper Natri carbonici adhibiti quantitatem notando.

Quo facto, liquor eodem loco tepido per hebdomadem vel tamdiu seponatur, dum fermentatur et bullae gase repletae oriuntur. Tandem liquor Natro carbonico fere neutralisatus atque usque ad coctionis gradum calefactus adhuc fervidus filtretur.

Liquor filtratus (Natrum butyricum continens) sub divo inter agitationem evaporet, donec

Partes circiter 100

supersint, quibus inter agitandum mixturae ex

Acidi sulphurici conc. et
Aquae fontanae $\widehat{aa}$ *P.*

paratae tantum instilla, quantum ad Acidum butyricum separandum requiritur. (*P.* 3 Natri carb. cryst. requirunt circiter *P.* 1 Acidi sulphurici conc.)

Acidum butyricum supernatans collectum in retortam, in balneo arenae collocatam, injice, tum destilla, partem calore 90 ad 120° C. primum prodeuntem rejiciendo. (Acid. butyric. fervet 150—165° C.)

In mixturam ex hujus

Acidi butyrici *P.* 10 et
Spirit. Vini fortioris (circ. 0,800 pond. spec.) *P.* 6

paratam tamdiu inducatur

Acidum hydrochloricum gasiforme,

donec hoc gas praevaleat. Dein conquassando admisce aquae frigidae volumen aequale et Natri bicarbonici quantitatem ad Acidum liberum neutralisandum sufficientem.

Aether butyricus aquae innatans separetur et denuo cum aqua conquassando decanthandoque abluatur.

Si Aether butyricus purus efficiendus est, ille Calcii chlorati fusi ope ab aqua liberetur et ex balneo arenae rectificetur. (Aeth. butyricus fervet 113° C.)

10 *P.* Amyli praebent 2,5—3 *P.* Acidi butyrici. — 10 *P.* Acidi butyrici praebent 12 *P.* Aetheris butyrici.

Aether butyricus sit coloris expers, pond. spec. 0,910—0,915, et dilutus Spiritu Vini odoris Ananassae sativae *Lindl.* fructuum.

Aether butyrinus.

Butteräther.

Rp. Saponis butyrini siccati, minutim concisi *P.* 10.

In retortam vitream immissis affunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 10.

Digere, ut sapo solvatur, tum admisce mixturam, paratam ex

Acidi sulphurici conc. *P.* 10.
Spirit. Vini rectfss. *P.* 20.

Mixtione effecta destillent calore balnei arenae *P.* 30, aut destillatio continuetur, donec liquor transiens Acido sulphuroso inquinatus reperiatur.

Liquorem destillatum, admixtis

Natri bicarbonici pulv. et
Plumbi hyperoxydati aa *P.* 1/4,

sepone per diem et saepius agita, tum decanthatum filtratumque calore balnei arenae rectifica.

Residuum destillationis prioris continet Acida pinguia. Aquae calidae ope bene elotum in parandum saponem insumatur.

Aether camphoratus.

Rp. Camphorae *P.* 1.

Solve agitando in

Aetheris *P.* 12.

Ph. Hann.

Aether cantharidatus.

Rp. Cantharidum gr. modo pulv. *P.* 8.

Extrahantur l. a.

Aetheris *P.* 12—14.

Colatura sit *P.* 8.

Optime ope preli pneumatici aut apparatus deturbatorii, qui ad parationem extractorum aethereorum, quae dicuntur, adhibetur, fit extractio.

Aether chloratus.

Aether chloricus. Chloräther.

Rp. Calcariae hypochlorosae venalis *P.* 1,
Aquae communis *P.* 5,
Spiritus Vini rectf. *P.* 1.

In vesicam destillatoriam immissae et mixtae, alembico imposito et excipulo adaptato, stent per noctem, tum fiat destillatio lenissimo calore. Liquorem graviorem in fundo excipuli secretum ab aqua separa, cum aliquantulo Hydrargyri conquassa (ut Chlorum adhaerens auferatur), tum decantha et supra Calcium chloratum fusum pulveratum rectifica.

Aether Cocos.

Aethyloxydum cocinicum. Cocosäther. Cognacäther.

Rp. Olei Cocos crudi *P.* 8,
Liquoris Natri caustici (p. spec. 1,14) *P.* 5.

Mixtae l. a. tractentur, ut fiat sapo, quem solve in

Aquae fervidae

quantitate quadrupla. Saponi soluto inter lenem agitationem instilla

Acidi hydrochlorici crudi

q. s., ut sapo plane decomponatur. Acidum pingue secretum colando premendoque separa et solve

hujus *P.* 20 in
Spiritus Vini alcoholis. *P.* 10

vel quantitate sufficiente. In liquorem calefactum tunc introducatur

Acidum hydrochloricum gasiforme,

donec hoc gas valde praevaleat. Tum admisce aquam frigidam et collige liquorem oleosum secretum, quem cum Natro bicarbonico et aqua bene conquassatum ablutumque serves. Aether Cocos Spiritu Vini dilutus usui aptus est.

Aether Cocos spirituosus.

Cognacätheressenz.

Paretur ex sapone Olei Cocos, quo modo Aether butyrinus.

Aether Cupri.

Rp. Cupri bichlorati *P.* 1.

Solve agitando in

Aetheris *P.* 24.

Aether fumaricus.

$AeO, \overline{Fu}$. Aethyloxydum fumaricum s. paramaleïnicum. Fruchtäther.

Rp. Herbam Fumariae officin.

Aqua fervida humectata contundatur et ope preli exprimatur. Tum liquor coquatur et, albumine inde coagulato colando separato, filtretur. Liquori limpido instilla

Acetum plumbicum,

quamdiu inde praecipitatum efficitur. Prae-

cipitatum collectum parva quantitate aquae ablue, cum volumine aquae aequali commisce et in miscelam interdum agitatam

Acidum hydrosulphuricum gasiforme

tamdiu introduc, donec plumbum plane sulphuratum fuerit. Liquorem filtrando collectum evaporando seponendoque in crystalla redige, quae in

Spiritus V. alcoholisati

sesquipondere solvantur. In hanc solutionem calefactam introducatur.

Acidum hydrochloricum gasiforme,

donec hoc gas valde praevaleat. Tum admisce agitando aquam et Natri bicarbonici q. s., ut Acidum liberum neutralisetur. Liquor, aqua gravior, ab aqua separatus rectificetur, partem primum calore 100 ad 110° destillantem rejiciendo.

Aether gelatinosus.

Gelatina aetherea.

Rp. Aetheris Vol. 4,
Albuminis Ovi Vol. 1.

Misce conquassando, ut fiat massa.

Aether joduratus Magendii.

Rp. Jodi *P.* 6.
Solve agitando in
Aetheris *P.* 120.

Aether martiatus.

Aether Ferri muriatici.

Rp. Ferri sesquichlorati cryst.,
Aquae destillatae aa *P.* 3.
Conterendo mixtis affunde
Aetheris *P.* 10.

Macera per 24 horas et saepius agita, tum decantha et liquorem limpidum serva in lagenis obturatis.

Aether mercurialis Hufelandi.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.
Solve agitando in
Aetheris *P.* 60.

Aether perlatus.

Perles d' éther.

Capsulae gummosae saccharatae vel e glutine confectae *(capsules, enveloppes)* Aethere l. a. compleantur.

Aether phosphoratus.

Tinctura Phosphori aetherea.

Rp. Phosphori in frustulis parvis vel granulati *P.* 1,
Aetheris *P.* 60.

Saepius agitando seponantur per 4 dies in vase clauso. Tum liquor a Phosphoro haud soluto defundatur et in vitris minoribus bene obturatis loco umbroso caute servetur. *Ph. Hb. (Wrtb., Hann., Bor. vet.) Ph. Sax., Sl. H.* Ph. 6, Aeth. 480. *Ph Norv.* Ph. 6, Aeth. 594.

Aether valerianicus.

AeO,Va. Aethyloxydum valerianicum.
Obstäther.

Rp. Natri valerianici*) calore balnei aquae exsiccati *P.* 12.

In retortam tubulatam, in balneo arenae collocatam, immissis affunde mixturam, commiscendo paratam ex

Acidi sulfurici conc. *P.* 10,
Spiritus V. rectfss. *P.* 6.

Post aliquot horas destillatio fiat, quamdiu calore 140° C. non excedente aliquid transit. Liquori aquae frigidae par volumen affunde, et conquassato sensim adde

Natri bicarbonici pulv. q. s.,

donec Acidum liberum neutralisatum sit, atque Acido sulphuroso forsan inquinato

Plumbi hyperoxydati q. s. (*P.* 1/4).

Liquor saepius agitatus, per diem sepositus decanthetur et calore balnei arenae rectificetur, partem calore inter 80 et 105° C. primum transeuntem rejiciendo. Aether valerianicus fervet 130 ad 135° C. Effic. *P.* 12. Pd. spec. 0,86—0,87.

Aether zincatus s. Zinci.

Zinkäther. Éther zincé.

Rp. Zinci chlorati *P.* 2.
Solvantur in
Spiritus V. rectfss. *P.* 4,
Aetheris *P.* 8.

---

*) quod modo, in praecepto ad Acidum valerianicum parandum proposito, concinnandum est.

Aethiops antimonialis Malouini.

Rp. Stibii sulphurati nigri *P.* 2,
Hydrargyri *P.* 1.

Terendo misceantur, aquae guttulas aliquot inspergendo, donec Hydrargyrum plane disparuerit.

Aethiops graphiticus.

Paretur ex
Hydrargyri depurati *P.* 1,
Graphitae laevigati *P.* 2,
uti Hydrargyrum cum Creta.

Aethiops saccharatus.

Rp. Hydrargyri depurati *P.* 1,
Sacchari albi pulv. *P.* 2.

Misceantur assidue terendo in mortario lapideo, interdum Aetheris pauxillum affundendo, donec Hydrargyrum plane exstinctum et pulvis perfecte siccus inodorusque obtentus fuerit. Serva in vitris clausis.

Aethiops tartarisatus.

Paretur ex
Hydrargyri depurati *P.* 1,
Kali bitartarici *P.* 2,
uti Hydrargyrum cum Creta.

Aethyle bromata.

AeBr. Aether hydrobromicus.

Paretur e
I. Phosphori *P.* 31,
Spirit. V. absoluti *P.* 285,
Bromi *P.* 400
vel
II. Phosphori amorphi *P.* 4,
Spirit. V. absoluti *P.* 10,
Bromi *P.* 10
aequali modo atque Aethyle jodata. Ferv. calore 41° C. Pond. spec. 1,4. (II Eff. *P.* 12.)

Aethyle jodata.

AeJ. Aether hydrojodicus. Jodäther.

Rp. Spiritus Vini absoluti *P.* 10.

In cucurbitam vitream (ad trientem replendam) ingestis adde
Jodi puri *P.* 8
et agita. Tum immitte paulatim
Phosphori (*P.* 1)
frustula minima, ita tamen, ut frustulum Phosphori alterum non prius addas, quam primum solutum sit et strepitus cesset. Immisso Phosphori frustulo, semper leniter agita, et, si opus est, cucurbitam refrigera. Fluidum ne ebulliat. Simulac liquor pallescit, adde
Jodi puri *P.* 6
et frustula Phosphori eadem ratione caute immittere perge Liquori iterum pallescenti rursus adde
Jodi puri *P.* 6
et frustula Phosphori tamdiu immittere perge, donec liquor fere decolor evadit. Hunc liquorem in retortam vitream infusum tum ex balneo aquae destilla, quamdiu fluidum transit.

Destillatum cum Liquore Kali carbonici dilutiore conquassa, ut ab acido liberetur; tunc Aethylo jodato, infundibuli separatorii ope separato et aqua abluto, admisce Calcii chlorati tantum, quantum ad separandum spiritum et aquam adhaerentem opus est. Mixtio stet, identidem conquassata, per diem unum. Denique Aethylen jodatam separa et rectifica, ita ut aliquantum in retorta remaneat. Fluidum rectificatum in vitris optime obturatis repletis loco umbroso frigidoque asservetur. *P.* sp. 1,90—1,94. Fervet calore 65° C. Effic. circiter *P.* 24—25.

Si Aethyle jodata colorem fuscum induerit, cum liquore Kali caustico diluto conquassetur et decanthatum iterum ex aquae balneo rectificetur.

Rp. Phosphori amorphi *P.* 3,
Spiritus V. absoluti *P.* 9.

In retortam tubulatam ingestis adjice
Jodi *P.* 5.
et agita. Post aliquod tempus denuo adjice
Jodi *P.* 5.

Tum calore balnei aquae destilla. Liquor destillatus addendo Kali caustici soluti guttas nonnullas ab Jodo libero, conquassando cum aqua decanthandoque a Spiritu Vini liberetur, tandem calore balnei aquae rectificetur. Eff. *P.* 12.

Albumen jodatum.

Rp. Albuminis ovi rec. *P.* 8.

Infunde in patinam planam porcellaneam collocatamque in balneo aquae, calore 60° C. non excedente. Tum adde sensim sensimque quantitates parvas mixturae agitatae, paratae e
Tincturae Jodi *P.* 1 et
Aquae calidae *P.* 2,

bacilli porcellanei ope bene agitando. Dein massam albuminosam supra orbes porcellaneos vel vitreos extensam loco tepido exsicca. Massa collecta contritaque sit pulvis flavidus, fere insipidus, in aqua instar Tragacanthae intumescens. In lagenis obturatis asservetur.

Alkermes liquidum Italorum.

Elixir Alkermes.

Rp. Cassiae cinnamom. *P.* 25,
Macidis *P.* 15,
Nucum moschatarum,
Caryophyllorum āā *P.* 4,
Spiritus V. rectfss. *P.* 4000.

Digere per aliquot dies, tum destilla. Liquore destillato admisce

Syrupi Sacchari *P.* 9000,
Aquae Rosarum *P.* 2500,
Tincturae Coccionellae

quantitatem sufficientem, (paratam ex Coccionella, Alumine et Spiritu V. rectificato), ut miscela colorem rubrum amoenum induat.

Alumen draconisatum.

Rp. Aluminis crudi pulv. *P.* 2.

In cochleari ferreo igne liquefactis admisce

Sanguinis Draconis pulv. *P.* 1.

Miscela refrigerata contundatur et asservetur.

Alumen kinosatum.

Pulvis Aluminis compositus.

Paretur uti Alumen draconisatum ex

Aluminis *P.* 2,
Kino pulv. *P.* 1.

Alumen ustum.

Alumen exsiccatum.

Rp. Aluminis crudi q. v.

Grosso modo pulveratum in patinam ferream, in balneo arenae collocatam, ita capacem, ut ad trientem tantummodo inde repleatur, immittatur, tum calore sensim augendo calcinetur, donec maxima ex parte conversum sit in massam spongiosam, quae refrigerata diffractaque in frustula in eadem patina, calore paulum deminuto, calefactetur, quamdiu aquae vapores evadunt. Sint frustula albissima levia.

Rp. Aluminis crudi q. v.

Grosso modo pulveratum et supra chartam stratum sepone loco tepido (30° C.) per hebdomadem, dein in patinam in balneo vaporis collocatam immissum per diem unum calefac, tandem calore balnei arenae (150° C.) inter agitandum perfecte exsicca. Sit pulvis albus.

Alumina.

Al^2O^3+HO. Argilla pura. Alumina hydrata.

Rp. Aluminis crudi crystall. (a ferro plane liberi) *P.* 5.

Solutis in

Aquae destill. fervidae *P.* 120

sensim inter agitandum instilla

Natri carbonici cryst. (*P.* 6 aut) q. s.

antea in

Aquae destill. 4plo

solutum, donec Natrum praevaleat. Post digestionem per horam unam praecipitatum l. a subsidendo, defundendo, in filtrum colligendo et edulcorando separa. Tum in

Acidi hydrochlorici puri *P.* 5,

antea

Aquae destill. *P.* 15

dilutis, solvatur et denuo praecipitetur

Liquoris Ammoni caustici (*P.* 6) quantitate suff.,

ita ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum perfecte edulcoratum inter chartam bibulam exprime et sicca. Sit pulvis albus.

Alumina acetica.

$Al^2O^3,\overline{A}^3+Aq$. Argilla acetica.

Rp. Aluminae purae *P.* 2.

Solve leni calore in

Aceti concentrati *P.* 21

vel quantitate sufficiente. Liquor filtratus in balneo aquae evaporet, donec portiuncula exemta et refrigerata paulum congelet. Efficiuntur *P.* circiter 9.

Alumina acetica soluta.

Liquor Aluminae aceticae Burowii.

Rp. Aluminae sulphuricae *P.* 10.

Solve in

Aquae dest. fervidae *P.* 10.

Liquori filtrato adhuc calido admisce inter agitandum

Plumbi acetici cryst. *P.* 17,
solutas in
Aquae destill. calidae *P.* 34.
Miscelam sepone per horam, tum filtra, residuum in filtro Aquae dest. parva quantitate eluendo. Tum in liquorem filtratum introducatur
Acidi hydrosulphurici
ea quantitas, ut hoc gas praevaleat et omne plumbum praecipitetur. Dein filtra et liquorem vasi porcellaneo immissum leni calore evapora, donec odor hepaticus evanuerit et
Liquoris *P.* 48
supersint. Drachmae 8 liquoris continent Drachmam Aluminis acetici. Serva in lagenis optime obturatis.

Dosis Gutt. 30—50. — Contra haemoptysin, gonorrhoeam chronicam etc.

Alumina hypochlorosa.

Alumina chlorinica.

℞p. Calcariae hypochlorosae venalis *P.* 1,
Aquae fontanae *P.* 20.
Conterendo mixtis adde
Aluminae sulphuricae solutae *P.* 4.
Agitatione peracta per linteum cola et liquorem in lagenis obturamentis vitreis munitis loco frigido, luci subtracto, serva.

Alumina sulphurica crystallisata.

$Al^2O^3,3SO^3+18HO$.

℞p. Aluminae sulphuricae liquidae *P.* 3.
In patinam porcellaneam immissae modico calore evaporent, donec *P.* 1 supersit. Tum sepone per aliquot dies loco frigido interdum agitando, ut liquor in massam crystallinam abeat. Serva in ollis vitreis obturatis.

Alumina sulphurica soluta.

$Al^2O^3,3SO^3+18HO+74$ Aq. Argilla sulphurica liquida. *(Receptura.)*

℞p. Aluminis crudi, a ferro liberi *P.* 13.
Solve in
Aquae destill. fervidae *P.* 325.
Solutioni filtratae affunde inter agitationem
Liquoris Ammoni caust. *P.* 15
aut quantum requiritur, ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum inde ortum subsidendo, defundendo, in filtro colligendo et edulcorando separetur ac siccatum calorem evitando solvatur in
Acidi sulphurici diluti *P.* 23
vel quantitate sufficiente, ita tamen, ut aliquantulum praecipitati non solutum remaneat. Liquor filtratus tum evaporando diminuatur, aut Aquae destill. q. s. diluatur, ut pondus totius liquoris respondeat *P.* 27—27½. Partes 3 liquoris continent *P.* 1 Aluminae sulphuricae crystall. Signa: Alumina sulphurica. Sumatur triplum.

Amalgama cuprica medicorum dentium.

℞p. Cupri sulphurici cryst. *P.* 10.
Pulveratas, in ollam porcellaneam immissas, superfunde
Aquae dest. calidae *P.* 25.
Tum adjice
Hydrargyri *P.* 7,
Ferri pulv. *P.* 2.
Bacilli vitrei ope agita, donec liquor colorem duxerit viridulum. Particulae et ferreae et cupreae amalgamae exortae adhaerentes aquam affundendo defundendoque detergeantur.

Amalgamam hanc, post aliquod tempus rigidam et duram, depsititiam facere potes, si calefactam, donec nonnulli globuli Hydrargyri ex massa exsudent, in mortario ferreo calido assidue contundis.

Amalgama dentaria.

Explementum dentarium.

℞p. Stanni puri *P.* 2,
Cadmii *P.* 1.
In crucibulo obtecto colliquatae et post refrigerationem ope scobis limatae conterantur cum
Hydrargyri
quantitate sufficiente, ut fiat massa mollis, ex qua in sacculo ex aluta confecto inclusa premendo Hydargyrum superfluum tollatur. Ad usum amalgama digitis depsatur, ut mollescat.

Amalgama ad rotam electricam.

Amalgam für Elektrisirmaschinen.

℞p. Stanni,

Zinci āā *P.* 1.

Recens raspatis et in mortarium ferreum calefactum immissis sensim adde

Hydrargyri *P.* 2

inter contundendum, donec omnia in massam aequabilem coierint. Amalgama in vitro obturato servetur.

Ammonium bromatum.

Am,Br. Ammonium hydrobromicum. Bromammonium.

Paretur eodem modo quo Ammonium jodatum

Kalii bromati *P.* 12 et
Ammoni sulphurici *P.* 7.

Ammonium chloratum depuratum.

NH^4,Cl=AmCl. Ammonum hydrochloricum depuratum.

℞p. Salis ammoniaci venalis sublimati *P.* 2.

Solve digerendo in

Aquae fervidae *P.* 3.

Solutis instilla inter agitationem

Liquoris Ammoni caustici

parvam quantitatem, ut Ammonum odore parum praevaleat. Tum liquor adhuc calidus per chartam bibulam coletur et in patinam porcellaneam immissus inter continuam agitationem ad siccum evaporet.

Ammonium chloratum ferratum.

Ammonum hydrochloricum ferratum. Ammonium muriaticum martiatum. Ferro-Ammonium chloratum.

℞p. Ammonii chlorati *P.* 6,
Ferri sesquichlor. cryst. *P.* 1.

Solutae in

Aquae destill. *P.* 36

filtrentur et inter assiduam agitationem calore balnei vaporis ad siccum evaporent. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. *Ph. Fennic.*

Ph. Bor. Ammonii chlorati 16, Ferri sesquichlorati soluti 3, Aquae 32. Mixta solutaque inter agitationem evaporent ad siccum.

Ph. Austr. Ammon. chlor. 12, Ferri sesquichl. cryst. 5, Aq. 36. *Ph. Bav.* Ammon. chlor. 6, Liq. Ferri sesquichlorati 1, Aquae 12. *Ph. Hb.* Amm. chl. 8, Liq. Ferr. sesquichl. 3, Aq. 24. *Ph. Hann.* Amm. chlor. 16, Ferr. sesquichl. cryst. 1. *Ph Sl H.* Amm. chlor. 14, Ferr. sesquichl. sicc. 1. *Ph. Wrtb.* Amm. chlor. 15, Ferr. sesquichl. cryst. 1. *Ph. Hass.* Ammon. chl. 15, Liq. Ferri sesquichl. 4, Aq. 40. *Ph. Belg.* Amm. chlor. 12, Ferr. sesquichl. cryst. 1.

Ammonium chloratum liquidum.

AmCl+17,83 Aq. Ammonium muriaticum liquidum. Solutio Ammonii muriatici. *(Receptura.)*

℞p. Ammonii chlorati (s. muriatici) *P.* 1.

In lagenam immissa digerendo solvatur in

Aquae destillatae *P.* 3.

Solutionem refrigeratam filtra. Pond. spec. 1,073. Signa. Ammonium chloratum s. muriaticum. Sumatur 4plum.

Ammonium jodatum.

AmJ. Ammonium hydrojodicum.

℞p. Kalii jodati *P.* 100.

Solutis in

Aquae destill. *P.* 80

affunde inter agitandum solutionem, paratam ex

Ammonii sulphurici *P.* 41 et
Aquae destill. calidae *P.* 60.

Mixturae adde

Spirit. V. rectfss. Volumen 2plum.

Sepone per biduum loco frigido, vase tecto, tum filtra. Liquor filtratus (Spiritu Vini in congestore vaporario collecto), saepius instillando guttas nonnullas Liquoris Ammoni caust. spirituosi, ad siccum evaporet. Massam residuam contritam, supra orbem porcellaneum stratam, Liquore Ammoni caust. spirit. superfunde et dein calore sufficiente, non agitando, perfecte exsicca. Sit massa crystallina alba. Eff. *P.* 80 ad 85.

Ammonium sulphuratum solutum.

Liquor Ammoni hydrosulphurici (*Reagens*).

Gas hydrosulphuratum, lenissimo calore e

Ferri sulphurati *P.* 1,
Acidi sulphurici diluti *P.* 7

l. a. evolutum et aqua lutum in

Ammoni caustici soluti,
Aquae destillatae āā *P*. 4,
antea mixtas, tubuli vitrei curvati ope introducatur, donec liquor nil amplius gasis absorbeat. Serva in vitris repletis, epistomeis vitreis ac pice munitis loco frigido, luci subtracto. Sit recens fere coloris expers.

Ph. Norv Hic liquor diluitur aquae suff. quantitate, ut sint *P* 12.

Medicamentum.

(Spiritus sulphuratus Beguini.)

Rp. Sulphuris dep. loti *P*. 1,
Ammoni caust soluti *P*. 6.
In lagenam immitte et tamdiu Gas hydrosulphuratum introduc, donec omne Sulphur solutum fuerit. Sit liquor coloris aurei. Dosis Gtt. 3—5, aqua diluendae. *Ph. Hann.*

Ammono-Kali tartaricum.

$KaO,\overline{T}+AmO,\overline{T}+HO$. Tartarus ammoniatus. Tartarus solubilis.

Rp. Kali bitartarici pulv. *P*. 1.
In vas vitreum immissis inter agitationem admisce
Ammoni caustici soluti (pd. sp. 0,960) *P*. 11
vel quantum requiritur, ut Ammonum aliquantulum praevaleat et calore leni adhibito sal solvatur. Liquor adhuc calidus filtretur et calore balnei vaporis evaporet, donec cuticula appareat. Tunc denuo paulum Liquoris Ammoni caustici duplicis addatur, ut Kali bitartaricum inter evaporandum secretum resolvatur. Liquor tunc seponatur, ut crystalla concrescant, quae inter strages chartae bibulae calore non adhibito, siccata in lagenis obturatis serventur. Lixivium ultimum evaporando, tum, adjecto paulo Ammoni carbonici, seponendo crystalla praebet. Sint prismata subpellucida, post aliquod tempus opaca, decoloria.

Ammonum aceticum solutum.

$AmO,\overline{A}+48,3$ Aq. Liquor Ammonii acetici. Spiritus Mindereri *Ph. Hann.*

Rp. Ammoni caust. soluti *P*. 10.
Adde
Aceti concentrati *P*. 12
vel quantum ad neutralisationem requiritur. Tum admisce
Aquae destill. *P*. 8
vel tantum, ut sit pd. sp. 1,030—1,032 Part. 100 contineant *P* 15 salis. Sit liquor neutralis, limpidus, coloris expers. *Ph. Bor. Bav., Hb., Hann., Hass*

Ph. Bad., Fenn. 1,04, *Ph. Sax., Belg.* 1,029, *Ph Sl. H.* 1,010, *Ph. Norv.* 1,024, *Ph. Wrtb.* 1,020. *Ph. Brit.* 1,06.

Ph. Austr. Amm. acet solut concentratum; pond spec 1.050.
Amm acet. solut. dilutum; pond. spec. 1,010.

Ammonum benzoïcum.

$AmO,\overline{Bz}+HO$. Benzoas Ammoniae.

Rp. Acidi benzoïci *P*. 6.
Solutis leni calore in
Spiritus Vini rectfss. *P*. 20
adde
Liquoris Ammoni caustici spirituosi *P*. 9
vel quantum requiritur, ut Ammonum praevaleat. Dein, affusis
Aetheris *P*. 10,
liquorem effunde supra orbem porcellaneum et loco calido exsicca. Sint crystallula lamellaria, coloris expertia, splendoris sericei, in igne ex toto volatilia, in aqua soluta reactionis paululum acidulae.

Ammonum benzoïcum solutum.

$AmO\,\overline{Bz}+108$ Aq. Liquor Ammonii benzoïci.

Rp. Acidi benzoïci *P*. 2,
Aquae destill. *P*. 16.
Mixtis et calefactis adde paulatim
Ammoni carbonici *P*. 1
vel quantum ad neutralisationem requiritur. Partes 8 liquoris continent *P* 1 Ammoni benzoici sicci. Paretur, quoties poscitur. *Ph. Bad.*

Ammonum carbonicum solutum.

$2AmO,3CO^2+65,6$ Aq. *(Medicament.)* Liquor Ammoni carbonici. Spiritus Salis Ammonii aquosus.

Rp. Ammoni carbonici *P*. 1.
Solve in
Aquae destill. *P*. 5
et filtra. Pond. spec. 1,070 – 1,075. *Ph. Bor. vet., Hann., Hb., Sl. H., Sax., Hass., Bav., Wrtb., Lond.*

Ph. Norv. Amm. carb. 1, Aq. 9. *Ph. Austr.*

Belg. Amm. c. 1, Aq. 4.; *Ph. Bad.* Amm. carb. 1, Aq. 7.

Ammonum carbonicum pyro-oleosum.

Rp. Ammoni carbonici *P.* 32,
Olei animalis aeth. *P.* 1.

Exacte misceantur. Sit pulvis albus, postremo flavus, qui in vitro bene clauso servetur. *Ph. Bor. (Ph. Hann. 96 et 1).*

Ph. Wrtb. Amm. carb. 96, Olei animal. 1 misceantur et sublimentur.

Ammonum carbonicum pyro-oleosum solutum.

Liquor Ammoni carbonici pyro-oleosus.

Rp. Ammoni carb. pyro-oleos. *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 5.

In lagenam immissas sepone per aliquot dies et saepius agita, tum filtra. Pond. spec.=1,065—1,070. *Ph. Bor. vet., Bav. Ph Hb., Sl. H., Hass., Wrtb.* Sal. 1, Aq 7. *Ph. Austr.* Sal 1, Aq. 6. *Ph. Belg., Fenn.* Sal. 1, Aq. 4. *Ph. Hann.* Sal. 1, Aq. 8.

Ammonum causticum solutum duplex.

NH^3+7,56 Aq. Liquor Ammonii causticus duplex.

Sit ponderis specifici 0,922—0,924. *P.* 100 contineant *P.* 20 Ammoni (NH^3).

Ammonum causticum solutum s. liquidum.

NH^3+HO+16 Aq. Liquor Ammoni causticus. Ammonia pura liquida. Solutio Ammoniaci.

Pharmacopoeae plurimae receperunt hujus liquoris pondus specificum =0,959—0,960. *P.* 100 fere continent *P.* 10 Ammoni (NH^3).

Ph. Belg. Pd. spec. 0,935.

L i q u o r A m m o n i f o r t i o r. *Ph. Brit.* Pd. spec. 0,890.

Ammonum citricum liquidum.

3AmO,$\overline{Ci}$+84 Aq. Liquor Ammonii citrici.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 46.
In
Aquae dest. calidae *P.* 200
solutis sensim adde
Ammoni carbonici *P.* 40
aut quantum ad neutralisationem requiritur. Partes 4 liquoris continent *P.* 1 Ammoni citrici sicci. Paretur quoties usus poscit. Effic. *P.* 266.

Ph. Lond. Acid. 24, Aq. 160, Amm. carb. 16 vel q. s.

Ammonum molybdaenicum.

AmO,$2MoO^3$+HO.

Rp. Molybdaeni sulphurati nativi (Molybdaenae, MoS^2) pulv. *P.* 8.

In catinum figulinum ingestae inter perpetuam agitationem torreantur, quamdiu ex iis Acidum sulphurosum gasiforme excedit. Massam remanentem digere in mixtione ex
Acidi hydrochlorici puri *P.* 30,
Acidi nitrici puri *P.* 18
parata. Solutio filtretur et ad siccum evaporet. Residuum in vase porcellaneo tamdiu calefac, quamdiu vapores acidi evadunt. Massam remanentem e flavo griseam macera per aliquot dies in
Ammoni caustici soluti quadruplo,
interdum agita, tum filtra. Liquori limpido instilla
Ammonii sulphurati soluti,
quamdiu inde praecipitatum nigrum exoritur. Denique filtra et liquorem evaporando refrigerandoque in crystalla redige, quae inter chartae bibulae strages loco tepido sicca et in vitris optime clausis serva.

Ammonum molybdaenicum solutum.

(Reagens.)

Rp. Ammoni molybdaenici *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 19.

Ammonum nitricum.

AmO,NO^5. Nitrum flammans.

Rp. Ammoni carbonici q. v.,
Acidi nitrici puri diluti quantum ad perfectam neutralisationem requiritur.

Filtra et leni calore evaporando in crystalla redige.

Ex tempore hoc modo paretur:

Rp. Acidi nitrici (p. sp. 1,200) *P.* 12.
(vel Acid. nitr. p. sp. 1,178 *P.* 13¼).
Paulatim affunde
Liquor. Ammoni caust. *P.* 10⅕
aut quantum ad neutralisationem requiritur. Tunc admisce
Aquae destill. q. s.,
ut pondus liquoris exaequet *P.* 25. *P.* 5 continent *P.* 1 Ammoni nitrici.

Ammonum oxalicum.

$AmO,\overline{O}x+HO$.

Rp. Acidi oxalici cryst. *P.* 1.
Vasi vitreo ingestam solve in
Aquae destill. bullientis *P.* 3.
Solutioni fervidae instilla inter agitandum
Ammoni caust. soluti *P.* 3
vel quantum requiritur, ut Ammonum paululum praevaleat. Tum loco frigido per diem et noctem sepone. Lixivium a crystallis defusum denuo calore 40—50° Cels. ad volumen dimidium evaporet et loco frigido reponatur, ut crystalla secernantur. Crystalla collecta inter chartam bibulam calorem evitando sicca. Effic. plus parte una.

Ammonum phosphoricum.

$2AmO,HO,PO^5$. Ammonium phosphoricum neutrale.

Rp. Acidi phosphorici (pd. sp. 1,13) *P.* 10.

Evaporando ad volumen dimidium redactis, tum refrigeratis admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 30.
Dein affunde
Ammoni caustici soluti duplicis (pd. sp. 0,923) *P.* 6
et loco frigido sepone.

Sal exortum in linteo collige, exprime et supra orbem porcellaneum stratum loco tepido sicca, quamdiu Ammonum efflat. Servetur in vitris obturatis. Sit coloris expers, neve reactionem acidulam praebeat, neve Ammonum exhalet.

Ph. Brit. $3AmO,PO^5+5HO$.

Ammonum phosphoricum solutum.

Liquor Ammonii phosphorici.

Rp. Acidi phosphorici puri (p. spec. 1,130) *P.* 60.
Adde paulatim
Liquor. Ammoni caust. *P.* 30
vel quantum ad neutralisationem requiritur. Tum admisce
Aquae destill. p. 10 aut. q. s.,
ut pondus fluidi totius exaequet *P.* 100.

Partes 6 liquoris continent *P.* 1. Ammoni phosphorici neutralis.

Ammonum succinicum solutum.

Liquor Cornu Cervi succinatus. Liquor Ammoni succinici.

Rp. Acidi succinici *P.* 1.
Solve calefaciendo in
Aquae destill. *P.* 8.
Solutioni immitte
Ammoni carbon. pyro-oleosi,
quantum requiritur ad perfectum saturationis gradum. Filtra et serva. Pond. spec. 1,05—1,06. *Ph. Hb.*, *Bav*, *Bad.*, *Hass.*, *Sax.*, *Sl H.*, *Belg.*, *Fenn.* (*Ph. Hann.* Acid. succ. crud.)

Ph. Wrtb. Acid. 1, Aq. 6. Pd. spec. 1,060. *Ph. Austr.* 1.080.

Ph. Bor. Rp. Acidi succinici 24, Olei Succini rectf. 1. Conterendo mixta solvantur in Aquae dest. 192, tum saturentur Ammoni carbonici pyro-oleosi 24 vel q. s. Reponantur per 24 horas et filtrentur. Pond. spec. 1,050—1,055.

Ph. Norv. Acid. 60, Ol. Succini rectif. 3, Aquae 686, Amm. carb. pyr. ol. q. s.

Ammonium sulphocyanatum.

$AmCyS^2$. Ammonium rhodanatum. Schwefelcyanammonium.

Rp. Ammoni caustici soluti *P.* 15*v*,
Carbonei sulphurati *P.* 2*v*,
Spirit. V. rectfss. *P.* 15*v*.

In retortam tubulatam immissas sepone per diem et agita. Tum leni calore destillando elice *P.* 24*v*, quae Spiritum Vini et paulum Ammonii sulphocyanati continentes ad aliam operationem reservandae

sunt. Liquor in retorta residuus leni calore evaporando seponendoque in crystallos cogatur. Crystalli collectae, sulphuris paulo inquinatae, solvendo in aqua, filtrando etc. depurentur. Effic. fere *P.* 2. Crystalli inter strages chartae bibulae premendo desiccatae in vitris bene obturatis serventur.

Ammonum tartaricum liquidum.

$AmO,\overline{T}+51$ Aq. Liquor Ammoni tartarici.

Rp. Acidi tartarici crystall. *P.* 15.
Solve in
Aquae destill. *P.* 30.
Tum adde
Liquoris Ammoni caust. *P.* 34
vel quantum ad neutralisationem requiritur. Dein admisce
Aquae destillatae *P.* 31
vel eam quantitatem, ut pondus liquoris exaequet
Partes 110.

Partes 6 liquoris continent *P.* 1 Ammoni tartarici.

Ammonum urinicum.

$AmO,HO,\overline{Ur}$. Ammonium uricum.

Rp. Frustulorum albidorum e Guano selectorum q. v.
Pulveratis superfunde
Acidi hydrochlorici diluti q. s.
Saepius agitando sepone loco frigido. Sedimentum in filtro collectum, aqua frigida ablutum solve leni calore in
Kali caustici soluti, aqua diluti q. s.
et filtra. Liquori filtrato adde
Ammonii chlorati soluti
quantum ad praecipitationem sufficit. Praecipitatum aqua ablutum in Kali caustico soluto diluto denuo solve et Ammonio chlorato soluto praecipita, quae operatio identidem repetatur, donec praecipitatum leni calore siccatum coloris expers evaserit. Sit pulvis crystallinus, in aqua difficillime solubilis.

Ammonum valerianicum.

$AmO,\overline{Va},HO$.

Rp. Acidi valerianici trishydrici q. v.
Funde in catinum minus profundum, qui in olla ampliore, operculo tubulato munita, collocetur. Per tubulum nonnumquam immitte
Ammon. caustic. gasiforme,
evolutum ex Ammonio chlorato et Calcaria hydrata, quae operatio tam saepe repetatur, donec Acidum in massam crystallisatam abierit. Crystalli collectae in vitris bene obturatis loco frigidiore asserventur.

Ammonum valerianicum liquidum.

$AmO,\overline{Va}+40$ Aq. Liquor Ammonii valerianici.

Rp. Acidi valerianici trishydrici *P.* 12,
Spiritus V. rectf. *P.* 18.
Mixtis instilla
Liquoris Ammoni caustici *P.* 17—17½
aut quantum ad neutralisationem requiritur. Tunc admisce
Aquae destill. *P.* 1,
ut fluidi pondus aequet *P.* 48. Serva in vitris optime clausis.

P. 4 liquoris continent *P.* 1 Ammoni valerianici.

Amygdalae tostae.

Rp. Sacchari albi *P.* 192,
Aquae comm. *P.* 60.
In lebetem ingestae l. a. ad consistentiam tabulandi decoquantur. Tum admisce
Amygdalarum dulcium bene siccatarum *P.* 128,
una cum pulvere, parato e
Cassiae cinnamom. *P.* 4,
Caryophyllorum *P.* 1,
Cardamomi minor. *P.* 1/6,
Boracis *P.* 1/4,
Coccionellae *P.* 1/2,
et agita ope spathulae, ut Amygdalae crusta saccharina obducantur.

Amygdalinum.

$C^{40}H^{27}NO^{22}$.

Rp. Amygdalarum amar. *P.* 2.
Expressione frigida ab oleo pingui liberatae, loco tepido siccatae et in pulverem subtiliorem redactae in vesica destillatoria, stanno obducta, cum
Spiritus V. alcoholisati *P.* 3

coquantur, spiritum interim destillatum saepius per tubulum refundendo, et, fluido expressione separato, decoctio residui cum eadem quantitate Spiritus Vini alcoholisati, tum expressio reiteretur. Spiritus Vini ab tincturis commixtis filtratisque usque ad remanentiam *P.* 1 destillando separetur. Fluidum remanens, perfecte refrigeratum cum

Aetheris volumine dimidio

commisceatur, ut Amygdalinum praecipitetur, quod, filtri ope separatum et charta bibula involutum, exprimendo depuretur, deinde cum

Aetheris quantitate sufficiente

in vitro clauso conquassando ab oleo adhuc adhaerente liberatum, et ope filtri separatum, digerendo resolvatur in

Spiritus Vini alcoholisati quantitate sufficiente.

Solutio filtrata refrigerando ad crystallisationem redigatur. Crystalla siccata in vitro clauso serva. Sit pulvis crystallinus albus.

Amylenum.

$C^{10}H^{10}$. Amylen.

Rp. Amyloxydi hydrati puri *P.* 10,
Zinci chlorati plane exsiccati *P.* 16.

Ingerantur in retortam, ita ut partes quinque (e sex) capacitatis vacuae supersint. Deinde per 24 horas seponantur. Retorta in balneo arenae collocata, et excipulo, cui tubulus securitatis impositus est, adaptato, fiat destillatio igne sensim aucto et vas recipiens optime refrigerando, donec vapores albi prodeant. Apparatu refrigerato, Zinco chlorato residuo adde

Zinci chlorati sicci *P.* 4—5,
Amyloxydi hydrati *P.* 10.

Destillatio denuo cautelis notatis instituatur, donec vapores albi iterum prodeant. Destillata fluida commixta leni calore balnei vaporis (40—60° Cels.) destillentur. Serva in vitris bene obturatis. Effic. 6—8 *P.*

Sit liquor limpidus, pervolatilis, coloris expers, saporis peculiaris dulciusculi et odoris grati, p. spec. 0,66—0,67. Aqua nihil ponderis Amyleni solvat. Temperatura liquoris coquentis =39° Cels.

Nota. Residuum fluidum e rectificatione ad praeparationem posteriorem Amyleni reservetur, ut cum Amyloxydo hydrato commixtum Zinco chlorato affundatur.

Amyloxydum aceticum.

$AylO,\bar{A} = C^{10}H^{11}O + \bar{A}$. Amylo-Aether aceticus. (Birnenäther.)

Rp. Natri acetici cryst. *P.* 20.

In lebetem ferreum ingestae calore fortiore exsiccentur. Sali remanenti (circiter *P* 12) in retortam vitream tubulatam immisso affunde

Acidi sulphurici Angl. conc. *P.* 15,

antea cum

Amyloxydi hydrati puri *P.* 12
(vel Amyloxydi hydrati venalis *P.* 13½)

mixtas. Mixtione leni agitatione perfecta et retorta in balneo arenae collocata, leni calore destillent circiter *P.* 16—17, vas, recipiens optime refrigerando Destillatum cum Magnesiae carbonicae quantitate sufficiente conquassetur, ut ab acido adhaerente perfecte liberetur. Tum liquor defusus aut filtratus cum Calcio chlorato sicco vel Kali acetico sicco conquassetur et per aliquot horas seponatur. Liquor hoc modo ab humiditate liberatus et decanthatus calore balnei arenae destillando eo modo rectificetur, ut liquor calore 120 ad 1 5° C. transiens colligatur. Quod tunc in retorta remanserit, ad novam parationem loco Amyloxydi adhibere potes. Destillatum in lagenis vitreis optime clausis loco frigido servetur. Effic. *P.* 14. *P.* spec. 0,925.

Rp. Amyloxydi hydrati puri *P.* 10,
Acidi sulphurici conc. *P.* 6,
Acidi acetici glacialis *P.* 8.

In cucurbitam vitream immissas digere calore balnei aquae per 4—6 horas, tum liquorem refrigeratum, cum Aquae quadrupla quantitate agitando commixtum sepone. Aether innatans separetur et aqua abluatur.

Amyloxydum formicicum.

$AylO,\bar{F}$. Aepfeläther.

Paretur aequali modo atque Amyloxydum aceticum e

Natri formicici perfecte siccati *P.* 7,

Acidi sulphurici conc. *P.* 10,
Amyloxydi hydrati *P.* 9.
Fervet calore 112–116° C.

Amyloxydum hydratum purum.

$C^{10}H^{11}O.HO$=AylO,HO. Amylalcohol. Fermentoleum Amyli. Reines Fuselöl.

Rp. Amyloxydi hydrati venalis *P.* 20.
Conquassentur cum
Natri carbonici cryst. *P.* 1/2,
antea soluta in
Aquae destill. *P.* 1.
Mixturam hanc retortae vitreae tubulatae ingere et tubulo ejus thermometrum ita infige, ut pars inferior globosa infra fluidum destillandum immersa sit. Retorta in balneo arenae collocata et excipulo adaptato, destillatio instituatur. Fluidum primo elicitum, iteratae rectificationi subjiciendum, seponatur, liquor autem, qui destillat, si fluidum destillandum temperaturam graduum 130 - 140 Celsiani thermom. exhibet, cum Aquae pondere aequali conquassetur et ab aqua liberatus ita rectificetur, ut liquorem calore graduum 130—140 Celsian. thermom. destillantem colligas. Hic ad usum servetur. *P.* spec. 0,817—0,819.

Amyloxydum propionicum.

AylO,$\overline{Pr}$. Ananasäther.

Rp. Spiritus V. alcoholis. *P.* 5.
Caute misce cum
Acidi sulphurici conc. *P.* 10,
et loco calido per aliquot dies sepone. Tum paulatim inter agitationem adde
Kali carbonici sicci *P.* 7.
Mixturae tunc in retortam tubulatam ingestae adjice
Kalii cyanati triti *P.* 10.
Bacilli lignei ope mixtione peracta, fiat destillatio excipulum bene refrigerando, quamdiu aliquid transit. Liquori destillato in cucurbitam vitream ingesto affunde
Liquoris Kali caust. (p.sp.1,339)
quantitatem triplam et agita. Tum coque, donec evolutio gasis Ammoni caustici plane cessaverit. Liquorem residuum in patinam porcellaneam immissum ad siccum pulverem redige. Hoc sal est Kali propionicum.
Dein seorsim commisceantur.
Amyloxydi hydrati *P.* 9,
Acidi sulphurici conc. *P.* 10
et per aliquot dies loco tepido seponantur, cui miscelae tum paulatim admisceantur
Kali carbonici sicci *P.* 7.
Effervescentia peracta massa calore balnei aquae ad siccum evaporet. Massae residuae contritae Partibus 2 exacte admisce
Kali propionici sicci *P.* 1.
Miscela in retortam tubulatam ingesta, fiat destillatio ex balneo arenae, quamdiu aliquid (calore 150—170° C.) transit. Liquor destillatus cum Magnesia carbonica conquassetur, filtretur et calore balnei arenae rectificetur. Effic. *P.* 8–9.

Amyloxydum valerianicum.

AylO,$\overline{Va}$=$C^{10}H^{11}O,C^{10}H^{9}O^{3}$. Amylo-Aether valerianicus. (Aepfeläther.)

Rp. Natri carbonici cryst. depurati *P.* 29.
Solve in
Aquae calidae *P.* 42.
Solutae saturentur quantitate sufficiente
Acidi valerianici crudi,
(quod destillatione e Kali bichromico, Acido sulphurico et Amyloxydo obtentum est. Cf. Acid. valerianicum)
Liquor neuter igne moderato inter perpetuam agitationem ad siccum evaporet, et residuum refrigeratum pulveratumque loco calido exsiccetur.
Huic pulvi (pond. *P.* circiter 26), in retortam vitream tubulatam immisso, affunde
Acidi sulphurici conc. Angl. *P.* 21,
antea cum
Amyloxydi hydrati *P.* 17
mixtas. Ceterum fiat destillatio et fluidum destillatum eadem ratione tractetur, quae de praeparatione Amyloxydi acetici (cf. idem) notata est, sed tamen eo discrimine, ut inter rectificationem pars vicesima primum destillans rejiciatur. Fervet calore 190° C. Effic. circit. *P.* 25.

Nota. Si Amyloxydum valerianicum purum parare vis, loco *P.* 29 Natri carbonici cum Acido valerianico crudo saturati adhibeas Natri valerianici crystallisando depurati et plane exsiccati *P.* 25.

Amylum jodatum.

Joduretum Amyli. *Jodure d' amidon.*

℞p. Amyli pulverati sicci *P.* 29.
In mortarium porcellaneum ingestis terendo admisce exacte
Jodi puri *P.* 1,
antea in
Spiritus Vini alcoh. *P.* 10
solutam. Mixtum leni calore (25° C.) exsiccetur et in vitro obturato servetur. Sit pulvis e nigro violaceus.
Suppl. Ph. Bor. Schachtii: 60, 1, 12.

Amylum jodatum solubile.

Amylum jodatum *Ph. Belg.* (Dextrina jodata).

℞p. Amyli triticei *P.* 3,
Jodi *P.* 1.
In mortario porcellaneo assidue contritis adde
Amyli *P.* 6.
Denuo conterendo mixtis instilla
Spiritus V. rectf. q. s.,
ut massa grumulosa fiat, quam in cucurbitam vitream immissam appulsui caloris balnei aquae fervidae per quattuor horas objice, ea diligentia adhibenda, ut collum cucurbitae totum obturaculo longiore, e charta bibula laxe complicata facto, occlusum sit et collum ipsum calorem balnei recipere possit. Tum massam terendo in pulverem redactam in lagenulis obturatis serva. Sit pulvis e nigro violaceus, in aqua totus solubilis.

Anilinum hydrochloratum.

$C^{12}H^7N,HCl$.

℞p. Anilini *P.* 12,
Spiritus V. rectfss. *P.* 24.
In patinam porcellaneam ingestis inter agitandum instilla
Acidi hydrochlorici (25% c.) *P.* 19
(vel Acidi hydrochlorici, 24,35% c., *P.* 19²/₃),
donec liquor paulum acidus prodeat, tum ad siccum calore balnei aquae evapora. Residuum salinum refrigeratum solve leni calore in
Spiritus V. absoluti *P.* 36
vel quantitate sufficiente et, admixto
Aetheris volumine 2plo,
sepone per diem unum loco frigido et luci subtracto. Sedimentum inde ortum in filtro collige et supra chartam bibulam stratum, calore non adhibito, sicca. Eff. *P.* 15. Sal venenosum est Cave ne hauriantur Anilini vapores!

Anilinum sulphuricum.

$C^{12}H^7N,HO,SO^3$.

℞p. Anilini *P.* 5,
Spiritus V. rectfss. *P.* 10,
Aquae destillatae *P.* 15.
In patinam porcellaneam ingestis adde inter agitandum
Acidi sulphurici diluti *P.* 18,
antea mixtas cum
Aquae destill. *P.* 9.
Mixturam inter agitandum bacilli vitrei ope calefac, ut ebulliat, tum sepone loco frigido. Crystallulis in vase deturbatorio collectis, liquorem salinum, qui defluxit, evaporando seponendoque in crystalla coge. Crystallula in vase deturbatorio collecta affundendo paulum
Spiritus aetherei
eluantur, tum inter strages chartae bibulae premendo siccentur. Eff. *P.* 6¾. Sint crystallula lamellaria, venenosa. Dosis periculosa 0,3 Grm. Cave ne hauriantur Anilini vapores.

℞p. Anilini venalis *P.* 5.
Solutis in
Spiritus V. rectfss. *P.* 30
admisce inter agitandum ope bacilli vitrei mixturam paratam ex
Acidi sulphurici conc. *P.* 3,
Spiritus V. rectfss. *P.* 9.
Sepone per horam, loco a luce remoto. Dein admisce
Aetheris Volumen ½
et agita. Praecipitatum in filtro collige (semper luci subtrahendum), Aethere ablue et supra orbem porcellaneum stratum calore non adhibito sicca.

Anthracokali

simplex

Lithanthrakokali. Fuligokali simplex.

℞p. Kali caustici sicci *P.* 7.

In vase ferreo calore sufficiente liquefactis agitando admisceantur

Lithanthracis nigerrimi puri, subtilissime pulv. *P.* 5

(aut Fuliginis splendentis *P.* 6).

Massa refrigerata et contrita statim in lagenulas vitreas ingeratur et in iis optime obturatis servetur. Sit pulvis e fusco niger, in aëre humescens.

Anthracokali sulphuratum.

Fuligokali sulphuratum.

Paretur uti Anthracokali simplex, eo quidem discrimine, ut Kali caustico liquato

Lithanthracis *P.* 5 et

Sulphuris *P.* 1,

antea mixtas, addas. Sit ejusdem indolis cujus antecedens et eodem modo asservetur. *Suppl. Ph. Bor. Schacht.* 5 et 4.

Antidotum Arsenici.

Ferrum oxydatum hydratum liquidum *Ph. Hann.* Mixtura antidotica. Mixtura Hydratis ferrici et Magnesici *Ph. Fenn.* Hydras Ferri et Magnesiae liquidus. Liquor Ferri hydrati Fuchsii.

℞p. Ferri sulphurici puri cryst. *P.* 16.

Solvantur in

Aquae destill. *P.* 20,

Acidi sulphurici conc. *P.* 3,

antea mixtis. Patinae porcellaneae immissae modico calore calefiant, et addenda Acidi nitrici quantitate sufficiente (pond. spec. 1,2 circiter *P.* 3¾) ferrum perfecte oxydetur.

Liquor tunc ad syrupi consistentiam evaporet et, hoc modo ab acido nitrico perfecte liberatus, ea quantitate Aquae destillatae diluatur, ut pondus miscelae respondeat

Partibus 32.

(*Liquor Ferri sulphurici oxydati* hoc modo obtentus in vitro bene clauso ad usum reponatur. Pond. spec. 1,40.) Hujus ope liquoris, si

Ferrum oxydatum hydratum liquidum

ad usum poscitur, idem sequenti modo paretur.

Liquoris Ferri sulph. oxydati *P.* 8,

Aquae destill. *P.* 64

commixtis terendo addatur

Magnesiae ustae *P.* 3½.

Conquassando mixtae dispensentur.

Ph. Hann., Sax. praecipiunt Magnesiae ustae *P.* 3. *Ph. Fenn.* Ferri sulphurici oxydati soluti 2, Aq. 3, Magnesiae hydricae (in aqua) 7.

Usus. Dentur aegrotis, quaque semihora reiterando, Cochlear unum ad duo liquoris optime conquassati.

Apiola.

Apiolum. *Apiole.*

℞p. Fructuum Apii Petroselini grosso modo pulv. q. v.

In vas deturbatorium immissum l. a. exsugatur affundendo

Spiritus V. rectfss. q. s.

Liquor, carbone animali admixto, dein Spiritu Vini magna ex parte destillando elicito, ad syrupi tenuioris spissitudinem evaporet, tum conquassando cum quantitate sufficiente mixturae, paratae ex

Aetheris *P.* 2 et

Chloroformii *P.* 1

extrahatur. Liquor aethereus filtratus, Aethere Chloroformioque maxima ex parte in congestore vaporario separatis, calore balnei aquae evaporet, donec quaeque vestigia et Aetheris et Chloroformii diffugerint.

Partes 8 liquoris residui, admixta conterendo Plumbi oxydati *P.* 1, seponantur. Tum Apiola supernatans auferatur et, admixto paulo Carbonis animalis depurati, filtretur. Sit pond. spec. 1,07—1,08.

Apparatus ad Fonticulos.

Fontanellapparat.

Apparatus ad fonticulos constat e rebus sequentibus in scatula papyracea servandis:

a) Emplastri ad fonticulos 30 paribus, interposita charta cerata, quae latera allita disjungat.

Formentur emplastra haec obducendo Emplastro ad fonticulos linteum tenerum, charta cerata interposita

complicando et ferro cylindrico latitudine pollicis pertundendo.

b) Binis hujus emplastri paribus, in quorum medio emplastrum vesicatorium magnitudine pisi inhaeret.

c) Unguenti ad fonticulos Uncia dimidia in ollula.

Usus. Ad cutem emplastro vesicatorio ab epidermide nudatam alligatur emplastrum ad fonticulos in medio cum Unguenti paululo illitum.

Aqua aetherata.

℞p. Aquae destill. *P.* 16,
Aetheris puri *P.* 1.

Fortiter conquassatas sepone per horam, vase aperto, ut Aether, qui non solutus fuerit, diffugiat.

Aqua aetherata camphorata.

℞p. Aetheris *P.* 10,
Camphorae *P.* 1.

In lagenam immissae stent per semihoram. Tum affunde
Aquae destillatae *P.* 200,
fortiter agitando. Post unam horam liquorem limpidum siphonis ope separa ad dispensandum.

Aqua Alibouri.

Collyrium St. Jerneroni. *Eau d' Alibour.*

℞p. Zinci sulphurici,
Cupri sulphurici āā *P.* 40,
Camphorae *P.* 5,
Croci *P.* 2,
Aquae *P.* 1200.

Mixtae digerantur per 24 horas, saepius agitentur, tum filtrentur.

Aqua alkalina carbonica.

Aqua lithontriptica. *Eau alcaline gazeuse.* Aqua Kali effervescens. *Effervescing Potash Water.*

℞p. Kali bicarbonici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 150.
Solutione peracta, liquori imprimantur
Acidi carbonici Volum 4—5.
Contra nephritidem sabulosam.

Aqua aluminata.

℞p. Aluminis *P.* 1.
Solve in
Aquae Rosarum *P.* 40.

Aqua aluminosa Fallopii.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi,
Aluminis āā *P.* 1,
Aquae Rosarum *P.* 100.

Solve. Ad alliganda vulnera purulenta, syphilitica etc.

Aqua amara artificialis.

Aqua amara *Ph. Fenn.* Liquor Sulphatis Magnesici carbonicus *Ph. Fenn.*
Künstliches Bitterwasser.

℞p. Magnesiae sulphuric. cryst. *P.* 16,
Natri bicarbonici *P.* 1,
Aquae filtratae *P.* 240.
Solve et filtra.

Ph. Fenn. Magn. sulph. 1, Aq. 7, Acid. carb. q. s.

Aqua amara Meyeri.

Meyer'sches Bitterwasser.

℞p. Magnesiae sulphuric. cryst. *P.* 8,
Natri bicarbonici *P.* 1,
Natri sulphurici cryst. *P.* 2.
Solutae in
Aquae destill. *P.* 128
impraegnentur
Acidi carbonici Vol. 3.

Aqua Ammoni carbonica.

Aq. Ammoni bicarbonici.

℞p. Ammoni carbonici dilapsi *P.* 1,
Aquae Acido carbonico supragravatae *P.* 960.

Commixtas dispensa in vitris (capacitatis Unc. 5—6) bene obturatis. Cf. Notam sub Aq. carbonica.

Aqua Amygdalarum amararum.

Aq. Amygdalarum amararum conc.

℞p. Olei Amygdalarum aeth. *P.* 2.

Solve agitando in

Spiritus V. rectfss. *P.* 30.

Tum admisce

Aquae destill. *P* 192,
Acidi hydrocyanici spirituosi (cujus 100 *P.* continent *P.* 2 Acidi hydrocyanati anhydri) *P.* 1

aut q. sufficit, ut *P.* 1000 mixtionis optime conquassatae contineant circiter *P.* 1⅓ Acidi hydrocyanici anhydri. Partes 1000 mixtionis igitur praebeant 6 ad 7 *P.* Argenti cyanati sicci.

Nota. Quod si mixtio plus Acidi hydrocyanati anhydri contineat, Aquae destill. quantitas sufficiens addatur.

Asservetur in lagenis vitreis, bene obturatis loco frigido et umbroso.

℞p. Amygdalarum amararum *P.* 24.

Grosso modo pulveratae expressione, calorem evitando, ab oleo pingui liberentur. Placenta in pulverem redacta et per cribrum trajecta in vesicam destillatoriam bene mundatam injiciatur, quae vesica jam continet

Aquae tepidae *P.* 120—150.
Acidi phosphorici *P.* 1.

Mixtione agitando peracta, stent per noctem, tum, affusis inter agitationem

Spiritus V. rectfss. *P.* 4,

destillent (aut igne aperto aut vaporibus aquae transmissis)

Partes 20,

quae seponantur. Partes tres ad quatuor dein destillantes tantum usui sunt ad diluendum destillatum prius, cujus Partes centenae contineant 0,139 *P.* Acidi hydrocyanati anhydri vel *P.* 480 praebeant *P.* 3,3 ad 3,5 Argenti cyanati sicci. *Ph. Bor., Hb., Sl. H. (Hann.), Norv.*

Ph. Bav., Austr., Bad., Sax., Wrtb., Fenn. Spiritum Vini non admiscent.

Ph. Wrtb., Belg., Fenn. Destillatum diluitur, ut 1000 *P.* praebeant 5 *P* Argenti cyanati.

Aqua Amygdalarum diluta.

Aqua Cerasorum. Aq. Persicae Fol. Aq. Pruni Padi. Aq. Amygdal. fol.

℞p. Aquae Amygdalarum amar. concentr. *P.* 1,
Aquae destill *P.* 23.

Misceantur, quoties usus poscit.
Ph. Fenn. 1 et 32; *Ph. Hann.* 1 et 31.

Aqua angelica.

℞p. Tartari depurati *P.* 10,
Mannae *P.* 60,
Succi Citri *P.* 20,
Aquae *P.* 300,
Syrupi Cort. Aurant. *P.* 60.

Digere per aliquot horas. Liquor colatus Albuminis ovi ope defaecandus est.

Aqua Anhaltina.

Spiritus Anhaltinus. *Eau d' Anhalt.*

℞p. Olei Rorismarini,
— Foeniculi,
— Macidis,
— Caryophyllor.,
— Cassiae cinn.,
(Tinct. Moschi) āā *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 120.

Mixtas sepone per unum diem, tum filtra.

Aqua antimiasmatica Koechlini.

Aqua Beisseri. Liquor antimiasmaticus Beisseri.

℞p. Liquoris Cupri ammoniato-hydrochlorati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 80.

Misceantur, quoties usus poscit.
Aqua antimiasmatica composita *Ph. Aust.* cf. Cuprum chloratum ammoniacale cum Hydrargyro solutum dilutum.

Aqua Arnicae.

Paretur ex

Olei Arnicae Flor. *P.* 1 et
Aquae destill. *P.* 1440

pari modo, atque Aqua Cascarillae.

℞p. Aquae Arnicae Flor. conc. *P.* 1.
Aquae destill. *P.* 3.

M.

Aqua aromatica.

Balsamum Embryonis. Aqua cephalica.

℞p. Olei Caryophyllorum,
— Cassiae cinn.,
— Citri cort. aa P. 2,
— Foeniculi,
— Lavandulae,
— Menth. pip.,
— Rorismarini,
— Salviae, aa P. 1,
Spiritus V. rectfss. P. 600,
Aquae destill. P. 300.

Misceantur agitando et filtrentur.

Aqua Asae foetidae.

℞p. Asae foetidae contus. P. 1.
In retortam immissae affunde
Aquae P. 32,
Spiritus V. rectfss. P. 3.

Destillent P. 16. Serva in lagenulis bene obturatis.

Aqua Asae foetidae composita.

℞p. Asae foetidae,
Radic. Angelicae,
Rhizom. Calami, aa P. 1,
Spiritus V. rectfss. P. 3,
Aquae q. s.

Destillent P. 16. Sit liquor turbidus.

Aqua Asae foetidae composita cum Castoreo *Ph. Hb.*

℞p. Aq. Asae foet. comp. *Ph. Hb.* P. 64,
Tinct. Castorei Canad. P. 1.

Misce. Praeparatum *Ph. Sl. Hols.* simile est Aquae foet. antihyst. *Ph. Bor. vet.*

Aqua Aurantiorum Corticum.

℞p. Olei Aurantiorum Cort. P. 1.
Solve agitando in
Spiritus V. rectfss. P. 40.
Tum admisce
Aquae destill. P. 440.

Serva.

Aqua Aurantii Florum.

(Ad usum cosmeticum.)

℞p. Olei Aurantii Flor. P. 2,
Aquae dest. tepidae P. 9600.

M. conquassando et refrigeratas filtra.

Aqua Aurantiorum Florum triplex.

℞p. Florum Aurant. rec. P. 24,
Kali carbonici dep. P. 1,
Olei Flor. Aurant. P. 1/16,
Aquae destill. q. s.

Destillent Partes 240.

Aqua aurea divina Fernelii.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi pulv. P. 1,
Aquae Calcar. ust. P. 96.

Conquassando misceantur.

Aqua azotica oxygenata.

NO+xAq. Aqua Nitrogenio oxydulato impraegnata.

℞p. Ammoni nitrici P. 5.

Retortae vitreae, sale hoc summum ad 1/16 complendae, immitte; eamque tum in arenae balneo colloca. Balneo ignem modicum subde atque eo usque nutri, quamdiu
Gas azoticum oxygenatum
lente evolvitur. Gas l. a. ope tubuli vitrei curvati in
Aquae dest. frigidae P. 1000
inducatur, dum absorbetur.

Evolutionem lentam Gasis et ignem temperatum diligenter sustenta. Ut periculum praecaveas, retortam pallio e charta densata (Pappe) confecto munias.

Aqua Barytae.

℞p. Barytae causticae P. 1,
Aquae destill P. 20.

Baryta primum aquae paulo extincta cum aqua commisceatur, et liquor filtretur. Serva in lagenulis plane repletis.

Aqua Bateana.

Aqua aluminosa comp. Aqua styptica.

℞p. Zinci sulphurici,
Aluminis aa P. 1.

Solve in
Aquae destill. *P.* 72.

Aqua benedicta composita.

Aqua Calcis composita (Carmichaëlis).

℞p. Ligni Sassafras *P.* 10,
— Guajaci *P.* 100,
Rad. Liquiritiae *P.* 20,
Sem. Coriandri *P.* 5,
Aquae Calcis *P.* 1500.
Macera per aliquot dies et filtra.

Aqua Bredfeldii.

Spiritus Bredfeldii.

℞p. Aquae Coloniensis *P.* 1440,
Aquae Rosarum *P.* 240,
Tinct. Moschi comp. *P.* 5.
M. et filtra.

Aqua bromata s. Bromi.

℞p. Bromi 2,
Aquae destill. 480.
M. agitando.

Aqua Calcariae carbonica.

Aqua Carrarica. *Carrara-water.*

℞p. Aquae Calcariae ustae q. v.
Impraegnetur
Gasis Acidi carbonici Vol. 4.

Aqua Calcariae sulphurato-stibiatae.

Aqua Calcis stibiato-sulphuratae. Decoctum Sulphureti Calcis Hoffmanni.

℞p. Calc. stibiato-sulphuratae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 240.
Coquendo evaporent ad remanentes *P.* 192, quae filtrentur.

Aqua camphorata.

Aqua Camphorae *Ph. Americ.*, *Brit.* Mixtura Camphorae *Ph. Brit.*

℞p. Camphorae *P.* 2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1,
Magnesiae carb. *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 264.
Misce conterendo l. a., tum filtra. *(Ph. Gall., Americ.)*

Ph. Hann. Camph. 1, Sp. vini aliquantul. Aq. 256. Misce et filtra.

Ph. Brit. Camph. 1 in sacculo e mussclina confecto inclusa in Aq. dest. 350 suspendatur. Stet per aliquot dies.

Aqua camphorata aetherea.

Eau éthérée camphrée Ph. Gall.

℞p. Camphorae *P.* 8.
Solve in
Aetheris *P.* 24.
Tum admisce
Aquae destillatae *P.* 470,
agita et filtra.

Aqua carbonica.

Aqua Acido carbonico saturata s. supragravata. Aqua aërata. Aqua acidula simplex. Aqua titillans. Aqua Acidi carbonici *Ph. Fenn.* *Eau gazeuse simple.*

Paretur ope propriorum apparatuum impraegnando Aquam puram decoctam et valde refrigeratam circiter Acidi carbonici gasiformis volumine quintuplici.

Aqua carbonica, quam in promptu habes, semper optime refrigeranda est, antequam eandem ad mixtiones aut solutiones adhibeas.

Aqua Carmelitarum.

Spiritus Carmelitarum. *Eau de Melisse ou des Carmes.*

℞p. Olei Caryophyllor.,
— Cassiae cinn.,
— Citri Cort.,
— Coriandri,
— Macidis,
— Melissae, āā *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 576.
Mixtas sepone per aliquot dies, tum filtra.

Aqua carminativa.

Windwasser.

℞p. Olei Aurant. Cort.,
— Carvi,
— Foeniculi,
— Coriandri,
— Citri Cort.,
— Menth. crisp. āā *P.* 1,
Spir. V. rectf. *P.* 120,
Aquae Chamomill. *P.* 840.
M. et filtra. *(Ph. Austr.)*

Aqua carminativa regia.

Königliches Windwasser.

℞p. Aquae carminativae *P.* 288,
Spirit. aromat. *Ph. Austr.* *P.* 96,
Sacchari albi *P.* 48,
Coccionellae tritae *P.* 1.

Misce et solve agitando, tum filtra. *(Ph Austr.)*

Aqua Cascarillae.

℞p. Olei Cascarillae aeth. *P.* 1,
Aquae destill. tepidae *P.* 960.

M fortiter conquassando et refrigeratas per linteum cola aut per chartam bibulam filtra.

℞p. Olei Cascarillae guttam 1,
Aquae destill. tepidae Drachm. 12,
(pond. med. Noric.)

M. eodem modo etc.

Nota. In parandis majoribus quantitatibus Oleum aethereum primum cum minori, dein cum reliqua Aquae quantitate sensim atque conquassando misceatur.

Pari modo parentur:

Aqua Amomi s. Pimentae.
— **Anethi.**
— **Anisi.**
— **Anisi stellati.**
— **Arnicae** florum.
— **Balsami Copaivae.**
— **Calami.**
— **Carvi.**
— **Caryophyllorum.**
— **Citri.**
— **Coriandri.**
— **Foeniculi.**
— **Hyssopi.**
— **Juniperi** Bacc.
— **Lavandulae.**
— **Menthar. variar.**
— **Petroselini.**
— **Pimentae.**
— **Pulegii.**
— **Rutae.**

Aqua Salviae.
— **Sassafras.**
— **Serpylli.**
— **Tanaceti.**
— **Valerianae.**

Aqua Castorei concentrata.

Aq. Castorei Rademacheri.

℞p. Castorei Canadensis minutim concisi,
Spiritus V. rectfss. āā *P.* 1,
Aquae communis *P.* 12.

Digerantur per 12 horas, tum destillando *P.* 8 eliciantur. Destillatum paululum turbidum est. Serva in vitris repletis optime obturatis loco frigido.

Aqua Castorei.

℞p. Aquae Castorei concentr. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 5.

M. quoties usus poscit. *(Ph. Austr.)*

Aqua Chamomillae anisata.

℞p. Olei Anisi *P.* 1,
Aquae Chamomill. conc.,
Aquae destillatae āā *P.* 480.

Misce.

Ph. Wrtb. Flor. Chamom. 2, Sem. Anisi 1, Sp. V. rectfss. $3\frac{1}{2}$, Aq. q. s Destillatum 14.

Aqua Chamomillae concentrata.

Aqua Chamomillae quadruplex.
(Receptura.)

℞p. Florum Chamomillae vulg. siccat. *P.* 4,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1,
Aquae q. s.

Destillent *P.* 10. Serva in lagenis vitreis bene obturatis loco frigido et umbroso.

Nota. Ad Aquam Chamomillae simplicem ex tempore parandam Pars 1 Aquae quadruplicis cum Partibus 3 Aquae destillatae misceatur.

Pari modo parentur:

Aqua conc. Arnicae Flor.
— — **Hyssopi.**
— — **Melissae.**
— — **Menthae.**
— — **Pulegii.**
— — **Rutae.**
— — **Salviae.**
— — **Ulmariae** Spiraeae florum.
— — **Valerianae.**

Aqua chlorata.

Chlorum solutum. Liquor Chlori.
Cl+982,16 Aq.

℞p. lagenas duas ad dimidiam partem usque

Aqua destillata

impletas. Loco non aprico in aquam lagenae alterius tamdiu Chlorum gasiforme (cf. id.) intromitte, donec pars superior vacua lagenae gase subflavo viridi repleta sit. Tum lagena cum altera lagena commutetur. Priore lagena obturamento vitreo clausa, absorptio gasis inter conquassandum cum aqua efficiatur. Quum alterius quoque lagenae dimidia pars superior gase erit repleta, haec iterum cum illa commutetur, eodemque modo quo illa tractetur. Haec agendi ratio repetatur, quamdiu gas ab aqua absorbetur. Aqua Chloro saturata, limpida, coloris paulum viriduli, in lagenis haud magnis, obturamentis vitreis munitis, a luce remotis, loco frigido asservetur.

Sit liquor eo usque chlorifer, ut Partes 100, admixtis *P.* 4 Ferro-Ammoni sulphurici cryst. in aqua soluti, colorem Kali hypermanganici soluti non amplius immutent.

Aqua chloroformiata.

℞p. Aquae destillatae *P.* 1000.
Instillatis
Chloroformii *P.* 4,
fortiter agita, post horam dimidiam deliqua.

Aqua Cinnamomi.

℞p. Olei Cassiae cinnam. optimi *P.* 2,
Aquae dest. tepidae *P.* 1440.

Conquassando misceantur. Mixturam refrigeratam cola.

Aqua Cinnamomi spirituosa.

℞p. Olei Cassiae cinnam. optimi *P.* 2,
Spiritus V. rectf. *P.* 200,
Aquae destill. *P.* 700.

Misceantur conquassando. Tum colentur per linteum.

℞p. Cassiae cinnam. *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 16.

Destillent *P.* 9. *Ph. Bor., Hb., Hann., Sax., Sl. H., Bav., Bad.*

Ph. Hass. Destill. *P* 10. *Ph. Wrtb.* Destill. *P* 8. *Ph. Fenn.* Destill. *P.* 6.

Ph. Belg. Spir. Cinnam. 225, Aq. Cinnam. 775. M.

Aqua Coccionellae.

℞p. Coccionellae tritae *P.* 4,
Spirit. V. rectf. *P.* 6,
Aquae communis q. s.
Destillent *P.* 24.

Aqua Cochleariae duplex.

(Receptura.)

℞p. Herbae Cochleariae florentis recentis concis. et contus. *P.* 12.
Affunde
Aquae frigidae *P.* 30.
Seponantur per noctem et, admixta
Spiritus V. rectf. *P.* 1.
destillando elice *P.* 6.

Serva in lagenis obturatis, loco frigido.

Eodem modo paretur:

Aqua duplex Nasturtii officinalis.

Aqua Cochleariae

(simplex).

℞p. Aquae Cochleariae dupl.,
Aquae destill. aa *P.*
M., quoties usus poscit.

℞p. Spiritus Cochleariae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 3.
M.

Eau de Madame de La Vrillière.

℞p. Herbae Cochleariae rec. *P.* 25,
Cassiae cinnam. *P.* 6,
Cort. Citri rec. *P.* 5,
Flor. Rosarum *P.* 3,
Caryophyllorum *P.* 2,
Spirit. V. rectf. *P.* 150.

Post macerationem de balneo vaporis destillatio continuetur, quamdiu aliquid elicitur.

Aqua coerulea

s. coelestis s. sapphirina.

Liquor Cupri ammoniati. Aqua ophthalmica coerulea.

℞p. Aeruginis pulv. *P.* 5,
Ammoni carbonici *P.* 15,
Aquae destill. *P.* 4800.

Solve macerando et filtra. *Ph. Batav.*

℞p. Aquae Calcariae *P.* 5760,
Aeruginis pulv. *P.* 5,
Ammonii chlorati *P.* 120.

Mixtae stent per horas 12, interdum agitando, tum filtra. *Ph. Sax.*

Suppl. Ph. Bor. Cupri limati 1, Amm. chlor. 2, Aq. Calcariae 50, Aq. 380. Sepone per 12 horas, interdum agita et filtra.

Aqua Coloniensis.

Eau de Cologne.

Spiritus odoratus s. Carmelitarum.

Spiritus aromaticus de Citreis.

I. Eau de Cologne véritable.

℞p. Olei Lavandulae opt.,
— Rorismarini aa *P.* 1,
— Aurantii Flor. *P.* 4,
— Citri Cort. *P.* 16,
— Bergamottae *P.* 48,
Spiritus V. rectfss. *P.* 960.

Mixtas per aliquod tempus sepone. Tum filtra.

II.

℞p. Olei Lavandulae opt.,
— Aurant. Flor. aa *P.* 1,
— Olei Menth. pip. *P.* 1/2,
— Citri Cort. *P.* 20,
— Bergamottae *P.* 48,
Moschi *P.* 1/30,
Spiritus V. rectfss *P.* 1152.

Mixtas per aliquot dies sepone et saepius agita. Tum filtra.

III.

℞p. Olei Lavandul. opt.,
— Aurant. Flor. aa *P.* 1,
— Citri Cort. *P.* 6,
— Bergamottae *P.* 12,
Moschi 1/120,
Spiritus V. rectfss. *P.* 240.

Mixtas etc.

IV.

℞p. Olei Lavandul. opt. *P.* 4,
— Aurant. Flor.,
— Pelargonii aa 1,
— Citri Cort. *P.* 24,
— Bergamottae *P.* 48,
— Menth. pip. 1/3,
Tinct. Moschi 1/2—3/4,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1120.

Mixtas etc.

V.

℞p. Olei Lavandul. opt.,
— Rorismarini,
— Thymi aa *P.* 1,
— Caryophyllor. *P.* 4,
— Citri Cort. *P.* 8,
— Bergamottae *P.* 16,
— Menth. pip. *P.* 1/3,
Tinct. Moschi *P.* 1/2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 576.

Mixtas etc.

Aqua Coloniensis

destillando parata.

℞p. Nuc. moschat.,
Cardamomi,
Cassiae cinnam. aa *P.* 4,
Herb. Melissae *P.* 48,
Vanillae *P.* 2,
Sem. Coriandri *P.* 4,
Olei Bergamottae,
— Citri cort. aa *P.* 20,
— Lavandulae *P.* 12,
— Thymi *P.* 8,
— Rorismarini *P.* 4,
— Caryophyllorum,
— Neroli aa *P.* 1,

Bals. Peruviani,
Styracis liquid. aa P. 4,
Spirit. V. rectfss. P. 6000.

Post macerationem destillent Partes 4000—5000.

Nota. Residuo in vesica destillatoria affunde

Spiritus V. rectf. P. 4000

et iterum destilla. Destillatus hic liquor ad parandam Aquam Coloniensem inservit.

Aqua cosmetica
contra ephelides s. lentigines.

Waschwasser gegen Sommersprossen.

Rp. Liquoris Hydrargyri nitrici oxydati P. 1,
Aquae Rosarum P. 24.

M. Signa: ad lavationes. Caute dispensa.

Rp. Boracis pulv. P. 4,
Natri carbonici cryst. P. 1.

Solutis in

Aquae destill. P. 96

admisce agitando

Aquae Coloniensis P. 6.

Rp. Seminum Cucumeris sativi rec. decorticat. P. 10,
Aquae destill. P. 20,
Natri carbonici cryst. P. 1.

Macera per triduum et saepius agita. Colaturae adde

Spirit. V. rectfss. P. 4,
Aquae Coloniensis P. 1.

Sepone et filtra.

Rp. Tinct. Hellebori alb.,
Aquae Coloniensis aa P.

Misceantur.

Rp. Gummi Arabici,
Bismuthi nitrici praec.,
Calomelanos aa P. 1,
Aquae destill. P. 48,
Tinct. Benzoës P. 4.

Misceantur.

Aqua cosmetica
contra naevos nativos.

Waschmittel gegen Muttermähler.

Rp. Kali carbonici puri P. 1,
Aquae destill. P. 2,
Aquae Rosarum P. 4,
Mixturae oleoso-balsamicae P. 2.

Misce et saepius agita.

Signa: Aqua bene agitata naevus nativus quotidie bis oblinatur.

Aqua cosmetica
contra papulas cutaneas et eczemata.

Eau contre les taches de rousseur
Eau de Guerlain.

Rp. Hydrarg. bichlorat. P. 1,
Aquae Cerasor. P. 10000,
Aceti plumbici P. 125,
Tinct. Benzoës P. 20,
Spirit. Vini P. 100.

Misce.

Aqua dentifricia.
Aqua antozostomatica s. gingivalis Mallardi.

Mundwasser.

Rp. Fruct. Anisi stell.,
Fruct. Anisi vulgaris,
Cassiae cinnamom.,
Caryophyllorum aa P. 8,
Ligni Guajaci P. 10,
Cort. Chinae fusci P. 6,
Flor. Rosarum P. 5,
Sem. Myristicae P. 2.

Grosso modo pulveratas in vas deturbatorium immitte, tum liquorem superaffunde, coquendo

Coccionellae contus. P. 3 et
Aquae P. 15

obtentum, dein mixturam, paratam e

Spiritus Vini rectfss. et
Spirit. V. rectif. aa P. 500.

Colaturae (ad finem aquae ope deturbatae) Partibus 1000 admisce

Olei Menthae pip.,
Spiritus Cochleariae,
Tincturae Benzoës aa P. 7.

Sepone per hebdomadem, tandem filtra.

Aqua Dippelii.
Aqua empyreumatica animalis.

Rp. Aquae destill. tepidae P. 1000.

Instilla

Olei animalis aeth. P. 15

et fortiter agita. Tum sepone per semihoram et filtra. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Sit liquor coloris expers aut paulum tantum tinctus.

Contra spasmos infantium laudatur. Dosis: Guttae 5 ad 6.

Aqua emetica.

Aqua stibiata *Ph. Hamb.*

Rp. Tartari stibiati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 120.

Solve. Paretur, quoties usus poscit.

Liquor Tartari stibiati *Ph. mil. Bor.*

Rp. Tartari stibiati *P.* 3,
Aquae communis *P.* 960.

Solve.

Rp. Tartari stib. Grana tria, Aquae comm. Uncias duas. (pond. med. Noric.) Solve.

Signa: Detur quoque horae quadrante cochlear unum, donec subsequatur effectus.

Aqua Euphrasiae duplex.

Rp. Herbae Euphrasiae offic. florentis recentis concis. *P.* 5.

Affunde

Aquae q. s.,
Spiritus V. rectf. *P.* 1.

Destillent *P.* 8, quas in lagenis vitreis bene obturatis serves.

Nota. Mixtio ex Aq. Euphras. dupl. et Aq. destill. āā *P.* praebet Aquam Euphrasiae (simplicem).

Aqua Ferri carbonica

s. chalybeata carbonica.

Rp. Ferri sulphurici cryst.,
Acidi citrici,
Natri bicarbonici āā *P.* 8,
Aquae carbonicae *P.* 7680.

M. l. a. Cf. Aquam carbonicam.

Rp. Ferri hydrogenio reducti *P.* 1.

Solve lege artis in

Aquae carbonicae *P.* 4000.

Aqua Ferri citrici carbonica.

Eau gazeuse ferrée

Rp. Aquae carbonicae *P.* 1920.

In lagenam vitream frigidam infusis adde

Ferri citrici *P.* 5,

antea in

Aquae *P.* 60

solutas. Lagena optime embolo subereo obturata, agita et loco frigido ne ultra octo dies serva.

Rp. Ferri citrici *P.* 2,
Aquae carbonicae *P.* 480.

M et solve l. a.

Rp. Ferri citrici *P.* 8.
Acidi citrici cryst. *P.* 16.

Mixtas in lagenam, quae circiter

Aquae dest. frigidae *P.* 2400

repleta est, non agitando ingere. Tum adde eadem ratione

Natri bicarbonici *P.* 12.

Lagenam statim epistomio subereo accurate obtura. Loco frigido sepone et interdum leniter agita.

Aqua Ferri jodati carbonica.

Rp. Ferri jodati soluti *P.* 1/6,
Syrupi Sacchari *P.* 12,
Gummi Arab. soluti *P.* 6,
Aquae carbonicae *P.* 144—150.

M. l. a.

Aqua Ferri phosphorici carbonica.

Rp. Ferri sulphurici cryst. *P.* 8,
Natri bicarbonici *P.* 64.

Immittantur sine agitatione in lagenam, quae continet

Aquae dest. frigidae *P.* 7680—8000.

Tum affunde

Acidi phosphorici *P.* 300 (pond. spec. 1,130).

Statim lagena embolo subereo optime obturetur, loco frigido seponatur, atque interdum leniter agitetur. Mixtio sit paulum turbida.

Aqua Ferri pyrophosphorici carbonica.

Rp Ferro-Natri pyrophosphorici oxydati soluti *P.* 1,
Aquae carbonicae *P.* 20.

M.

Rp. Ferri pyrophosphorici *P.* 5,
Natri pyrophosphorici *P.* 30,
Aquae carbonicae *P.* 10000.
M. l. a.

Aqua Ferri pyrophosphorici

Doctoris de Nega.

Rp. Ferri pyrophosphorici *P.* 3,
Natri pyrophosphorici *P.* 10,
Natri chlorati *P.* 5,
Aquae carbonicae *P.* 10000.
M. l. a.

Aqua foetida antihysterica.

Aqua foetida Pragensis. Aqua antihysterica foetida. Aqua Asae foetidae composita *Ph. Hb.*

Rp. Galbani *P.* 2,
Asae foetidae *P.* 3,
Myrrhae *P.* 1 1/2,
Rad. Valerianae,
— Zedoariae, aa *P.* 4,
— Angelicae *P.* 1,
Herb. Menth. pip. *P.* 3,
— Serpylli,
Flor. Chamomill. Rom.
Castorei Canad. aa *P.* 2.
Concisis, contusis et in retortam immissis affunde
Spirit V. rectfss. *P.* 36.
Stent per 24 horas. Tum adde
Aquae q. s.
Destillent Partes 72. Sit turbida. *Ph. Bor. vet.* *(Ph. Sax.)*
Ph. Hb. et *Sl. H.* Aq. Asae foet. comp. fere aequali modo paratur, nisi quod Castoreum omittitur.

Aqua gingivalis.

Aqua Lawrilliero. Mundessenz. Mundwasser (bei Heiserkeit).

Rp. Herb. Cochleariae rec.,
— Sisymbrii Nasturtii rec. aa *P.* 12,
Cort. Citri fruct. rec.,
Flor. Rosarum aa *P.* 2.
Contundantur addendo
Aquae communis *P.* 36.
Liquori expresso admisce
Olei Calami,
— Cinnamomi,
— Caryophyllor. aa *P.* 1/8,
Spirit. V. rectfss. *P.* 144,
tum digere et filtra.
Usus. Cum aqua et melle commixta fiat Gargarisma contra raucedinem.

Trésor de la bouche.

Rp. Spiritus Cochleariae,
— Lavandulae,
— V. rectf. aa *P.* 300,
Olei Citri cort.
— Menthae p. aa *P.* 1.
M. et filtra.

Aqua gingivalis Jacksonii.

Aqua balsamica Jacksonii.

Rp. Cort. Aurant. recentis.,
Cort. Citri recentis.,
Rad. Angelicae aa *P.* 50,
Ligni Guajaci *P.* 150,
Rad. Pyrethri *P.* 150,
Balsami Tolutani,
Resinae Benzoës aa *P.* 60,
Balsami Peruviani *P.* 20,
Myrrhae aa *P.* 15.
Concisis contusisque affunde
Spiritus V. rectif. *P.* 2500.
Macera per hebdomadem, tum destilla ex balneo vaporis fere ad siccum. Liquori destillato adde
Spiritus Cochleariae,
Spirit. Menthae pip. aa *P.* 250.

Aq. gingival. Poppii. *Eau Anathérine.*

Rp. Ligni Santali rubri *P.* 15,
Ligni Guajaci *P.* 10,
Myrrhae *P.* 25,
Caryophyll. aromat. *P.* 15,
Cassiae cinnam. *P.* 10,
Olei Caryophyllor.,
Olei Cassiae aa *P.* 1,
Spiritus V. rectifss. *P.* 1500,
Aquae Rosarum *P.* 750.
Digere et filtra.

Aqua gingivalis Pohlmanni.

Rp. Sem. Anisi vulg.,
Sem. Anisi stellati aa *P.* 16,

Herb. Spilanthis olerac.,
Rad. Pyrethri āā *P.* 1,
Benzoës,
Myrrhae āā *P.* 2,
Rad. Iwarancusae *P.* 4,
Rad. Irid. Florent. *P.* 8,
Coccionellae *P.* 3,
Spir. Vini rectif. *P.* 192.

Digere per aliquot dies. Colaturae filtratae adde

Ol. Menth. pip. *P.* 1,
Ol. Cinnamomi *P.* 1/3.

Aqua Goulardi.

Liquor Plumbi Diacetatis dilutus s. Subacetatis comp. Aqua plumbica spirituosa. Aqua Subacetatis plumbici *Ph. Fenn.* Acetum Plumbi compositum. Aq. plumbica s. saturnina *Ph. Bav., Sl. H., Wrtb., Fenn.* Aqua vegeto-mineralis Goulardi.

℞p. Aceti plumbici *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 48.

M.

Ph. nonnullae admiscent Spiritus Vini minorem quantitatem.

Ph. Hann. 1, 2, 48. *Ph. Hass.* 1, 1, 24.

Aqua Gowlandi.

℞p. Hydrargyri bichlorati,
Ammonii chlorati āā *P.* 1.

Solvantur in

Emulsionis Amygdalarum *P.* 1920,
Aquae Laurocerasi *P.* 120.

Lotio contra pruriginem (Hautjucken).

Aqua haemostatica

(Pagliari.) *Ph. Belg.*

℞p. Benzoës pulv. *P.* 1,
Aluminis crudi *P.* 2,
Aquae *P.* 20.

Coque per horas sex agitando et aquam evaporatione consumptam restituendo. Colaturam serva in lagena obturata.

Aqua haemostatica seu vulneraria Freppelii.

℞p. Foliorum Matico,
Resinae albae,
Resinae Benzoës,
Fuliginis splendentis,
Secalis cornuti,
Aluminis āā *P.* 25.

Contusis pulveratisque adde

Terebinth. laricinae *P.* 25,
Aquae *P.* 500.

Coque. Colaturae *P.* 300 filtratae admisce

Tinct. Arnicae florum,
Tinct. vulnerariae āā *P.* 100.

Aqua haemostatica Monterosiae s. Neapolitana.

℞p. Olei Menthae pip.,
— Rorismarini,
— Calami,
— Salviae,
— Thymi,
— Cassiae cinn.,
— Cajeputi āā *P.* 1,
Acidi tannici *P.* 10,
Spirit. Formicar. *P.* 100,
Aquae destill. *P.* 1000.

Misce et fortiter agita, tum sepone per aliquot dies et filtra.

Aqua haemostatica Neljabini (s. Neljubin).

Eau hémostatique de Neljabin.

℞p. Castorei Canad.,
Ambrae gris. āā *P.* 30,
Secalis cornuti *P.* 125,
Balsami de Mecca *P.* 12,
— Canadensis *P.* 60,
Cass. cinnamom. *P.* 420,
Herb. Rorismarini *P.* 750,
— Menth. pip. *P.* 560,
Olei Cajaputi *P.* 15,
Spirit V. rectfss. *P.* 500,
Aquae q. s.

Post macerationem destillent *P.* 9000.

Aqua Hungarica.

Aqua Reginae Hungariae. Spiritus Rorismarini compositus.

℞p. Spiritus Rorismar. *P.* 3,
Spiritus Lavandulae,
Spiritus Salviae āā *P.* 1.

M.

Ph. Hann. Hb. Rosm. 24, Hb. Salviae 12, Rd. Zingiberis 1, Sp. V. rtfss. 72, Aq. q. s. Macera. Destill. *P.* 66

Aqua hydrojodica.

Liquor Kalii jodati compositus. Solutio Superjodeti kalici. *Eau jodée.*

℞. Jodi *P.* 1,
Kalii jodati *P.* 2.
Invicem mixtas solve in
Aquae destill. *P.* 5760.
Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hamb. Ph. Lond., Dubl.* adhib. Aq. 1920.
Ph. Norv. $KJ^2 + 108 HO$. — Jodi 60, Kalii jodati 79, Aq. 461. Dosis extrema guttae 15.

Aqua jodata carbonica.

(Mialhei.)
Acqua gassosa jodurata.

℞. Kalii jodati in cryst. *P.* 12,
Natri bicarbonici *P.* 60.
Immittantur sine agitatione in lagenam, quae continet
Aquae decoctae et refrigeratae *P.* 7680—8000.
Tum affunde
Acidi citrici cryst. *P.* 45.
Statim lagena embolo subereo optime obturetur, loco frigido seponatur et interdum leniter agitetur.

℞. Kalii jodati *P.* 1,
Aquae Sodae *P.* 640—700.
Solve l. a.

Aqua Kreosoti

s. kreosotata s. Binelli.
Kreosotum solutum *Ph. Bor.*

℞. Kreosoti *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 480.
Misceantur agitando. Nonnisi ad dispensationem paretur.

Aqua Lactucae duplex.

Eau de Laitue double.

℞. Herbae Lactucae sativae florescentis recent. conc. et cont. *P.* 12,
Spiritus V. rectf. *P.* 1,
Aquae *P.* 36.
In vesicam destillatoriam ingestae stent per noctem, tum destillent *P.* 6.
Serva in vitris bene obturatis.

Eodem modo parentur:

Aqua duplex Boraginis officinalis.
— — **Plantaginis** majoris.
— — **Parietariae** officinalis.
— — **Centaureae** Cyani
etc. plantarum inodorarum aliarum.

Nota. Aquae duplicis et Aquae destill. āā *P.* commixtae praebent Aquam officinalem simplicem.

Aqua Laurocerasi.

℞. Foliorum Pruni Laurocerasi recentium *P.* 12.
Concisis affunde
Aquae communis *P.* 36.
Macerentur frigide per 12 horas in vesica destillatoria. Tum adde
Spiritus V. rectf. *P.* 2
antea cum
Aquae communis *P.* 2
commixtas.
Deinde destillent leni calore *P.* 12 vel porro tantum, ut *P.* 960 contineant *P.* unam Acidi hydrocyanici anhydri. Cf. Aquam Amygdalarum conc., quam substituere potes.
Suppl. Ph. Bor. Fol. 8, Sp. V. 1. Dest. 12.

Eodem modo parentur:

Aqua Persicae vulg. Folior.
— **Amygdali** Foliorum.

Aqua laxativa Corvisartii.

Médécine de Napoléon.

℞. Tartari solubilis *P.* 300,
Tartari stibiati *P.* $\frac{1}{4}$,
Sacchari *P.* 600,
Aquae dest. *P.* 10000.
Solve et misce.

Aqua Lithoni carbonici.

℞. Lithoni carbonici *P.* 2,
Aquae carbonicae *P.* 5000.
M. l. a.

Aqua Luciae.

Tinctura Ammoni comp. Liquor Ammoniaci succinatus. Spiritus Ammoni succinatus. *Eau de Luce.*

Rp. Spiritus saponati,
Spirit. V. alcohol āā *P.* 2,
Liquor. Ammoni caust. *P.* 3,
Balsami Vitae Hoffm. *P.* 1.

Mixtae per diem unum seponantur, tum filtrentur.

Mixtura haec contra viperarum et insectorum morsus commendata est. Vulnus ea quam celerrime eluatur.

Ph. mil. Suec. Ol. Succini rect. 1, Sp. V. rctf. 24, Liq. Amm. caust. 96.

Tinctura Ammoni composita *Ph. Lond.*

Rp. Mastiches *P.* 2,
Olei Lavandulae *P.* $^1/_4$,
Spirit. V. rectfss. *P.* 8,
Liq. Ammoni caust. *P.* 144.

M., sepone et decantha.

Rp. Tinct. Benzoës,
— Bals. Tolutani,
Spirit. V. rectf. āā *P.* 15.
Tinct. Ambrae *P.* 1,
Liq. Ammoni caust. *P.* 30.

Misce, sepone et filtra.

Aqua Magnesiae.

Aq. Magnesiae carbonicae. Magnesia liquida Dinnefortii, Baruelii. *Eau Magnésienne. Fluid Magnesia.*

Rp. Magnesiae sulphuricae *P.* 26.
Solve in
Aquae destill. *P.* 52.
Solutioni fervefactae admisce
Natri carbonici cryst. *P.* 29,
antea in
Aquae destill. *P.* 87
solutas. Praecipitatum inde exortum bene eluatur, tum adhuc humidum cum
Aquae destill. *P.* 576
commisceatur et in apparatu idoneo inter conquassandum pressione adjuvante cum
Gase Acidi carbonici
l. a. impraegnetur, donec Magnesia soluta sit. Aqua Magnesiae sit limpida et coloris expers. Part. 60 continent *P.* 1 Magnesiae carbonicae.

Rp. Magnesiae carbonicae crystallisatae *P.* 5,
Aquae carbonicae *P.* 300.
M. l. a.

Aqua Manhemiensis.

Manheimer Wasser.

Rp. Sem. Anisi vulg. *P.* 32,
— — stellat. *P.* 12,
— Coriandri,
— Amomi,
Caryophyllorum āā *P.* 1,
Cassiae cinnamomeae *P.* 16,
Spiritus V. rectfss. *P.* 864,
Aquae *P.* 1200.

In vesicam destillatoriam immissae macerent, tum destillent *P.* 1728, in quibus solvantur
Sacchari albi *P.* 256.
Tum admisceantur
Aquae Rosarum
Spirit. Oryzae (Arak) āā *P.* 56.
Mixtio stet per aliquot dies, tum filtretur.

Aqua margaritata.

Aqua perlata. Perlwasser.

Rp. Magnesiae hydrico-carb.,
Sacchari albi āā *P.* 1,
Aquae Cerasor. *P.* 24,
— Cinnamomi *P.* 4.
M. l. a.

Aqua Maris facticia.

Künstliches Seewasser.

Rp. Salis Maris compositi *P.* 1.
Solve in
Aquae font. *P.* 30.
Paretur, quoties usus poscit.

Rp. Salis marini *P.* 1,
Aquae font. *P.* 30.
Solve.

Rp. Natrii chlorati *P.* 11000,
Magnes. sulphuricae cryst. *P.* 4000,
Calcii chlorati *P.* 500,
Kali sulphurici *P.* 100,
Kalii jodati,
Natrii bromati āā *P.* 2,

Liq. Ammonii sulphhydrati *P.* 1/15,
Aquae pluvialis *P.* 250000.
Solve et misce l. a.

Aqua Maris carbonica.

Rp. Salis Maris comp. *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 30.
Liquori imprime
Acidi carbonici Volum. 4.

Aqua Melissae.

Rp. Olei Melissae *P.* 1,
Aquae dest. tepidae *P.* 1920.
M. conquassando, tum cola.

Aqua Menthae spirituosa s. vinosa.

Rp. Olei Menthae pip. Angl. *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. rectf. *P.* 120.
Tum admisce
Aquae destill. *P.* 360.

Aqua mercurialis simplex.

Decoctum Hydrargyri.

Rp. Hydrargyri *P.* 1,
Aquae *P.* 4.
In cucurbitam immissas coque per 2 horas, tum decantha liquorem aquosum.

Aqua mirabilis.

Althoff'sches Wunderwasser.

Rp. Aceti Vini *P.* 192,
Cupri sulphurici *P.* 24,
Kali carbonici crudi *P.* 6,
Ammonii chlorati *P.* 8,
Oxalii *P.* 2,
Spirit. V. Gallici *P.* 96.
Digerantur per triduum, tum ad siccum fiat destillatio.

Aqua Muscarum venalis.

Fliegenwasser.

Rp. Ligni Quassiae *P.* 10.
Coque cum
Aquae font. *P.* 120
ad colaturam Partium 80—90, quibus admisce
Mellis despumati *P.* 10,
Spiritus V. rectfss. *P.* 15,
(Essentiae pireo-aethereae *P.* 1).
In mixtis solve postremo agitando
Tartari stibiati *P.* 1.

Aqua Natrii sulphurati.*)

Aqua Sodae hepatica. *Eau sulfurée.*

Rp. Natrii sulphurati cryst.,
Natri carbonici cryst.,
Natrii chlorati āā *P.* 1,
Aquae aëre orbatae s. coctae et refrigeratae *P.* 460.
M. l. a.

Aqua Nicotianae Rademacheri.

Rp. Foliorum recent. Nicotianae Tabaci vel Nicotianae rusticae *P.* 16.
Concisis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 3,
Aquae font. q. s.
Destillent *P.* 16. Sit odoris non foetidi.

Aqua Nucum vomicarum Rademacheri.

Aqua Strychni seminis Rademacheri.

Rp. Nucum vomicarum *P.* 32.
Minutim concisis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 4,
Aquae font. *P.* 60—80.
Post macerationem per diem unum destillent *P.* 48.

Aqua ophthalmica.

Augenwasser *(ad. us. mercat.)*

Rp. Zinci sulphurici puri *P.* 12.
Solve in
Aquae destill. *P.* 2400.
Tum admisce miscelam e
Spiritus V. rectfss. *P.* 240,
Olei Foeniculi *P.* 3
(aut Olei Rosar. *P.* 1/4).

---

*) Loco Aquarum mineralium, quae Natrium sulphuratum continent.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 1.
Solve in
Aquae Rosarum *P.* 240.
Tum admisce
Spiritus Rorismarini,
Spiritus camphorati āā *P.* 4.
Filtra et serva.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 2,
Aquae Rosarum *P.* 480,
Tinct. Foeniculi comp.,
Tinct. Opii simpl. āā *P.* 10,
Spiritus V. rectfss. *P.* 30.
M.

Aqua ophthalmica alba.

Liquor ophthalmicus albus.
(ad us. mercat.)

℞p. Zinci sulphurici,
Zinci oxydati albi āā *P.* 10.
Commisce terendo cum
Aquae destill. *P.* 2400,
Spiritus V. rectfss. *P.* 240,
Tinctur. Opii simpl. *P.* 40.

Aqua ophthalmica alba

Ph. Dan.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 6,
Plumbi acetici *P.* 3,
Camphorae *P.* 2,
Aquae Rosarum *P.* 576.
Salia Zinci et Plumbi seorsim in Aqua Rosarum soluta et filtrata commisceantur, tum Camphora in paulo Spiritus Vini soluta addatur. Bene agitatam aquam dispensa.

Ph. Norv. Zinc. sulph. 2, Aq Rosar. 500. Solut. commisce c. liquore e Plumb. acet. 1 et Aq Rosar. 500 parato. Tum adde Camph. 1 in Spirit. V. solut.

Aqua ophthalmica

Brilliana.
Brilliantenwasser.

℞p. Zinci sulphurici cryst.,
Natrii chlorati,
Camphorae tritae āā *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 192.
Mixtae per diem unum loco calido seponantur, saepius agitentur et post refrigerationem filtrentur.

Aqua ophthalmica

Brunii.

℞p. Aloës *P.* 8,
Tincturae Croci *P.* 3,
Aquae Rosarum,
Vini albi āā *P.* 64.
Macera et filtra.

Aqua ophthalmica

Conradi *Ph. Hann.*

Aqua ophthalmica mercurialis. *Ph. Dan.*

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.
Solve in
Aquae Rosarum *P.* 2880,
Tinct. Opii croc. *P.* 40.
Ph. Dan. 1; 2880; 30.

Aqua ophthalmica foeniculata.

Aqua ophthalmica Romershauseni.

℞p. Tinct. Foeniculi comp. *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 5.
Misce. *Ph. Hann.* 1 et 6.

Aqua ophthalmica

Hoffmanni.

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 1,
Aquae Rosarum *P.* 50.
Solve.

Aqua ophthalmica Lochii.

Acqua antioftalmica di Loche.

℞p. Aluminis crudi,
Zinci sulphurici,
Tinct. Aloës āā *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 5,
Aquae Rosar, *P.* 200.
M. l. a.

Aqua ophthalmica nigra Graefii.

℞p. Extr. Hyoscyami *P.* 15,
Aquae Rosarum *P.* 480,
— Calcariae *P.* 1440,
Calomelanos *P.* 10.
M. conterendo, solvendo et agitando.

Aqua ophthalmica
Parisiorum.

℞p. Zinci sulphurici,
Rd. Iridis Flor. pulv.,
Sacchari aa *P.* 5,
Aquae *P.* 1000.

Macera et filtra. In Francogallia saepe in usu est.

Aqua ophthalmica
Pragensis.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 1,
Aquae Rosarum,
— Sambuci aa *P.* 30,
Mucilag. G. Arab. *P.* 1.

Solve et misce.

Aqua ophthalmica saturnina Ph. paup.

℞p. Aceti plumbici *P.* 7 1/2,
Mucilag. Cydonior. *P.* 60,
Aquae Rosar. *P.* 1920.

M.

Aqua ophthalmica
Stroinskiana.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 2.
Solve in
Aquae destill. *P.* 640,
— Patchuli *P.* 1.

Nota. Aqua Patchuli paretur agitando ex Olei Patchuli *P.* 1 et Aquae destillatae *P.* 2000.

Aqua ophthalmica Tamanti.

℞p. Cupri aluminati *P.* 1,
Aquae Rosarum *P.* 480,
Spiritus aetherei,
Tinct. Opii crocati aa *P.* 2.

M. l. a.

Aqua Opii.

℞p. Opii puri in taleolas dissecti *P.* 4.

In cucurbitam vitream ingestis affunde
Aquae destillatae *P.* 40.

Tubo vitreo curvato cucurbitae collo ope suberis perforati inserto ac tubo refrigeratorio applicato cum excipulo, fiat destillatio, donec *P.* 24 elicitae sint. Destillatum in vitris plane repletis et bene obturatis loco frigido et umbroso asserves.

Nota. Massa in cucurbita residua ad siccum evaporet et ad Morphii parationem reservetur.

Aqua orientalis.
Eau orientale de Delabarre.

℞p. Spirit. V. rectf. *P.* 480,
Olei Menth. p. *P.* 4,
— Rosarum *P.* 1,
Coccionellae pulv.,
Kali carbonici aa *P.* 2.

Mixtae macerentur per 2 dies, tum filtrentur. (Gargarismati admiscetur.)

Aqua Orvali.
Eau d' Orval. Orvalstropfen.

℞p. Fruct. Anisi,
Fruct. Foeniculi aa *P.* 30,
Fruct. Juniperi,
Cort. Aurantiorum,
Cort. Cass. cinnam. aa *P.* 45,
Ligni Santali rubri *P.* 90,
Rad. Angelicae,
Rad. Imperatoriae,
Rad. Contrajervae,
Rad. Calami,
Rad. Galangae aa *P.* 60,
Sem. Myristicae,
Caryophyllorum aa *P.* 15.

Contusis et incisis affunde
Spiritus V. rectifss.,
Spirit. V. rectf. aa *P.* 1500.

Macera per aliquot dies et filtra.

Aqua otalgica Ludovici.
Aqua acustica Ludovici. Ohrtropfen.

℞p. Spiritus aromatici *P.* 288,
Olei Juniperi bacc. *P.* 2,
Camphorae *P.* 1,
Liq. Ammoni caust. *P.* 6.

M. et solve. (Nonnullae guttulae cum gossypio in meatum auditorium ingeruntur).

Aqua contra perniones
Rustii.

℞p. Acidi nitrici puri *P.* 1,

Aquae Cinnam. simpl. *P.* 2.
M.

Aqua phagedaenica decolor *Ph. Aust.*

Liquor mercurialis s. Hydrargyri muriatici corrosivi.

℞p. Hydrargyri bichlorati corros. *P.* 4,
Ammoni chlorati *P.* 15.
Solve in
Aquae destill. *P.* 5760.
Filtra.

Liquor Hydrargyri bichlorati corrosivi *Ph. Bor. vet.*

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi,
Ammoni chlorati āā *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 480.
Filtra. Liquor sit limpidus.

Ph. Lond. Hydr. bichl., Amm. chlor. āā 1, Aq. 960.

Aqua phagedaenica (lutea).

Liquor hydrargyricus flavus.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi pulv. *P.* 1½,
Aquae Calcar. ustae *P.* 480.

M. conquassando. Liquorem agitatum una cum praecipitato flavo dispensa. *Ph. Bor. vet., Hb., Sl. H., Sax,, Hann., Bav., Wrtb., Hass.* (*Ph. Dan.* 1 et 240.)

Aqua phagedaenica nigra.

Aqua mercurialis nigra s. mitis. Aqua nigra.

℞p. Calomelanos praep. *P.* 15,
Aquae Calcariae ust. *P.* 480.
Misce conterendo. *Ph. Hb., Sl. H.*
Ph. Norv., Dan. Calom. 1, Aq. Calc. 240.
Ph. mil. Bor., Suppl. Ph. Bor. 15 et 960.

Aqua phagedaenica Rustii.

℞p. Calomelanos *P.* 3,
Opii pulv. *P.* 4.
Terendo commisceantur cum
Aquae Calcariae *P.* 144.

Aqua picea.

Theerwasser.

℞p. Picis liquidae *P.* 1,
Aquae communis *P.* 12.

Misce, sepone per biduum et saepius agita. Postquam mixtura subsedit, liquorem limpidum decantha et in lagenis bene obturatis serva. Sit limpida subflava aqua. *Ph. Hann.*

Aqua plumbica s. Plumbi s. saturnina.

Liquor Plumbi subacetatis dilutus *Ph. Brit.*
Eau blanche.

℞p. Aceti plumbici *P.* 1,
Aquae dest. *P.* 48.
M. *Ph. Bor., Hb., Hann., Hass., Austr.*
Ph. Norv. Solutio Acetatis sesquiplumbici diluta. Acet. pl. 6, Aq. 114.
Ph Brit. 2*v* Acet. pl., 2*v* Sp. V. rtfss., 156*v* Aq. dest. M. et filtra.
Ph. Bad., Sax. Acet. pl. 1, Aq. 12.

Aqua prophylactica antisyphilitica.

℞p. Aluminis *P.* 50,
Ferri sulphurici cryst.,
Cupri sulphurici āā *P.* 10,
Mixturae oleoso-balsam.,
Spiritus camphorati āā *P.* 3,
Aquae *P.* 10000.
Solve et misce. Ad lotiones post coitum.

Aqua Pruni Padi.

(Ex tempore.)

℞p. Aquae Amygdal. amar. conc.,
— destillatae āā *P.*

Ph. Hann. Cort. rec. Pruni Padi 12, Sp. V. rctfss. 1, Aquae 72 Destillatum 18.

Aqua purgativa.

Eau gazeuse purgative.

℞p. Natri phosphorici cryst. *P.* 40,
Natri bicarbonici *P.* 5.
Solve in
Aquae destill. *P.* 625.
Liquori in lagenam immisso adjice
Acidi citrici *P.* 10,
et lagenam celeriter epistomio suberino obtura.

Aqua Quassiae Rademacheri.

Rp. Corticis Quassiae ligni *P.* 9,
Ligni Quassiae *P.* 48.
Minutim concisis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 16,
Aquae communis *P.* 200.
Macera per biduum, tum destillent *P.* 128. Sit aqua limpida.

Aqua Quercus Glandium Rademacheri.

Rp. Glandium Quercus recent., a cupulis liberatarum et contusarum *P.* 60.
Affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 15,
Aquae communis q. s.
Destillent *P.* 90.

Aqua Raphani Armoraciae duplex.

Aqua Armoraciae radicis. *Eau de Raifort.*

Rp. Radicum recent. Cochleariae Armoraciae contus. *P.* 10,
Aquae frigidae *P.* 20.
Seponantur per unam noctem et, admixtis
Spiritus V. rectfss. *P.* 2,
destillando elice *P.* 10. Serva in vitris bene obturatis loco frigido umbrosoque.

Aqua Rosarum.

Rp. Olei Rosarum opt. *P.* 2,
Aquae destill. tepidae *P.* 12000.
Misceantur conquassando Refrigeratae filtrentur.

Aqua Rubi Idaei octuplex.

Rp. Placentae recentis post expressionem Succi Rubi Idaei baccarum residuae *P.* 60,
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
Aquae calidae *P.* 200,
Spiritus V. rectfss. *P.* 2.
Macerentur per noctem, tum destillent *P.* 10. Serva in vitris bene obturatis. *P.* 1 destillati cum *P.* 7 Aquae destill. commixta praebet Aquam Rubi Idaei simplicem. Fiat mixtio, quoties usus poscit.

Eodem modo paretur:

Aqua Fragorum octuplex e baccis Fragariae vescae.

Aqua Sambuci octuplex.

Rp. Flor. Sambuci sicc. *P.* 12,
Spiritus V. rectfss. *P.* 2,
Aquae communis q. s.
Destillent *P.* 15. Serva in vitris embolis subereis bene obturatis.

Ad Aquam Sambuci ex tempore parandam. *P.* 1 Aquae octuplicis cum *P.* 7 Aquae destill. misceatur.

Eodem modo paretur:

Aqua Tiliae florum octuplex.

Aqua sedativa Raspaili.

Eau sédative de Raspail.

Rp. Liq. Ammoni caust. *P.* 10,
Spirit. camphorati *P.* 1,
Natrii chlorati *P.* 6,
Aquae fontanae *P.* 100.
M. et solve. (Contra congestiones, dolorem capitis vel cephalalgiam ad cutem capitis humectandam).

Aqua Selterana.

Selterwasser zum Wohlgeschmack.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 100,
Natrii chlorati *P.* 60,
Calcii chlorati sicci *P.* 30,
Magnesii chlorati sicci *P.* 15,
Natri sulphurici cryst. *P.* 10,
Natri silicici *P.* 5,
Aquae *P.* 100000,
Acidi carbonici Vol. 4.
M. l. a.

Aqua Selterana jodata.

Rp. Kalii jodati *P.* 1.
Solve agitando in
Aquae Selteranae *P.* 1000.

Aqua Sinapis.

℞p. Olei Sinapis *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 480.
Diligenter agita. *(Ph. Hann.)*

Aqua Sodae carbonica.

Aqua Sodae s. acidula cum Natro bicarbonico. *Eau de Soude carbonatée.* Sodawasser.

℞p. Natri bicarbonici *P.* 1,
Aquae destillat. *P.* 500,
Acidi carbonici Volum. 4.
Solve et misce l. a.

℞p. Natri bicarbonici *P.* 3,
Natrii chlorati *P.* 1,
Aquae carbonicae *P.* 1500.
Solve et misce l. a

Ph. Edinb. Natri bicarb. 1 et Aquae carb. 160.

Aqua Sodae salita carbonica.

Natrokrene.

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 170,
Natrii chlorati *P.* 30,
Kalii jodati *P.* 1,
Magnesiae sulphuric. cryst. *P.* 2,
Natri sulphurici cryst. *P.* 3,
Aluminis *P.* 1/4,
Aquae *P.* 20000,
Acidi carbonici Vol. 4.
Solve et misce l. a.

Natrokrene Vetteri.

℞p. Kali sulphurici *P.* 40,
Natri phosphorici *P.* 1,
Natrii chlorati *P.* 1500,
Kalii chlorati *P.* 36,
Natrii bromati *P.* 1,
Natrii jodati *P.* 1/10,
Natrii fluorati *P.* 1/5,
Natri carbonici crystall. *P.* 1100,
Calcii chlorati *P.* 200,
Baryi chlorati cryst. *P.* 1/4,
Strontii chlorati *P.* 2,
Magnesii chlorati sicc. *P.* 200
Aluminis *P.* 1,
Natri silicici *P.* 80,
Aquae *P.* 770000,
Acidi carbonici Vol. 4.
Misce et solve l. a.

Aqua soteria Ghigini.

℞p. Liq. Ammoni succinici *P.* 6,
Tinct. Castorei Canad. *P.* 3,
Tincturae Opii *P.* 1.
M.

Aqua stomatica.

Aqua collutoria Principis Rohani. Mundwasser.

℞p. Spirit. V. rectfss. *P.* 1920,
Aquae Naphae *P.* 960,
Tinct. Vanillae *P.* 120,
Ol. Caryophyllor.,
— Citri āā *P.* 4,
Aluminis *P.* 3,
Kali carbonic. *P.* 4,
Coccionellae tritae *P.* 6.
Macera et filtra. (Contra foetorem oris.)

Aqua St. Johannis.

St. Johanniswasser.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 1.
Cupri sulphurici *P.* 1/3.
Solve in
Aquae fontanae *P.* 288.
Tum admisce
Tinct. Croci *P.* 2,
Spirit. camphorati *P.* 16.
Macera, saepius agita et filtra.

Aqua styptica.

Liquor Cupri sulph. comp. Liquor stypticus.

℞p. Cupri sulphurici cryst.,
Aluminis āā *P.* 12,
Aquae dest. *P.* 96,
Acid. sulphurici conc. *P.* 1.
M. l. a. et filtra. *Ph. Dan., Norv.*

Ph. Sl. H. admiscet Acidi sulph. conc. *P.* 8 et mixturae dat nomen: Liquor stypticus Loofii.

Aqua styptica Brocchierii.

Aqua haemostatica Brocchierii.

℞p. Ligni abiegni (Abietis pec-

tinatae Cand.) recentis conc. *P.* 1.
Superaffunde
Aquae communis *P.* 2,
tum destillet *P.* 1. Liquor destillatus seponatur per 24 horas et Oleo supernatante ablato servetur. Agitatus dispensetur.

Aqua styptica Villati.

℞p. Plumbi acetici *P.* 2.
Solve in
Aceti crudi *P.* 18.
Tum admisce agitando
Zinci sulphurici,
Cupri sulphurici aa *P.* 1.

Aqua Tartari ferrati carbonica.

℞p. Tartari ferrati (Ferro-Kali tartarici) *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 240.
Solutioni filtratae admisceantur
Aquae carbonicae *P.* 720.

Aqua Taxi baccatae.

℞p. Spiritus Taxi baccatae seminum *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 15.
M.

Aqua terebinthinata.

Aq. haemostatica *Ph. Ital.*

℞p. Terebinthinae Venet. *P.* 1,
Aquae *P.* 6.
Digere per 24 horas et saepius agita. Tum sepone loco frigido et filtra.

Aqua theriacalis.

℞p. Theriacae *P.* 4,
Bacc. Juniperi,
Rad. Valerianae aa *P.* 1,
Aquae aromaticae,
Aquae communis aa *P.* 30.
Post macerationem destillent *P.* 48.

Aqua Thermarum Carolinarum artificialis Klaprothii.

℞p. Natri sulphurici cryst. *P.* 191,
Natri carbonici cryst. *P.* 127,
Natrii chlorati *P.* 39.
Solve in
Aquae frigidae *P.* 17280.
Solutio haec commisceatur l. a. cum
Aquae carbonicae Volumine aequali.
In lagenis optime obturatis loco frigido serva.

Aqua Trevezii.

Eau de Trevez.

℞p. Magnesiae sulphuricae *P.* 30,
Tartari stibiati *P.* $^1/_{40}$,
Aquae destill. *P.* 1000.
Solve et filtra.

Aqua vegetans hortulanorum.

Eau végétative. Wasser zum Begießen der Topfgewächse.

℞p. Ammonii muriat. *P.* 2,
Natri phosphorici *P.* 4,
Natri nitrici *P.* 3,
Aquae *P.* 80.
Solve et filtra.
Liquor aquae pluvialis 1000plo dilutus ad irrigandam terram, quae in testis herbarum est, adhibetur.

Aqua Vitae Meyeri.

Aqua anticholerica Meyeri.

℞p. Baccar. Myrtillor. rec. *P.* 18,
Cort. Aurant. expulp. *P.* 12,
Cassiae cinnam. *P.* 8,
Radicis Galangae,
Rad. Zedoariae aa *P.* 2,
Cardamomi *P.* 1.
Contusis concisisque affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 600,
Aquae *P.* 680.
Digere per triduum et saepius agita. Tum exprimendo cola. In colatura sedimentando, decanthando filtrandoque depurata solve
Sacchari albi *P.* 120.

Aqua vulneraria Krantzii.

℞p. Spiritus Aetheris chlorati *P.* 1,

Ammoni acetici soluti *P.* 2,
Aceti destill. *P.* 120,
Spiritus V. rectf. *P.* 60.
Misce.

Suppl. Ph. Bor. Schachtii. Rp. Kali bioxalici 1, Kali carbon. dep. 3, Ammonii chlorati 4, Cupri sulphurici venalis triti 12, Sp. Vini Gallici 48, Aceti 96. Macera Destilla e cucurbita vitrea ad siccum. Sit aqua limpida, coloris expers.

Aqua vulneraria Thedenii.

Mixtura vulneraria acida. Arquebusade.

Rp. Aceti crudi *P.* 36,
Spirit. V. rectf. *P.* 18,
Acidi sulphurici diluti *P.* 6,
Mellis depurati *P.* 12.

M., filtra et serva. *Ph. Bor. vet., Hann., Hass., Hb., Sax., Sl. H.* etc.

Aqua vulneraria vinosa.

Spiritus traumaticus.

Rp. Olei Salviae *P.* 12,
— Absinthii,
— Rutae $\widehat{aa}$ *P.* 8,
— Menthae pip.,
— Rorismarini,
— Majoranae,
— Lavandul. $\widehat{aa}$ *P.* 15,
Spiritus V. rectfss. *P.* 34560.

Mixtis adde
Aquae dest. tepid. *P.* 69120.

Diligenter agita, tum cola per telam laneam.

Argento-Natrum hyposulphurosum.

$2(NaO,S^2O^2)+AgO,S^2O^2+2HO$. Argentum natrico-subsulfurosum. Hyposulphis Sodae et Argenti.

Rp. Natri hyposulphurosi crystallisati *P.* 4.

Solve in
Aquae destill. *P.* 8.

Liquori filtrato frigido inter agitandum sensim instilla
Argenti nitrici *P.* 2

antea solutas in
Aquae destill. P. 6

vel hujus solutionis tantam quantitatem, donec praecipitatum inde exortum non amplius resolvatur. Tum mixtionem, affuso
Spirit. Vini rectfss. Vol. duplo,

sepone per aliquot horas, loco luci subtracto. Dein crystallula collige, Spiritu Vini fortiore ablue, et inter chartam bibulam premendo desiccata in lagenulis ab luce remotis serva. Eff. *P* circiter 3,4. Sint crystallula lamellaria, in aqua facile solubilia. Ne permutentur sale constitutionis NaO,S^2O^2+AgO,S^2O^2+HO, difficilius solubili in aqua. Dosis maxima Grm. 0,66 =Gr. 10.

Argentum aceticum.

$AgO+\bar{A}$.

Rp. Argenti nitrici *P.* 3.

Solve in
Aquae destill. *P.* 12.

Solutioni inter agitationem admisce
Kali acetici sicci *P.* 2,

antea in
Aquae destill. *P.* 4

solutas. Praecipitatum inde ortum loco umbroso, non adhibito filtro papyraceo, edulcoretur, atque supra orbem porcellaneum extensum et bene tectum, calorem evitando, siccetur. Effic. circiter plus quam *P.* 2.

Argentum chlorato-ammoniatum crystallisatum.

$2AgCl+3H^3N$. Argentum muriatico-ammoniatum. Argentum ammoniato-chloridatum.

Rp. Argenti nitrici *P.* 2.

Solutis in
Aquae destillatae *P.* 200

instilla
Natrii chlorati soluti,

quantum sufficit ad perfectam argenti chloridati praecipitationem. Praecipitatum a luce remotum aqua ablue et adhuc humidum ingere in
Liquoris Ammoni caustici duplicis (pd. spec. 0,923) *P.* 2,

solutionem leni calore (25—30° C.) adjuvans, si opus fuerit addendo paulum ejusdem liquoris Ammoni caustici, ut liquor calefactus limpidus efficiatur. Tum pone, vase charta bibula tecto, in cista, cujus fundus Calcariae ustae contusae stra-

tura obtectus est. Post triduum crystalla exorta defundendo liquorem collige, supra chartam bibulam volutando quam celerrime desicca et statim in lagenulas bene obturandas immitte, quas a luce remotas asserva. Sint crystalla decoloria aut e caerulescenti albida. Liquor a crystallis defusus continet argentum chloridatum, quod addendo aquam et Acidum hydrochloricum abundans praecipitandum est.

Argentum chloratum.

AgCl. Argentum chloridatum s. muriaticum.

Rp. Argenti nitrici *P.* 5.
Solve in
Aquae destill. *P.* 100.
Solutis inter agitationem instilla
Acidi hydrochlorici puri *P.* 6.

Praecipitatum inde ortum a luce remotum optime aqua destill. abluatur, tum calorem evitando siccetur. Servetur in vitris denigratis. Sit pulvis albescens. Effic. *P.* 4.

Argentum chloratum Rademacheri.

Argentum chloratum,
praecipitando e *P.* 1 Argenti nitrici obtentum, adhuc humidum, a luce remotum, digeratur cum
Spiritus V. rectf. *P.* 8,
donec chloridum colorem cinereum induerit. Tum in filtro collige, inter chartam bibulam premendo et calorem evitando sicca. Serva in vitris denigratis. Sit pulvis cinereus.

Argentum cyanatum.

AgCy. Argentum cyanidatum.

Rp. Acidi hydrocyanati,
Spiritus V. rectf. āā *P.*
Mixtis inter agitationem instilla solutionem ex
Argenti nitrici *P.* 1 et
Aquae destill. *P.* 10
paratam, quamdiu praecipitatum exoritur, quod in filtro collectum aqua ablue et loco tepido inter chartam bibulam sicca.

Argentum jodatum.

AgJ. Argentum jodidatum.

Rp. Argenti nitrici *P.* 10.
Solve in
Aquae destill. *P.* 80.
Solutis inter agitationem instilla solutionem filtratam e
Kalii jodati *P.* 10 et
Aquae destill. *P.* 80
paratam. Praecipitatum inde ortum Spiritu V. rectf. edulcoratum, tum loco tepido siccatum in vitris denigratis serva. Sit pulvis ex albo flavus. Effic. *P.* 13.

Argentum metallicum divisum.

Ag.

Rp. Argenti nitrici *P.* 50.
Solve in
Aquae destill. *P.* 5000,
Acidi sulphurici dilut. *P.* 50.
Solutis admisce solutionem filtratam e
Ferri sulphurici crystall. *P.* 200,
Liquoris Kali acet. *P.* 20,
Aquae dest. *P.* 1000
paratam. Praecipitatum albidum inde enatum aqua ablue, sicca et serva. Effic. Argenti divisi 28 *P.*

Argentum nitricum crystallisatum.

AgO,NO^5.

Rp. Argenti puri, e solutione ferro praecipitati *P.* 3.
(Confer praeceptum ad parationem Argenti puri.)
In cucurbitam vitream ingestum solve leni calore in
Acidi nitrici puri, pd. spec. 1,180, *P.* 8 (pd. spec. 1,200, *P.* 7¼)
vel quantitate sufficiente. Liquorem in patinam porcellaneam infusum primum igne aperto, tum in balneo arenae inter agitationem ope bacilli vitrei adeo ad siccum redige, ut aliquid Acidi liberi perfecte evaporatum sit. Massa salina residua, semper a corpusculis heterogeneis pulvereis protegenda, solvatur in p a r i p o n d e r e
Aquae destill. purissimae.

Liquor in patinam planam vel orbem porcellaneum infusus loco tepido (25—30° C.), cum cura a corpusculis pulvereis protectus, seponatur, donec totus in crystalla abierit.

Argentum nitricum fusum (solidum).

Rp. Thaleros octo, ex nova lege numeraria consociationis Germanicae signatos (Vereinsthaler).

Ablutis, in vas altius porcellaneum immissis affunde

Acidi nitrici, pond. spec. 1,180, puri Pondus fere triplum.

Vas infundibulo tectum in balneo arenae tantum parum calefacto colloca, ut solutio lentius perficiatur. Solutionem in patinam porcellaneam immissam calore balnei arenae ad siccum redige.

Simul solve eodem modo

Thaleros tres, ejusdem signaturae, in

Acidi nitrici puri Pondere fere triplo.

Huic solutioni, dilutae

Aquae dest. Volum. 4plo,

filtratione non adhibita, et calefactae sensim instilla

Natri carbonici soluti,

quantum ad praecipitandum Argentum carbonicum sufficit. Praecipitatum aqua ablutum sali residuo, ex illis thaleris octo effecto, immisce.

Massa haec mixta calore balnei arenae aut ignis aperti inter agitandum bacilli porcellanei ope exsiccetur, tum tamdiu calefiat, donec liquata fuerit. Dein ab igne remota agitetur, ut massa salina pulverea efficiatur, quae soluta in

Aquae destill. quadruplo

filtretur, residuum in filtro aqua eluendo, et calore balnei arenae ad siccum evaporet.

Massam siccam in catinum porcellaneum immissum igne moderato liquefac, donec olei instar fluat, tum effunde in modulum canaliculatum, antea calefactum et pulvere e Talco Veneto subtiliore parce conspersum.

(Si vis efficere lapidem infernalem solidiorem, affunde Argento nitrico puro soluto

Acidi hydrochlorici puri

(pond. spec. 1,12) quantitatem sextam decimam ($\frac{1}{16}$) Argenti metallici adhibiti). Liquores ex paratione Argenti carbonici, filtra etc., Argentum continentia, cum cura colligantur.

Argentum oxydatum.

AgO.

Rp. Argenti nitrici *P.* 1.

Solutam in

Aquae destill. *P.* 10

instilla in

Aquae Calcariae rec. paratae et filtratae *P.* 140.

Praecipitatum inde exortum defundendo liquorem filtrandoque collige, aqua ablue et loco tepido exsicca. Effic. 0,68. Sit pulvis e viridulo fuscus. Dosis $\frac{1}{4}$—1 Gran.

Cave, ne salia ammoniacalia aut in liquore praecipitando, aut in liquore praecipitante adsint!

Argentum musivum

s. mosaicum.

Musivsilber, Muschelsilber.

Rp. Stanni puri,

Bismuthi depurati āā *P.* 2.

Igne modico liquatis admisce

Hydrargyri depurati *P.* 1.

Massa refrigerata in pulverem subtilem redigatur.

Argentum purum.

Ag.

Rp. Argenti chlorati (s. chloridati) recens praecipitati q. v.

Immitte in catinum porcellaneum vel vitreum et admisce Aquae destillatae, addendo Acidum hydrochloricum paulum acidulatae, quantum satis, ut praecipitato supernatet. Tum adde immergendo laminam Ferri puri (arena detergendo purgatam). Stent per biduum vel tam diu, donec praecipitatum album colorem e fusco cinereum induerit. Argentum reductum, lamella ferrea remota, Acido hydrochlorico superfunde, digere per aliquot horas, tandem in filtro collectum Aqua destillata perfecte ablue. Siccatum serva.

Rp. Argenti chlorati *P.* 10,

Zinci puri in baculis *P.* 5,

Aquae destill. *P.* 20,

Acidi hydrochlorici *P.* $\frac{1}{2}$.

In ollam vitream immissas per biduum macera et saepius leniter agita. Tum bacilla zincica exime, Argentum praecipitatum aqua optime ablue et sicca.

℞p. Argenti chlorati eloti q. v.
Solve agitando in
Liquoris Ammoni caust. q.s.
Liquori imponantur
Cupri resegmina.

Liquor seponatur et interdum agitetur, donec resegmina Cupri iterum nitescant. Argentum praecipitatum, resegminibus Cupri rejectis, colligatur, aqua, cui Liquor Ammoni caustici admixtus est, eluatur, denique aqua pura abluatur et siccetur.

Argentum sulphuricum.

AgO,SO^3.

℞p. Argenti nitrici *P.* 10.
Solve in
Aquae destill. *P.* 80.
Solutioni instilla liquorem filtratum e
Natri sulphurici dep. *P.* 11 et
Aquae destill. *P.* 44

paratum, quamdiu inde praecipitatum efficitur. Hoc Aquae destill. frigidae quantitate minore abluatur, tum inter chartam bibulam exprimatur et siccetur. Serva in vitro denigrato. Effic. plus quam 6 *P.* Sit pulvis crystallinus albus. in 200 pt. aquae solubilis.

Arsenium chloratum liquidum.

Liquor Arsenici chloridi *Ph. Lond.*

℞p. Acidi arsenicosi pulv. *P.* 1,
— hydrochloric. puri, (pond.spec. 1,200) *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 20.

In cucurbitam, collo longiore instructam, immissae leni calore ebulliant, donec Acidum arsenicosum solutum sit. Tum adde
Aquae destillatae
eam quantitatem, ut pondus liquoris exaequet
Partes 320.

Nota. Partes 480 liquoris respondent partibus 1½ Acidi arsenicosi.

Arsenium jodatum.

AsJ^3. Arsenicum trijodidum.

℞p. Arsenii metallici (Kobalt) subt. pulv. *P.* 4,
Jodi *P.* 20.

Optime mixtae, in cucurbitam vitream ingestae, leni calore liquentur. Plane refrigeratis affunde
Carbonei sulphurati *P.* 60.

Cucurbita clausa, macera interdum agitando per biduum, tum filtra, infundibulo tecto. Liquorem in patinam porcellaneam immissum sepone, donec evaporatione spontanea totus in crystallula prismatica coloris rubri abierit. Crystallula collecta in lagenulis obturatis serva. Eff. *P.* 22.

Asparaginum.

Althaeïnum. Malamid. Asparamid.

℞p. Radicis Althaeae siccae minutim conc. *P.* 100.

Macerentur saepius deinceps tripla aquae frigidae quantitate et exprimantur. Liquores commixtos colatos in balneo vaporis ad syrupi consistentiam (ad circ. *P.* 40 reman.) evapora et loco frigido sicco per aliquot hebdomades sepone. Crustam ortam crystallinam a fluido separa, aqua frigida ablue, et in Aquae destill. fervidae quantitate tripla solve. Solutionem, adhuc fervidam filtratam, ad crystallisationem repone. Effic. ⅔ *P.* Asparagini puri crystallisati.

Nota. E succo plantarum juniorum, in locis valde umbrosis crescentium, *Viciae sativae* aut *Pisi sativi*, eodem modo Asparaginum parare potes

Atropinum.

$C^{34}H^{23}NO^6 = \overset{+}{At}$.

℞p. Plantarum recentium Atropae Belladonnae, ante collectarum, quam fructus maturescunt, *P.* 1000.

Concisae in mortario lapideo contundantur et ope preli exprimantur, quae operatio, affusis residuo expresso
Acidi hydrochlorici puri *P.* 2,
antea
Aquae *P.* 100
dilutis, repetatur. Liquores commixti usque ad ebullitionem calefiant, colentur et calore balnei vaporis quam celerrime inter perpetuam agitationem ad
Part. remanent. 250—200
evaporent, quibus, adhuc fervidis per linteum colatis,
Lithargyri laevigati *P.* 10
addes. Digere per diem unum et saepius agita. Tum filtra liquorem adhuc calidum

atque residuum in filtro aquae quantitate parva ablue. Liquores filtratos commixtos ad

P. remanent. 100

evaporando calore balnei aquae imminue, tum refrigeratis instilla quantitatem sufficientem solutionis paratae e

Kali caustici sicci *P.* 2 et
Aquae destill. *P.* 8,

donec Kali paulum praevaleat. Tum affunde

Chloroformi *P.* 20,

saepius fortiter conquassa et per diem dimidium loco frigidiore sepone. Chloroformo ope vasis separatorii separato, liquor aquosus denuo cum

Chloroformi *P.* 10

conquassetur et post sedimentationem Chloroformum ut antea separetur. Chloroformum omne collectum destillando ex balneo vaporis elice, massam alcalinam autem in retorta remanentem solve digerendo in miscela parata ex

Acidi sulphurici diluti *P.* 4,
Spiritus Vini rectf. *P.* 12.

Solutum in vas vitreum effunde et, admixta

Magnesiae ustae *P.* ½,

in balneo vaporis ad siccum evapora. Residuum ad pulverem contritum digere per aliquot horas in

Spirit. V. alcoholisati 8plo,

tum adhuc calidum in filtrum immitte et filtrum demum Spiritu aequali calefacto elue. Liquores spirituosi commixti denique leni calore ad siccum redigantur. Massa residua in Chloroformi q. s., adhibito leni calore, solvatur, si opus fuerit, filtretur et seponatur, ut evaporatione spantanea in massam crystallinam abeat.

℞. Radicis Atropae Belladonnae auctumno collectae, siccatae et recens pulveratae *P.* 100,
Spiritus V. rectfss. *P.* 300.

Digerantur per diem unum, tum in vas deturbatorium translatae affundendo ejusdem Spirit. Vini extrahantur. Colaturae saepius agitatae immisceantur

Calcariae hydricae *P.* 4,

dein filtratae adde

Acidi sulphurici diluti

eam quantitatem, ut paululum praevaleat. Sepone per diem unum et filtra. Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, residuo affunde

Aquae destillatae *P.* 10

et liquorem calore balnei aquae quam celerrime evapora, donec Spiritus Vini totus avolaverit. Liquorem plane refrigeratum addendo

Kali carbonici soluti q. s.,

(Kali abundans cum cura evitando) neutralem fac et post diem dimidium filtra.

Liquori filtrato, tum addendo

Kali carbonici soluti q. s.

ad reactionem alcalinam valde praevalentem redacto adde

Chloroformi *P.* 10

et saepius fortiter agita. Chloroformo separato, liquor aquosus alcalinus denuo cum

Chloroformi *P.* 5

assidue conquassetur et Chloroformum separetur.

Chloroformo, Atropinum solutum continente, destillando elicito, residuum solve in

Acidi sulphurici Aquae destillatae 20plo diluti q. s.,

tum, admixto Carbone animali depurato, digere lenissimo calore per aliquot horas et filtra, residuum carbonem aqua frigida abluendo.

Liquor filtratus, admixta

Magnesiae ustae

quantitate praevalente, lenissimo calore ad siccum evaporet, tum operatio pergatur, quae in praecepto praecedente notata est.

Atropinum sulphuricum crystallisatum.

$\dot{At},SO^3+HO$.

℞. Acidi sulphurici diluti *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3.

Mixtis paulatim adde

Atropini *P.* 1 vel

quantum ad Acidum saturandum requiritur, ut liquoris neutralitas perfecte efficiatur. Liquor, si opus fuerit filtratus, primum calore balnei aquae, dein in vas vitreum planum immissus supra Acidum sulphuricum concentratum collocando absolute exsiccetur. Residuum siccum corradendo collectum (oculos naresque bene tuendo a pulvere inde excitato) solve in

Spiritus Vini absolute perfecte anhydri

quantitate sufficiente et in patinam pla-

nam vitream translatum in cista strato Calcariae ustae contusae munita colloca, ut evaporatione spontanea in crystalla abeat. Sint crystalla decoloria gracilia nitida.

℞p. Solutionem Atropini sulphurici in Spiritu Vini absolute anhydri quam maxime concentratam.
Infunde in
Aetheris ab aqua omnino liberati Vol. triplum

Sepone loco frigido per diem, vase tecto, tum massam crystallinam in infundibulo, cujus rostrum charta bibula laxe occlusum est, collige et seponendo loco frigido sicca, calore nunquam adhibito. (Calore 20° C. circiter crystallula Aethere humectata liquefiant.)

Atropinum valerianicum.

AtVa+2HO.

Paretur aequali modo quo Atropinum sulphuricum, nisi quod ad Atropini *P.* 35 sumantur Acidi valerianici trishydrici *P.* 15 et semper calor 20° C. superans cum cura evitetur. Serva in lagenulis optime obturatis loco frigido.

Atropinum valerianicum saccharatum.

Valerianas atropicus saccharatus *Ph. Fenn.*

℞p. Atropini valerianici *P.* 1,
Sacchari albi pulv. *P.* 119.

Conterendo exactissime commisceantur.

Aura camphorata Goelisii.

℞p. Decocti Althaeae rad. *P.* 960.
Terendo admisce
Camphorae *P.* ½,
Gummi Arab. *P.* 10,
Tinct. Opii croc. *P.* 1.

Auro-Calcium chloridatum.

$CaCl,AuCl^3+6HO$. Calcium chlorauratum. Goldchloridcalcium.

Paretur aequali modo quo Auro-Natrium chloridatum, nisi quod Sal Auri ex Auri *P.* 40 obtentum in
Aquae destill. *P.* 20 et
Calcii chlorati in aqua soluti, pond. spec. 1,183—1,184, *P.* 56

solvatur. Crystallula aurea acicularia in lagenis bene obturatis serventur.

Auro-Kalium chloridatum crystallisatum.

$KaCl,AuCl^3+5HO$. Kalium chlorauratum. Goldchloridkalium.

Sal Auri, quod in paratione Auri chloridati ex Auri *P.* 40 obtinuisti, solve in liquore filtrato, parato e
Kalii chlorati sicci *P.* 15¼
et Aquae destill. *P.* 90.

Solutionem evaporando fere ad volumen dimidium redactam supra Acidum sulphuricum concentratum loco frigido colloca, donec in crystalla abierit. Crystalla statim collecta in lagenas obturandas ingere. Sint crystallula prismatica, in aëre fatiscentia. Eff. *P.* 85.

Auro-Natrium chloridatum crystallisatum.

$NaCl,AuCl^3+4HO$. Natrium chlorauratum. Goldchloridnatrium.

Sal Auri, quod in paratione Auri chloridati ex Auri *P.* 40 obtinuisti, solve in liquore filtrato, parato e
Natrii chlorati sicci *P.* 11⅘
et Aquae destill. *P.* 80.

Solutionem evaporando ad volumen dimidium redactam supra Acidum sulphuricum concentratum loco frigido colloca, donec in crystalla abierit. Sint crystallula prismatica, in aëre persistentia. Effic. *P.* 80.

Auro-Natrium chloridatum officinale.

Auratum chloratum natronatum. Aurum natronato-chloratum. Aurum muriaticum s. chloratum officinale. *(Medicamentum.)*

Sal Auri, quod in paratione Auri chloridati ex Auri *P.* 40 obtinuisti, commisce cum
Natrii chlorati puri *P.* 66⅓,
Aquae destillatae *P.* 80,

et leni calore ad siccum evapora. *Ph. Bor., Hass., Hb., Hann., Sl. H., Sax., Bav., Belg.*

Ph. Austr. Auri 60, Aq. regiae q. s. Natrii chlorati 18.

Ph. Bad., Norv. Auri 48, Aq. r. q. s., Natr. chl. 12. Crystallisatione parand.
Ph. Wrtb. Auri 60, Aq. r. q. s., Natr. chl. 18. Crystallisatione parand.

Auro-Natrum subsulphurosum.

$3(NaO,S^2O^2)+AuO,S^2O^2+4HO$. Aurum subsulphurosum natronatum. *Sel d'or.*

Rp. Auri puri *P.* 1.
Solve in miscelae suffic. quantitate, ex
Acidi hydrochlorici *P.* 3 et
Acidi nitrici puri *P.* 1
paratae. Liquorem leni calore in vase porcellaneo ad syrupi spissioris consistentiam (ad *P.* circiter 2) evapora. Residuum solve in
Aquae destill. *P.* 6
et filtra. Hanc solutionem bene refrigerandam liquori frigido filtrato, parato e
Natri hyposulphurosi *P.* 6
et Aquae destill. *P.* 8,
inter assiduam agitationem ea ratione instilla, ut tamdiu instillare desinas, quoad liquoris color ex bruneo luteolus plane evanescat. Simulac fluidum decoloratum apparet, instillare pergas. Tum miscela coloris expers cum
Spiritus V. alcoholisati *P.* 100
commisceatur et per aliquot horas seponatur. Fluido accuratissime decanthato, sedimentum crystallinum cum
Aquae destill. *P.* 6
conquassetur et rursus cum
Spiritus V. alcoholisati *P.* 100
commisceatur. Mixtura per aliquot horas seposita, fluidum decanthetur, sedimentum in filtro collectum inter chartae bibulae strages prematur et loco umbroso, calorem evitando, siccetur. Effic. *P.* 2½.

Aurum chloridatum purum (crystallisatum).

$AuCl^3$. Aurum terchloratum s. perchloratum. Aurum muriaticum purum. Goldchlorid.

Rp. Auri puri *P.* 40.
In cucurbitam vitream immissis superfunde
Acidi hydrochlorici puri *P.* 120,
Acidi nitrici puri *P.* 40,
vel quantum horum Acidorum mixtorum sufficit, ut digestione continua Aurum solvatur. Liquor in catinum porcellaneum transfusus calore balnei aquae evaporet ad siccum pulvereum. Sit pulvis salinus e rubro aurantiacus, in aëre deliquescens.

Ut crystallula pura efficias, massam siccatam residuam Aquae destillatae paulo insperge et hoc modo humectatam in cista strato Calcariae ustae contusae munita colloca. Cistam sepone loco tepido per aliquot dies. Crystallula in massam conglomerata statim in lagenis siccis, bene obturandis, asserva. Eff. *P.* 60 ad 62.

Aurum chloridatum solutum.

$AuCl^3+640,7$ Aq. Liquor Auri chlorati. Liquor Auri muriatici.

Rp. Auri puri *P.* 40.
Solve leni calore in
Aquae regiae q. s.
Liquor obtentus tunc leni calore ad syrupi densioris spissitudinem evaporet, cavendum autem, ne nimio calore ex parte decomponatur, sed ut sal solummodo ab omni acido superfluo liberetur. Fluidum refrigerando in massam compactam, saturate rubram, rigescens tunc solvatur in
Aquae destillatae q. s.,
ut pondus totius liquoris respondeat
Partibus 1232.
In vitris bene obturatis loco umbroso serva. *P* spec. = 1,04. *P.* 20 continent *P.* 1 Auri chloridati. *Ph. Hb., Belg.*

Aurum cyanatum.

AuCy. Goldcyanür.

Sal Auri in paratione Auri chloridati ex Auri *P.* 40 effectum solve in
Aquae destill. *P.* 60.
Tum, admixtis
Hydrargyri cyanidati *P.* 80,
liquor in catinum porcellaneum infusus calore modico ad siccum evaporet et tam diu calefiat, donec colorem citrinum induerit. Residuum
Spiritus V. rectfss. *P.* 200
superfusum sepone, interdum agitando. Tandem sedimentum exortum in filtro collige et Spiritu Vini ablue. Sedimentum loco tepido siccatum remotumque a luce serva. Eff. *P.* 52 ad 54.

A liquoribus inter parationem et a praeparato ipso lux diurna cum cura prohibenda est.

Aurum divisum.

Au. Aurum alcoholisatum s. praecipitat.

Rp. Ferri sulphurici cryst. *P.* 10.
Solve in
Aquae destill. *P.* 90.
Solutioni filtratae instilla inter agitationem liquorem ex
Auri chloridati puri *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 30,
Acidi hydrochlorici *P.* 1,
paratum. Praecipitatum inde enatum sedimentando atque aqua abluendo separa et sicca. Effic. plus quam *P.* 1½.

Aurum jodatum.

AuJ.

Sal Auri in paratione Auri chloridati ex Auri *P.* 40 effectum aut
Auri chloridati *P.* 61
solve in
Aquae destill. *P.* 600.
Liquori agitato sensim affunde
Kalii jodati *P.* 100 in
Aquae destill. *P.* 400
solutas ita tamen, ut ad finem praecipitationis guttatim instilles, donec liquor colorem rubicundum induere coeperit. Liquore decanthato sedimentum in filtro collige, Aqua destillata ablue, tum in orbem porcellaneum translatum calore 35° C. nunquam superante tamdiu exsiccare perge, donec Jodum liberum immixtum omnino avolaverit. Residuum siccatum sit pulvis citrinus. Serva in lagenulis optime obturatis, a luce remotis. Eff. *P.* 63 ad 64.

Aurum oxydatum.

$AuO^3 + 10HO$. Acidum auricum.

Rp. Auri trichlorati puri *P.* 10.
Solve in
Aquae destillatae *P*, 400.
Solutioni ebullienti adde paulatim
Magnesiae ustae *P.* 40.
Sedimentum tum in filtro collige et tamdiu ablue, donec liquor defluens solutione Argenti nitrici affusa non amplius turbetur. Edulcoratione peracta, sedimentum tamdiu eluatur ope miscelae ex
Acidi nitrici (a Chloro plane liberi) *P.* 20 et
Aquae destillatae *P.* 400
paratae, donec liquor defluens Natro phosphorico soluto affuso praecipitatum non amplius demittat. Denique aqua destill. edulcora. Sedimentum in filtro remanens loco umbroso, calorem evitando, siccetur et in lagenulis vitreis, bene obturatis, a luce remotis asservetur.

Axungia composita

s. artificiosa.

Adeps artificiosus. *(Ad usum technic.)*

Rp. Cerae flavae *P.* 8,
Sebi taurini *P.* 5—6,
Olei Raparum *P.* 24.
Liquando commisceantur.

Rp. Cerae Japonicae *P.* 2,
Resinae Pini *P.* 4,
Sebi taurini *P.* 7,
Olei Raparum raff. *P.* 10.
Liquando misce.

Axungia currulis.

Wagenschmiere.

Rp. Adipis suilli aut
Axungiae artificiosae *P.* 12,
Saponis viridis *P.* 2,
Plumbaginis *P.* 3.
M. exacte.

Rp. Plumbaginis *P.* 1,
Adipis *P.* 8,
Saponis viridis *P.* 2,
Ol. Raparum,
Ultramarini āā *P.* 1.
M.

Axungia currulis optima.

Rp. Adipis suilli *P.* 20,
Sebi taurini *P.* 5,
Plumbaginis *P.* 11,
Calomelanos praecip. *P.* 4.
Diligenter commisceantur.

Axungia unctoria

ad machinas et apparatus.

Maschinenschmiere.

Rp. Olei Ricini *P.* 20,
Adipis suilli *P.* 2,
Cerae flavae *P.* 1.
Leni calore colliquefactae misceantur.

Rp. Olei pinguis alicuj. *P.* 400,
Resinae elasticae,

Guttae Perch. $\widehat{aa}$ *P.* 5,
Sebi taurini *P.* 100.
M. l. a. coquendo et cola.

Rp. Olei Ricini,
Olei Olivarum Prov. $\widehat{aa}$ *P.*
M.

Axungia unctoria
ad carrucas viarum ferratarum.

Rp. Sebi taurini *P.* 450,
Olei Palmae *P.* 250,
Adipis suilli *P.* 50.
Colliquatae agitando exacte commisceantur cum liquore fervido, parato e
Natri carbon. cryst. *P.* 100,
Natri caustici sicci *P.* 5 et
Aquae *P.* 1200.
Hieme Sebi *P.* 400, Natri caustici *P.* 8, Aquae *P.* 1250 sumantur.

Baccae Juniperi tostae.

Rp. Baccarum Juniperi contusarum q. v.
In sartaginem ferream immissas, continenter movendas, igni modico expone, donec colorem fuscum induerint. Cave, ne fortius urantur.

Eodem modo parentur:
Cubebae pulv. tostae.
Radix Jalapae pulv. tosta.
— **Rhei** — —
— **Taraxaci** — —

Bacilla diruptoria.
Carbo diruptorius. Sprengkohle.

Rp. Carbonis vegetabilis. *P.* 40,
Kali nitrici puri *P.* 2,
Benzoës *P.* 1,
Mucilaginis Tragacanthae q. s.
M. f. massa, ex qua bacilla pennae anserinae crassitudine formes. Siccata asserva.

Bacilla diruptoria e charta confecta.
Sprengpapier. Sprengpistillen.

Rp. Chartam bibulam
imbutam liquore, parato e
Plumbi acetici *P.* 1 et
Aquae destill. *P.* 8.
Leni calore exsiccetur, dein convolvatur, ut fiat bacillum, cujus caput Tinctura Benzoës illinendum est.

Bacilla Cachou.
Cachou.

Rp. Succi Liquirit. dep. *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 3,
Olei Anisi *P.* $^1/_6$,
Gummi Arab. *P.* 1,
Aquae dest. q. s.
M. fiant bacillula crassitudine acus textoriae. (Stricknadel).

Bacilla fumalia.
Räucherstäbchen.

Rp. Massae ad Candelas fumales *P.* 48,
Balsami Tolutani *P.* 6,
Semin. Abelmoschi *P.* 2,
Styracis liquidi,
Kali nitrici $\widehat{aa}$ *P.* 2,
Camphorae *P.* $^1/_{40}$,
Tincturae Moschi $^1/_2$,
Mixtur. oleoso-balsamic. *P.* 1,
Mucilaginis Tragacanthae q. s.
M. exactissime, ut fiat massa, quam in bacilla parva redigas. Loco tepido siccata asserva.

Bâtons aromatiques russes.

Rp. Bals. Peruviani,
— de Mecca,
— Tolutani,
Caryophyllorum $\widehat{aa}$ *P.* 18,
Styracis Calamit.,
Benzoës,
Cass. cinnamom.,
Cort. Cascarillae,
Sacchari $\widehat{aa}$ *P.* 72,
Vanillae *P.* 36,
Olei Rosarum,
Moschi,
Ambrae griseae $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Succini *P.* 144,
Mucilag. Tragacanth. q. s.
M. f. bacilla ponderis 16 Grammat.
His bacillis lamina ferrea calefacta fricatur.

Bacilla Liquiritiae citrina s. crocata. Liquiritia cocta.

Rp. Rad. Liquiritiae *P.* 8,
Rad. Iridis Florent.,
Amyli aa *P.* 4,
Croci *P.* 1/3,
Sacchari albi *P.* 96.
Subtiliter pulveratas commisce cum
Mucilag. Tragacanth. q. s.,
ut fiant lege artis bacilla ponderis circiter 4 grammat. (unius drachmae p. Noric. medic.)

Bacilla pectoralia Hugonis.

Hugo'sche Hustenbacillen.

Rp. Rad. Liquirit. sbt. pulv. *P.* 1,
Succi Liquirit. *P.* 2,
Sacchari albi *P.* 3,
Mucilag. Tragacanth. q. s
M. l. a. et in bacilla redige.

Balnea.

Balneum Acidi hydrochlorici constat ex Acidi hydrochlorici *P.* 1 et Aquae *P.* 300.

Balneum alcalinum forte const. ex Natri carbonici cryst. *P.* 1 et Aquae *P.* 600.

Balneum alcalinum mitius const. ex Natri carbonici cryst *P.* 1 et Aquae *P.* 1200.

Balneum aluminatum constat ex Aluminis 1, Aq. 1200.

Balneum Aquae marinae artificialis const. e Natrii chlorati *P.* 12, Calcii chlorati *P.* 1, Magnesiae sulphuricae cryst *P.* 8, Aquae *P.* 350.

Balneum aromaticum paretur e Specierum aromaticarum *P.* 1 et Aquae *P.* 300 infundendo colandoque.

Balneum arsenicale (Tessieri) paretur coquendo ex Arsenici albi *P.* 1, Ferri sulphurici cryst. *P.* 10, Aquae pluvialis q. s., ut sint liquoris *P.* 100. (Ad usum medicinae veterinariae).

Balneum Balarucense (Bain de Balaruc). Natrii chlorati Grm. 1600, Calcii chlorat. cryst Grm. 1600, Magnesii chlorati cryst. Grm. 800, Natri sulphurici cryst. Grm. 500, Natri bicarb. Grm 600, Aq. Litr. 300.

Balneum gelatinosum const. e Glutini fabrilis (Gelatinae flavae) *P.* 1, in aq. fervida solvenda, Aquae calidae *P.* 300.

Balneum gelatinosum sulphuratum const. e Glutini fabrilis *P.* 1, Kalii sulphurati *P.* $\frac{1}{10}$ et Aquae *P.* 300.

Balneum joduratum (Lujolii) const. e Kalii jodati Grammat. 16, Jodi Gramm. 8, Aquae Litror. 300.

Balneum mercuriale const. ex Hydrargyri bichlorati Grammat. 15 et Aquae Litror. *P.* 300.

Balneum Plombierense (Bain de Plombières). Natri carb. cryst. Grm. 60, Natri sulphuric. cryst. Grm. 50, Natrii chlorati Grm. 12, Calcii chlorati cryst. Grm. 20, Aq. Grm. 500. Solutae dentur ad lagenam. Gelatinae (Glutinis fabrilis) Grm. 18. Gelatina in aquae fervidae q. s. soluta una cum liquore salino balneo addatur.

Balneum sulphuratum simplex const. e Kalii sulphurati *P.* $\frac{1}{10}$ et Aquae *P.* 300.

Balneum Vichyense (Bain de Vichy). Natri bicarbonici Grm. 750, Natrii chlorati Grm. 30, Calcii chlorati cryst. Grm. 200, Natri sulphurici cryst. Grm. 200, Magnes. sulph. cryst. Grm. 50, Ferri sulphurici cryst. Grm. 3, Aq. Litr. 300.

Balneum ferratum.

Aqua ferruginosa pro balneo. Eisenbad.

Rp. Ferri sulphurici cryst. *P.* 5.
Solve agitando in
Aquae destill. *P.* 60.
In lagenam immissis adjice
Natri bicarbonici *P.* 3,
Acidi citrici cryst. vel
Acidi tartaric. cryst. *P.* 1,
et lagenam statim obtura. Mixtio continet circiter *P.* 2 Ferr. carbonic. et admiscetur Aquae ad balneum.

Balneum sulphuratum.

Aqua Baretginensis. *Bain sulfureux* ou *de Barèges artificiel sans odeur.*

Rp. Natrii sulphurati sulphhydrati,
Natri carbonic. cryst.,
Natrii chlorati aa *P.* 60,
Aquae ab aëre atmosphaerico liberatae *P.* 320.
Solve et misce l. a. *(Ph. Gall. Eau sulfurée).* Liquor ad balneum commiscetur cum Aquae communis calidae circiter 50plci quantitate.

Natrii sulphurati sulphhydrati cryst.

Grm. 60, Natrii chlorati Grm. 60, Natri carb. cryst. Grm. 60, Aq. Grm. 320. Solve. Immitte in balneum tepidum.

Balsamum acusticum.

Baume acoustique. Ohrenbalsam.

Rp. Olei Rutae coct. *P.* 100,
Balsami tranquillantis *P.* 50,
Olei Terebinth. sulphurati,
Tinct. Ambrae griseae,
Tinct. Asae foetidae,
Tinct. Castorei,
Olei Succini rectif. āā *P.* 2.

Misce.

Balsamum adstringens.

Balsamum Warrenii.

Rp. Acidi sulphurici conc. *P.* 5.

In ollam altam et amplam infusis caute instilla inter agitandum miscelam paratam ex

Olei Terebinthinae *P.* 10
et Spirit. V. rectfss. *P.* 2.

Tandem admisce

Spirit. V. rectfss. *P.* 10.

Liquorem in cucurbitam vitream transfusum digere calore 50° C. non excedente per diem unum.

Balsamum anodynum (Bathii).

Rp. Spiritus saponati *P.* 240,
Tinct. Opii spl. *P.* 120,
Spirit. camphorati,
— Rorismarini āā *P.* 40.

M.

Balsamum Arcaei rubrum.

Ungt. Elemi rubrum.

Rp. Unguenti Elemi *P.* 16,
Boli Armenae *P.* 1.

M. exacte.

Balsamum benzonatum (antirheumaticum).

Rp. Terebinth. Venetae *P.* 10,
Benzoni depurati *P.* 100,
Spirit. Ammon. caust. Dzondii *P.* 20,
Olei Lavandulae,
Olei Citri āā *P.* 5.

M. l. a. Rubefaciens, infricando applicandum.

Balsamum Capucinorum.

Capuciner-Balsam.

Rp. Succini pulv.,
Mastiches pulv.,
Cassiae cinnamom.,
Croci āā *P.* 1,
Styracis,
Bals. Peruviani,
— Tolutani,
Rad. Gentianae,
— Angelicae,
Terebinth. Venet.,
Nuc. moschatar.,
Myrrhae pulv. āā *P.* 2,
Ligni santalin. rubr. *P.* 3,
Kali carbonici *P.* 1½,
Spirit V. rectf. *P.* 192.

Digere per plures dies, tum exprime, sepone per aliquot dies et filtra.

Balsamum Caryophyllorum.

Nelkenbalsam.

Rp. Olei Nucistae *P.* 3,
— Caryophyllor. *P.* 1.

Conterendo misceantur.

Aequali modo parentur:

Balsam. Cinnamomi,
— Rutae,
— Majoranae,
— Succini etc.

Balsamum cephalicum Saxonicum.

Rp. Olei Nucistae *P.* 100,
— Rorismarini,
— Caryophyllorum,
— Macidis,
— Lavandulae,
— Menthae pip. āā *P.* 1.

Lenissimo calore misceantur.

Balsamum cephalicum Scherzeri.

Rp. Olei Nucistae *P.* 24,
— Caryophyllorum,
— Rorismarini āā *P.* 3,
— Succini rectf. *P.* 1,
Balsami Peruviani *P.* 5.
Conterendo misceantur.

Balsamum chalybeatum.

Linimentum Ferri nitrici *Ph. Sl. Holsat.*

Rp. Ferri nitrici liquidi *P.* 4,
Olei Olivarum *P.* 6
vel q. s. Misce, ut flat linimentum. Paretur, quoties usus poscit. *(Ph. Holl.)*

Balsamum Copaivae ceratum.

(Ad recepturam.)

Rp. Cerae flavae *P.* 1.
Leni calore liquatae admisce
Balsami Copaivae *P.* 2.

Nota. Haec mixtio ad praeparationem massae pilularis Bals. Copaivae adhibetur.

Rp. Terebinthinae coctae *P.* 1,
Cerae flavae *P.* 2.
Liquatis admisce
Balsami Copaivae *P.* 5.

Nota. Haec mixtio massam pilularem tenaciorem praebet.

Balsamum Copaivae Magnesia solidificatum.

Rp. Balsami Copaivae *P.* 15,
Magnesiae ustae *P.* 1.
In mortario terendo commixtas sepone per octo dies et saepius agita. Sit massa consistentiae pilularis. Serva in ollis obturatis.

Balsamum Copaivae siccum s. inspissatum s. Parisiense.

Resina Copaivae.

Resina post destillationem Olei Balsami Copaivae remanens ab aqua siccando liberetur. Cf. OleumBals.Copaiv.aeth.

Balsamum Frahmii.

Balsamum terebinthinatum Frahmii. Unguentum Terebinthinae *Ph. Sl. Holsat.*

Rp. Terebinthinae Venet. *P.* 8,
Cerae flavae *P.* 4.
Leni calore liquatis et semirefrigeratis adde
Olei Terebinthinae *P.* 4,
ut fiat unguentum flavescens.

Nota. Praescriptum ab J. E. Schachtio datum hoc est:

Rp. Olei Terebinthinae *P.* 4,
Cerae flavae *P.* 8,
Terebinthinae laricinae *P.* 32.

Balsamum Friardii.

Guttae Wadii. *Gouttes de Wade.*

Rp. Benzoës *P.* 90,
Styracis *P.* 60,
Balsami de Tolu *P.* 30,
Aloës *P.* 15,
Spirit. Vini rectf. *P.* 1000.
Digere et filtra.

Balsamum Gileadense Salomonis.

Rp. Cardamomi,
Cass. cinnamom. āā *P.* 30,
Balsami de Mecca *P.* 2,
Tinct. Cantharid. *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 550,
Sacchari *P.* 200.
Digerendo et colando fiat tinctura.

Balsamum Glycerini.

Rp. Cerae albae,
Cetacei āā *P.* 8,
Olei Amygdal. express. *P.* 40,
Glycerini *P.* 12,
Olei Rosar. *P.* 1/4.
M. l. a.

Balsamum Hannoveranum.

Rp. Olei Nucistae *P.* 120,
— Provincialis *P.* 48,
Rad. Alcannae *P.* 2.
Liquefactis colatisque adde
Tinct. Moschi *P.* 1
Olei Caryophyllor. *P.* 2.

Balsamum Henricae.

Henriettenbalsam.

Rp. Herbae Carobae (Carobe di Giudea, Herba Bigoniae procerae Willd.) *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 3.

Digere per aliquot dies, tum exprime et filtra. (Contra odontalgiam adhibetur.)

Balsamum Innocentis fratris.

Balsamo Innocenziano.

Rp. Styracis liquidi *P.* 6.
Styracis Calamitae *P.* 4,
Olibani,
Myrrhae,
Aloës,
Rad. Angelicae āā *P.* 1,
Balsami Tolutani *P.* 2,
Tinct. Hb. Hyperici *P.* 50,
Spirit. V. rectf. *P.* 30.

Digere et filtra.

Balsamum Lausanense.

Balsamum Chironis.

Rp. Olei Provincialis *P.* 400,
Terebinth. Venetae *P.* 80,
Cerae flavae *P.* 60,
Rad. Alcannae *P.* 20.

Liquefactae calore balnei aquae digerantur, tum colatis admisce

Balsami Peruviani *P.* 12,
Camphorae tritae *P.* 1.

Conterantur, donec refrixerint. D. in ollis stanneis. Contra perniones, fissuras cutis in manibus, mammas saucias etc.

Balsamum Lobkowitzii.

Rp. Resinae Pini *P.* 9,
Terebinthinae *P.* 2.

Colliquatis admisce

Olei Menth. cr. *P.* 1,
— Terebinth. *P.* 2,
— Rorismarini,
Balsami Peruviani āā *P.* 4,
Sem. Foenigraeci sbt. plv. *P.* 9.

Balsamum Locatelli

s. Italicum s. Genofevae.

Rp. Cerae flavae *P.* 6.

Liquefiant leni calore in

Olei Olivarum Prov. *P.* 9,
Terebinthinae Venet. *P.* 6.

Post refrigerationem adde

Balsami Peruviani *P.* 1,
Ligni Santali rubri sbt. pulv. *P.* 1/2.

Misce agitando et in ollis porcellaneis serva.

Nota. Nonnulli admiscent Camphorae parvam quantitatem et Balsamum Peruvianum omittere solent. Compositio hujus modi praebet *Balsamo di Genuefa* Italorum.

Suppl. Ph. Bor. Schachtii. Cerae flavae 16, Terebinth. Venet. 24, Ol. Oliv. communis 24, Rad. Alcannae 4. Liquef., colatis semirefrigeratisque admisce Bals. Peruv. 1.

Balsamum Locatelli album (*Balsamo bianco del Locatelli. Ph. Ital.*) constat e Cerae alb, Tereb. Venet. āā 1, Ol. Prov., Vini albi āā *P.* 3, Aq. Rosar. 1½, quae inter lenem ebullitionem ad justam consistentiam rediguntur.

Balsamum Mediolanense.

Beaume de Milano. Mailänder Balsam.

Rp. Olei Bergamottae,
— Citri cort. āā *P.* 30,
— Lavandulae *P.* 10,
— Caryophyllorum,
— Cass. cinnamomeae,
— Rosarum āā *P.* 2,
— Neroli *P.* 4,
Tinct. Moschi *P.* 20,
— Vanillae *P.* 60,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2880.

Misce, sepone per aliquot dies et filtra.

Balsamum Metense

s. Mediomatricum. *Baume de Metz. Baume de Feuillet.* Oleum viride causticum.

Rp. Olei Lini,
— Olivarum āā *P.* 200,
Terebinthinae *P.* 60,
Olei Juniperi ligni,
Aeruginis sbt. pulv. āā *P.* 15,

Aloës pulverat. *P.* 8,
Zinci sulphurici *P.* 6,
Olei Caryophyllor. *P.* 4.

Misce l. a. conterendo et agitando leni calore. Servetur in lagena et agitatum detur.

Balsamum Nucistae.

℞p. Cerae flavae *P.* 1,
Olei Provinc. *P.* 2,
— Nucistae *P.* 6.

Colliquatas in cistulas papyraceas effunde et refrigeratas dissectasque serva *Ph. Bor.*

Ph. Wrtb. Olei Nucistae 9, Ol. Amygdal. 3, Olei Macid. 1.

Balsamum odontalgicum.

Zahnbalsam.

℞p. Sanguinis Dracon. *P.* 60,
Mastiches,
Opii puri,
Camphorae aa *P.* 20.

Pulveratis mixtisque adde

Olei Caryophyllor. *P.* 10,
Spirit. Cochleariae q. s.,

ut fiat massa.

℞p. Olei Nucistae *P.* 180,
Camphorae,
Opii pulv. aa *P.* 20,
Olei Caryophyllorum,
— Cajaputi aa *P.* 4
(Sang. Dracon. *P.* 10).

M.

Balsamum odontalgicum Heinzmanni.

℞p. Mastiches pulv.,
Sandaracae pulv. aa *P.* 60,
Benzoës pulv. *P.* 3,
Styracis Calamitae *P.* 2,
Spirit. Vini absoluti *P.* 600.

Saepius agitando stent per triduum, tum filtrentur et leni calore ad

Partes remanentes 360

evaporent.

Balsamum odontalgicum Hoffmanni.

℞p. Tinct. Catechu *P.* 2,
Olei Caryophyllor. *P.* 1.

M.

Balsamum odontalgicum Tolutanum.

℞p. Mastiches pulv. *P.* 8,
Balsami Tolutani *P.* 36,
Spirit. Vini absoluti *P.* 12.

Digerendo solve.

Balsamum ophthalmicum aromaticum s. liquidum.

℞p. Balsami Vitae Hoffm. *P.* 8,
Liq. Ammoni caust. *P.* 1.

Misce.

Balsamum ophthalm. Himly.

Spiritus ophthalmicus Himly.

℞p. Balsami Vitae Hoffm. *P.* 480,
Olei Succini rectf. *P.* 1.

M.

℞p. Balsami Peruviani 3, Ol. Lavandulae, Ol. Majoranae, Ol. Caryophyllor., Ol. Serpylli, Ol. Rutae, Ol. Succini aa 2, Spirit. V. alcoholisati 960. M. et filtra.

Balsamum ophthalmicum rubrum Knobelsdorfii.

℞p. Hydrarg. oxydati rubri *P.* 4,
Cinnabaris *P.* 1,
Tutiae praep. *P.* 3,
Camphorae *P.* 1,
Cerae flavae *P.* 4,
Adipis suilli *P.* 48.

M. l. a.

Balsamum oticum Boehmii.

Balsamum acusticum Boehmii.

℞p. Succi bulbi Allii Cepae,
Balsami tranquill. aa *P.* 480,
Balsami Peruviani *P.* 30,
Olei Chamomill. aeth.,
Tinct. Asae foetidae,
— Castorei aa *P.* 8.

M. (Contra hypocophosin, Schwerhörigkeit).

Balsamum pro **Papillis Mammarum.**

Brustwarzenbalsam.

℞p. Balsami Peruviani *P.* 2,

Spiritus V. alcohol. *P.* 6,
Tinct. Catechu. *P.* 4,
Mucilag. G. Arab. concentr.
Glycerini aa *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 20.

Mixtis adde

Aluminis pulv. *P.* $^1/_2$.

Tum fortiter agita. Hoc Balsamum semper bene agitatum dispensetur.

Signa: Antequam mater pariat et maxime partu edito quotidie pannus linteus hoc balsamo humectatus mammae applicetur.

Balsamum Plumbi.

(van Mons.)

Rp. Plumbi *P.* 1,
Acidi nitrici diluti q. s.

ad solvendum metallum. Solutionem adhuc calidam inter continuam agitationem infunde in

Adipis suilli liquati *P.* 16.

Miscelam bene agitatam et semirefrigeratam effunde in modulos chartaceos. Massam refrigeratam in taleolas discinde.

Balsamum Postampiense.

Parfum aromatique balsamique.

Potsdamer-Balsam.

Rp. Spirit. Angelic. comp.,
Tincturae Calami,
Spirit. V. rectfss. aa *P.* 1,
Mixt. oleos. balsam. *P.* 6.

M. et filtra. Lagena longo collo instructa capacitatis Unciarum trium compleatur, signetur: *Parfum aromatique balsamique*, et usus formula involvatur:

Gebrauchs-Anweisung
des
Potsdamer Balsams
(Parfum aromatique balsamique)
bei Zahnschmerz, Rheumatismus, Gicht, Nervenschwäche, Frost, Augenschwäche, Wadenmuskelkrämpfen 2c.

Bei rheumatischem oder nervösem Zahnschmerz reibt man zuerst die leidende Backe ein wenig ein, befeuchtet dann etwas lose Baumwolle, etwa von der Größe einer Wallnuß damit, schlägt diese in ein leinenes Tuch, und legt dies um die leidende Backe. (Es verursacht dies etwas Brennen, welches jedoch nach 10—15 Minuten und mit ihm die Schmerzen aufhören.) Oefters hören auch schon die Zahnschmerzen dadurch auf, daß man wenig befeuchtete Watte in das betreffende Ohr steckt. Bei Rheumatismus und Gicht, Lähmung und Contraktheit in den Gliedern werden dieselben mehreremal bei Vermeidung von Erkältung stark eingerieben. Bei hartnäckigem Rheumatismus thut man wohl, befeuchtete Watte um die leidenden Theile zu legen. Bei Unterleibsschwäche und Magenkrampf reibt man den Unterleib, nachdem die Flüssigkeit etwas erwärmt worden, gut ein. Bei rheumatischem Kopfschmerz reibt man die Stirn ein, und athmet den Dunst durch Verreibung in den Händen durch die Nase ein. Zum Gebrauch als stärkendes Mittel gegen Nervenschwäche reibt man den Körper nach dem Bade damit ein. Als Frostmittel gegen nicht aufgebrochenen Frost reibt man die gelittenen Theile öfters stark damit ein. Bei Augenschwäche lasse man den Dunst durch Verreibung in den Händen direct in die Augen treten; und reibt man sanft um die Augen äußerlich ein.

Compositio Balsami saepe varia reperitur.

Balsamum contra Perniones.

Frostbalsam.

Rp. Saponis medic. *P.* 20,
Kalii jodati *P.* 10,
Camphorae *P.* 5,
Spirit. V. rectfss. *P.* 240.

Digere leni calore et saepius agita. Liquori filtrato, adhuc tepido, admisce

Tincturae Benzoës,
Glycerini,
Aquae Rosarum aa *P.* 20.

Ad perniones infricandos eo utaris.

Balsamum Rigense

Kunzenii.

Rp. Aquae aromaticae *P.* 100,
Tincturae Croci *P.* 1.

M.

Balsamum Salazar.

Rp. Aloës socotrinae,
Olibani,
Resinae Burgundicae,
Mastiches aa *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 24.

Digere et filtra.

Balsamum Salutis Werneri.

Rp. Mixturae oleos. bals.,
Tinct. aromaticae,
Elix. ad. long. Vitam,
Spirit. Lavandulae aa P. 60,
Liq. Kali carbonici,
Tinct. Myrrhae aa P 10,
— Moschi,
— Ambrae aa P. 1,
Aetheris P. 20.

Misce et filtra.

Balsamum Samaritanum.

Rp. Saponis medicati P. 8,
Spiritus Lavandulae P. 32,
Olei Nucistae P. 2,
Camphorae P. 1.

Digerendo fiat solutio, cui admisce
Spirit. Ammoni caust. Dzondii P. 3.

Baume Samaritain.

Rp. Olei Olivarum,
Vini rubri aa P.

Evaporent, donec volumen dimidium mixturae remanserit.

Balsamum stomachicum

Saxonicum s. Cellense.

Rp. Olei Nucistae P. 40,
Olei Lavandulae, Succini, Majoranae, Rorismarini, Salviae, Origani, Rutae, Menth. crisp. aa P. 1.

Misce. Conf. Bals. cephalic.

Balsamum strumale

Colignoni.

*Colignon'*scher Kropfbalsam

Rp. Kalii bromati P. 4.

Solve in
Spiritus V. rectf.,
Aquae destill. aa P. 8.

Liquori admisce
Saponis medicati P. 8,

antea ope caloris solutas in
Spiritus V. rectf. P. 16,
Tincturae Conii P. 8.

Mixturam calefactam filtra et in ollas vitreas effunde.

Balsamum tranquillans.

Oleum de Narcoticis. *Baume tranquille.*

Rp. Olei cocti Hyoscyami P. 48,
— — Hyperici,
— — Chamomillae,
— Olivar. Prov. aa P. 24,
— Macidis aeth.,
— Rutae,
— Menthae crisp.,
— Salviae,
— Thymi,
— Rorismarini,
— Majoranae,
— Lavandulae,
— Juniperi aa P. 1.

Mixtis adde liquorem, ex
Extracti Belladonnae,
— Stramonii,
— Nicotianae aa P. 2,
Glycerini,
Spiritus V. rectf. aa 4.

paratum. Miscela optime agitata seponatur et decanthetur.

Balsamum universale

Ph. Sl. H.

Rp. Olei Raparum rec. expressi P. 18,
Cerae flavae P. 6.

Colliquatis agitando admisce
Aceti plumbici P. 3,
Camphorae trit. P. $1/_2$.

Ph. Dan. Camphoram omittit.

Balsamum Viennense.

Balsamum Vitae Lelievrei.

Rp. Aloës P. 16,
Resin. Guajaci P. 8,
Myrrhae,
Styracis,
Olibani aa P. 4,

Rad. Angelicae,
— Gentianae,
— Zedoariae āā *P.* 2,
Croci *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 144,
Sacchari albi *P.* 32.

Digere et cola.

Balsamum vulnerarium.

Rp. Terebinthinae *P.* 1.

Solve in

Spirit. V. rectfss. *P.* 12,

et liquorem filtra.

Balsamum vulnerarium Hollandicum.

Rp. Terebinth. Venetae *P.* 50,
Elemi *P.* 20,
Cerae *P.* 5,
Olei Hyperici *P.* 50.

Colliquatae colentur.

Balsamum vulnerarium ad usum pecoris.

Wundbalsam für die größeren Hausthiere.

Rp. Tincturae Myrrhae,
— Asae foetidae,
— Aloës āā *P.* 2,
Olei Terebinthinae *P.* 1.

M.

Rp. Myrrhae,
Asae foetidae āā *P.* 1,
Aloës *P.* 4.

Pulveratis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 40.

Digere per aliquot dies, tum filtra. Colaturae admisce

Olei Pini *P.* 3.

Ph. Belg. Ol. Olivar. 552, Terebinth. Venet. 138, Ol. Rorismar. 34, Spirit. saponat. 276.

Baryta acetica.

$BaO,\bar{A}+HO$.

Rp. Aceti concentrati puri (p. spec. 1,04),
Aquae destill. āā *P.* 7.

Misce et calefac. Tum adde paulatim inter agitationem

Barytae carbonicae purae *P.* 4

aut quantum solvitur. Liquorem filtratum in patinam porcellaneam ingestum, calore 100° C non excedente, evaporatione lenta in massam crystallinam redige. Effic. plus quam 5 *P.*

Baryta carbonica.

BaO,CO^2.

Rp. Baryi chlorati cryst. *P.* 5.

Solve in

Aquae destill. *P.* 50.

Solutioni instilla inter agitationem liquorem, ex

Ammoni carbonici *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 10,
Liquoris Ammoni caustici *P.* 2

paratum, aut quantum hujus liquoris requiritur, ut hic paululum praevaleat. Praecipitatum optime elotum siccetur et asservetur. Effic. circiter *P.* 4.

Baryta hydrata.

$Ba,HO+8HO$. Baryta caustica cryst.

Rp. Barytae nitricae *P.* 8,
Ferri limati *P.* 3.

Optime commixtae in crucibulum figulinum rutile excandescens paulatim ingerantur. Postquam massa efferbuerit atque consistentiam mollem et grumosam assumserit, eximatur, refrigerata in pulverem, dein solvendo in aqua, filtrando, evaporando et seponendo in crystalla redigatur, quae in lagenis obturatis asserventur.

Baryta nitrica.

BaO,NO^5.

Rp. Acidi nitrici puri *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 20.

Mixtis et ad ebullitionem calefactis adde

Baryt. carbonicae purae *P.* 1

aut quantum solvitur. Liquor neuter, adhuc fervidus filtretur et l. a. in crystalla evaporando refrigerandoque redigatur. Effic. $1\frac{1}{3}$ *P.*

Baryta sulphurosa.

BaO,SO^2.

Rp. Barytae carbonicae *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 3.

In cucurbitae vitreae immissas tam diu

Acidum sulphurosum gasiforme

introducatur, donec liquor saepius agitatus Acidum carbonicum non amplius emittat et portiuncula liquoris exemta Tincturam exploratoriam caeruleam reddat rubram. Liquorem sepone per diem unum, tum sedimentum collige et loco tepido sicca. Eff. *P.* 1.

De modo parandi Acidum sulphurosum confer pag. 15.

Baryum chloratum.

BaCl+2HO.

Rp. Witheritae pulv. *P.* 100.

In vas figulinum amplum immissis et calore balnei aquae calefactis affunde

Aquae fervidae *P.* 120.

Agitatis paulatim immisce

Acidi muriatici crudi *P.* 140

vel quantum requiritur, ut inter agitationem Witherites solvatur et liquor fere neuter evadat. Tum, adjectis

Witheritae pulv. *P.* 6,

interdum agitando digere per unum diem. Si portiuncula liquoris filtrata addito Acido tannico soluto reactionem ferricam reddit, adde cum aqua contritam

Calcariae hypochlorosae *P.* 1

vel eam quantitatem, ut post agitationem portiuncula exemta filtrata colorem Kali hypermanganici soluti non amplius immutet. Liquor adhuc calidus filtretur et evaporet, quoad gutta in laminam vitream frigidam translata agitando crystallula demittere incipit. Dein liquori semirefrigerato inter agitandum immisce

Spirit. Vini rectfss. Volumen duplum.

Sepone loco frigido per unum diem, tum sedimentum crystallinum collige, Spiritu Vini rectificato ablue, exprime et tandem solutum in Aqua destillata l. a. in crystalla redige.

Baryum chloratum solutum.

BaCl+104 HO. Solutio s. Liquor Baryi chlorati

Rp. Baryi chlorati cryst. *P.* 6,
Aquae destill. *P.* 46.

Solve. *P.* 10 liquoris continent *P.* 1 Baryi chlorati anhydri. *Ph. Norv.*

Ph. Dubl., Edinb., Lond. Sal cryst. 1, Aq. 8.

Baryum jodatum.

BaJ. Baryta hydrojodica.

Rp. Baryi sulphurati sbt. pulv.,
Jodi puri sicci, $\widehat{aa}$ *P.* 4.

In mortario porcellaneo terendo optime mixtas quam celerrime solve in

Aquae destill. *P.* 24,

dum paulatim adhuc adduntur quantitates minutae Baryi sulphurati subtilissime pulverati, donec solutio subfusca, ope chartae exploratoriae rubrae examinata, paululum alcalina appareat. Solutioni tum caute filtratae, in patina porcellanea calefactae, instilletur

Tincturae Jodi q. s.,

ut solutio plane decolor et, ope chartae exploratoriae examinata, plane neutralisata inveniatur. Filtrata denique in balneo vaporis evaporando ad siccitatem perfectam redigatur, tum in lagenulis minoribus bene obturatis et a lucis accessu remotis servetur. Sit pulvis e flavido albidus, aëre humido facile humescens et fuscescens.

Rp. Barytae sulphurosae *P.* 30.

Terendo suspensis in

Aquae destillatae tepidae *P.* 120

inter agitationem paulatim adjice

Jodi puri triti *P.* 35 vel

quamdiu Jodum solvitur. Tum liquori adhuc tepido sensim immisce

Barytae carbonicae *P.* 27,

ad operationis finem calore balnei aquae expulsionem Acidi carbonici adjuvando. Si liquor flavescit, adde paululum Barytae sulphurosae. Dein liquorem sepone vase clauso per diem unum, decantha, quam celerrime filtra et immissum in patinam porcellaneam, collocandam in apparatu pneumatico (vacuo) vel in congestore vaporario Hagerico, supra stratum calcis ustae ad siccum redige. Eff. circiter *P.* 53.

Baryum sulphuratum.

BaS.

Rp. Barytae sulphuricae subt. pulv. *P.* 24,
Carbonis vegetabilis *P.* 4,
Colophonii *P.* 6.

Pulveratas et intime mixtas in crucibulum, operculo bene obtegendum, ingere. Igne primo remissiore, tunc fortiore per sesquihoram urantur. Crucibulo refrigerato, massam exime et in pulverem subtilem redige, quem in lagenis bene obturatis serva.

Bebeerinum sulphuricum.

$C^{38}H^{21}NO^{6},HO,SO^{3}=\overset{+}{Bb},HO,SO^{3}$. Beberia sulphurica.

Rp. Corticis Bebeeru (Nectandrae Rodiei) *P.* 100.

Grosso modo pulveratis affunde

Aquae fervidae *P.* 400,
Acidi sulphurici diluti *P.* 30.

Agitatae stent per unum diem, tum exprimantur. Residuo affunde

Aquae fervidae *P.* 300,
Acidi sulphurici diluti *P.* 20

et agitatum per diem unum sepone, tum exprime.

Colaturis (si opus fuerit addendo Natri carbonici paulum ad reactionem parum acidulam reductis) evaporando ad

remanentes *P.* 50

redactis filtratisque adde

Ammoni caustici soluti

q. s., ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum in filtro collectum, aqua ablutum et cum aquae paulo commixtum solve in

Acidi sulphurici diluti q. s.

Solutio, admixtis

Plumbi oxydati praep. *P.* 3

et post agitationem

Calcariae hydricae *P.* 2,

calore balnei aquae inter agitandum ad siccum redigatur. Massam residuam contritam immissamque in vas deturbatorium (Deplacirgefäss) affundendo

Aetherem purum

extrahe, quamdiu liquor stillans saporis amari est.

E liquore aethereo, in cucurbitam vitream infuso, destillando Aether eliciatur, deinde residuo inde obtento et in mixtura ex

Acidi sulphurici diluti
et Aquae destill. $\widehat{aa}$ *P.*

parata soluto instilletur

Ammoni caust. soluti

eam quantitatem, ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum exortum in filtro collige, aqua ablue, tum superaffunde

Acidi sulphurici diluti

eam quantitatem, ut liquor perfecte neuter redditus sit, quem calore balnei aquae ad siccum redige.

Sit pulvis albidus, solutionem aquosam vix turbidam praebens. Eff. circiter *P.* $1\frac{1}{3}$.

Berberinum hydrochloratum.

$C^{42}H^{18}NO^{9}$ ($\overset{+}{Brb}$.) $+HCl+2HO$. Berberinum muriaticum.

Rp. Corticis radicis recentis Berberidis vulgaris, concisi *P.* 100

(aut Corticis siccati *P.* 30),

Aquae *P.* 600.

Ebulliant in catino cupreo, stanno obducto, per duas horas. Tum exprimendo cola. Residuum cum

Aquae *P.* 300

denuo coquendum est. Hoc decocto etiam exprimendo colato, colaturae commixtae inter continuam agitationem ad extracti spissitudinem, deinde in balneo vaporis ad siccum evaporent. Residuum in pulverem redactum vesicae destillatoriae, in balneo vaporis collocatae, ingere et affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 40.

Alembico imposito, digere per diem unum ac noctem, deinde per biduum sepone et fluidum decantha. Residuum denuo in

Spiritus V. rectfss. *P.* 20—30

eadem ratione digere et fluidum defunde. Fluida defusa commistaque loco tepido residant, postea adhuc tepida decanthentur, et

Aquae destill. *P.* 7

admixtis, in vesicam destillatoriam remittantur. Spiritum Vini leni destillatione abstrahe, ita ut circiter *P.* 12 in vesica remaneant, quas adhuc tepidas, in ollam effusas, per hebdomadem loco frigido sepone. Crystallula tum exorta acicularia per linteum colando exprimendoque collige, aquae aliquantulo ablue et loco tepido siccata asserva.

Si crystallula non satis pura invenis, in pari quantitate


Aquae destill. fervidae

solve et iterata crystallisatione depura.

Effl. circiter *P.* 1. Sit pulvis crystallinus flavescens.

Nota. Liquor e crystallisatione residuus continet Oxyacanthinum.

Bismuthum carbonicum.


BiO^3,CO^2+2HO.

℞p. Bismuthi trisnitrici crystallisati *P.* 10.

Terendo in mortario porcellaneo in pulverem redactis et in ollam vitream ingestis affunde inter agitandum

Ammoni carbonici *P.* 4,

antea solutas in

Aquae destill. *P.* 120.

Praecipitatum inde ortum in filtro collige, Aqua destillata frigida ablue et loco tepido, a luce remotum, sicca. Ad pulverem tenerrimum contritum serva.

Bismuthum chloratum praecipitatum.

$BiCl^3,2BiO^3+2HO$. *Blanc d'Espagne ou de Perle.*

℞p. Bismuthum oxydatum,

quod ex fluidis residuis parationis Bismuthi nitrici praecipitati praecipitando ope Ammoni caustici obtinetur. Bene ablutum solve in

Acidi hydrochlorici puri

quantitate sufficiente, Liquori (filtrato) in ollam amplam ingesto, uno impetu affunde

Aquae coctae filtratae frigidae

quantitatem 20plam. Praecipitatum aqua ablutum collige et loco tepido sicca.

Nota. E liquore defuso ope Ammoni caustici Bismuthum oxydatum praecipitetur, quod ad parationem novae quantitatis Bismuthi chlorati adhibeatur.

Bismuthum depuratum.


℞p. Bismuthi venalis *P.* 16.

Grosse pulveratae, admixta

Kali nitrici depurati *P.* 1,

in crucibulum Hassiacum ingerantur et calore modico inter agitandum ope bacilli fictilis per horam unam liquentur. Tum metallum caute in aquam effundatur et sedulo mundetur.

Bismuthum lacticum.


$BiO^3,\overline{L}^3+6Aq$.

℞p. Acidi lactici *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 12.

Mixtis et calore balnei aquae calefactis sensim immisce

Bismuthi oxydati hydrati

recens (e *P.* 10 – 11 Bismuthi nitrici praecipitati) parati et adhuc humidi q. s., donec non amplius solvatur et portiuncula ultima addita liquorem reddat turbidulum. Tum mixturam in patinam planam immitte et supra Calcariae ustae stratum loco tepido exsicca.

Bismuthum nitricum praecipitatum.

BiO^3,NO^5+2HO. Magisterium Bismuthi. Bismuthum hydrico-nitricum.

℞p. Bismuthi trisnitrici crystallisati *P.* 10.

Terendo in mortario porcellaneo in pulverem redactis et in ollam vitream ingestis affunde inter agitationem miscelam, paratam ex

Aquae destill. *P.* 100 et
Liq. Ammoni caust. *P.* 4.


Massa pultiformis inde orta tunc calore 45° C. non excedente digeratur, donec sedimentum album in crystallula regularia minuta conversum sit. Tum liquore defuso, pulvis crystallinus Aquae destillatae frigidae *P.* 20 abluatur, quae operatio aequali quantitate aquae repetenda est. Denique pulvis loco tepido siccatus in vitris obturatis servetur. Sit albissimus crystallinus.

Bismuthum oxydatum cum Ammono citrico.

Bismuth oxydat. solubile.

℞p. Bismuth. oxydati hydrati *P.* 1,
Ammoni citrici neutralis
Misce. *P.* 30.


Bismuthum oxydatum hydratum.


BiO^3,HO.

℞p. Bismuth. nitr. praec. *P.* 3,
Liquor. Ammoni caust.,
Aquae destill. aa *P.* 5.

In lagenam immissae stent per aliquot horas et saepius agitentur Sedimentum tunc aqua bene elutum loco tepido siccetur.

Bismuthum tannicum.


$3BiO^3,\overline{Tn}+2HO$.


℞p. Bismuthi oxydati hydrati,
Acidi tannici,
Aquae destill. āā *P.* 1.

Conterendo mixtae stent loco calido per horas duas et saepius agitentur. Tum admisce

Spirit. V. rectf. *P.* 5

et saepius agita. Tandem sedimentum in filtro collige. Spiritu Vini rectificato ablue, et loco tepido sicca.

Bismuthum trisnitricum.


$BiO^3,3NO^5+9HO$. Bismuthum nitricum crystallisatum s. neutrale.

℞p. Acidi nitrici puri *P.* 15.

In vitrum immissis paulatim adde, calorem evitando,

Bismuthi depurati contusi *P.* 4

vel q. s., donec metallum non amplius solvatur. Acidum saturatum est, simulac sedimentum albidum exoriri incipit. Solutio, si opus est,

Aquae destill. *P.* 8

diluta, filtretur. Tum (ad 11—12 *P.* remanentes circiter) evaporando refrigerandoque in crystalla redigatur, quae mixtione, parata ex


Acidi nitrici puri *P.* 1 et
Aquae destill. *P.* 3,

abluta inter strages chartae premendo sicces et in lagenis vitreis bene obturatis asserves. Crystalla fatiscunt.

Nota. Liquor ultimus e crystallisatione cum aquae fervidae quantitate majore commisceatur, ut Magisterium Bismuthi praecipitetur.

Nota. Si Bismuthum Arsenio inquinatum fuerit (quod antea examinandum), solutioni Bismuthi Aqua destillata dilutae Natri caustici soluti quantitas valde praevalens addatur. Digestione unius diei peracta, Bismuthum oxydatum exortum probe eluatur et in Acidi nitrici puri q. s. resolvatur.

Bismuthum valerianicum (basicum).


$3BiO^3,2\overline{Va}+3HO$.

℞p. Bismuthi nitrici (basici) praecipitati *P.* 50.

Superinfunde in lagena vitrea

Liquoris Ammoni caustici et
Aquae destill. āā *P.* 150.

Sepone per 3—4 horas et interdum agita. Sedimentum, fluido limpido decanthato, Aqua destillata ablue et adhuc humidum in mortario porcellaneo cum

Acidi valerianici oleosi *P.* 15

bene contere. Tum adde inter terendum

Spiritus V. rectfss. *P.* 30.

Deinde sedimentum inter chartae bibulae strages preme, loco umbroso, calorem evitando, sicca. Tritum in lagenulis vitreis obturatis serva. Effic. circiter *P.* 70.

Bismuthum valerianicum basicum crystallinum.

℞p. Bismuthi trisnitrici *P.* 48.

Ad pulverem terendo redactas paulatim immitte inter agitationem in liquorem, paratum e

Liquoris Ammoni caustici (p. sp. 0,960) *P.* 50,
Acidi valerianici trishydr. *P.* 25,
Aquae destill. *P.* 320.

Tum calore leni (40—50° C.) per aliquot horas digere, dein sedimentum collige, aquae parva copia ablue et loco tepido umbrosoque sicca.

Bromum chloratum solutum.

$BrCl^5+28,6$ Aq. Chloridum Bromi s. Chloruretum Bromii liquidum.

℞p. Bromi *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 6.

In immissas lagenae angustiori, dum illa (ad +5 ad 12° C.) refrigeratur, tamdiu

Gas Chlori elotum

per tubum angustiorem lente conduc, donec Bromum chloratum exortum in aqua supernatante plane solutum sit. Tum adde

Aquae destill. eam quantitatem,

ut pondus fluidi totius aequet

Partes 13.

Asservetur in lagenulis repletis, episto-

mio vitreo optime obturatis loco frigidissimo.

Signa. Bromum chloratum. Sumatur duplum.

Brucinum.

$C^{46}H^{26}N^{2}O^{8}+8HO$. $\overset{+}{Br}$,8HO. Caniraminum.

Lixivium ultimum, quod in praeparatione Strychnini post crystallisationem hujus alcaloidis restat, commisceatur cum

Oxalii triti *P.* 1,

(postquam Seminum Strychni *P.* 50 tractavisti) et

Carbonis puri eadem quantitate.

Leni calore ad siccum evaporet et residuum in pulverem redactum cum

Spiritus V. anhydri*) *P.* 9

per 3 dies loco frigidissimo (0° C.) maceretur. Tum filtra. Filtro Spiritu anhydro loco frigido eloto, residuum in

Aquae destill. fervidae *P.* 20

solve, liquorem adhuc calidum filtra, et cum

Magnesiae ustae *P.* ½

commistum per aliquot dies sepone et saepius agita. Deinde sedimentum filtrando a fluido separatum digere cum

Spiritu V. rectfss.,

filtra et Spiritu aequali elue. Liquorem spirituosum evaporatione ad circiter *P.* 3 diminue et per hebdomadem loco frigido sepone. Massam tum secretam (primo olei instar, postea concretam crystallinam) contere, et inter chartam bibulam, calorem evitando, exsicca. In vitris obturatis caute servetur. Si Brucinum in crystallulis obtinere vis, solve in Spiritus Vini rectfss. parva quantitate et sepone loco frigido, ut solutum evaporatione quasi spontanea in crystallula abeat. Brucinum a Strychnino liberum Spiritus V. rectf. frigidi duodecuplo solvitur.

Nucum vomicarum *P.* 250 edunt circiter *P.* 1. Brucini

Brucinum nitricum.

$\overset{+}{Br}$,$NO^{5}+5HO$.

℞p. Brucini puri *P.* 25.

Solve leni calore in

Aquae destill.,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 50.

Tum solutis instilla

Acidi nitrici puri (p. spec. 1,200) *P.* 11.

aut quantum ad neutralisationem perfectam sufficit. Liquorem tunc evaporando loco tepido in crystalla redige.

Brucinum sulphuricum.

$\overset{+}{Br}$,$SO^{3}+8HO$.

Paretur pari modo atque Brucinum nitricum e

Brucino puro *P.* 25 et
Acidi sulphurici diluti *P.* 16 vel q. s.

Butyrum insulsum artificiosum.

Unguentum simplex pro unguentis ophthalmicis *(Medicamentum).*

℞p. Olei Cacao *P.* 2,
— Amygdalarum 3.

Colliquatae et ab igne remotae agitentur, donec refrixerint. *(Ph. Hb.)*

Nota. Hieme Olei Amygdalarum *P.* 4 adhibendae sunt.

℞p. Olei Cacao *P.* 1,
Adipis suilli *P.* 4
(hieme *P.* 5).

Colliquatae etc.

Butyrum insulsum vaccinum.

Butyrum, e lactis cremore separatum, potissimum recens, balneo aquae liquetur et seponatur, donec sordes fundum petierint. Liquor limpidus per pannum linteum coletur et dein aqua tepida abluatur, donec omne sal separatum sit.

Cadmium jodatum.

CdJ.

℞p. Cadmii *P.* 1,
Jodi puri *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 10.

In cucurbitam vitream immissae stent per aliquod tempus et interdum agitentur donec liquor decolor appareat. Liquorem filtratum evaporando et seponendo loco

*) Spirit. V. anhydrus Brucinum oxalicum frigore non solvit.

frigido in crystalla redige, quae calorem evitando siccentur.

℞p. Kalii jodati *P.* 20,
Cadmii sulphurici *P.* 15,
Aquae destillatae *P.* 40.

Salia pura contrita una cum Aqua in patinam porcellaneam immissa leni calore ad siccum redigantur. Residuum contritum ope Spiritus Vini absoluti digerendo extrahatur, et solutio alcoholica l. a in crystalla cogatur.

Cadmium sulphuricum.

CdO,SO^3+3HO.

℞p. Cadmii venalis q. v.

Affunde paulatim eam quantitatem liquoris, parati ex

Acidi nitrici *P.* 1,
Acidi hydrochlorici *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 5,

donec adjuvante leni calore solutio perfecta fuerit. Liquori obtento filtrato instilla

Natrum carbonicum

in aqua solutum, quamdiu inde praecipitatum perficitur, quod collectum et aqua elotum solvatur in

Acidi sulphurici diluti

quantitate sufficiente, ita ut Acidum perfecte saturatum sit et paululum praevaleat. Liquor evaporando et seponendo in crystalla redigatur.

℞p. Acidi nitrici puri *P.* 5.

In cucurbitam immissis sensim adde

Cadmii in frustulis,

quantum (circiter *P.* 1) calore adjuvante solvitur. Solutioni (si opus fuerit filtratae) immissae in patinam porcellaneam adde

Acidi sulphurici conc. puri *P.* 1,

et calore balnei arenae ad perfectam siccitatem redige, cavendo, ne aestus sub finem usque ad ignitionem salis residui augeatur.

Residuum solve in

Aquae destill. calidae *P.* 2,

si necessarium est, filtra et evaporando seponendoque in crystalla redige, quae desiccata in vitris occlusis serva.

Nota. Cadmii *P.* 10 ad solutionem adhibitae requirunt *P.* 9 Acidi sulphurici rectificati concentrati.

Caementum dentarium.

Caementum Parisiense s. Explementum dentarium. Zahnkitt.

℞p. Vitri albi pulv. laevigati *P.* 1,
Zinci oxydati rec. usti *P.* 3.

Misceantur et in lagenulis vitreis obturatis serventur. Ad usum commisceatur

hic pulvis

cum quantitate sufficiente liquoris commiscendo parati e

Boracis pulv. *P.* 1 et
Aquae fervidae *P.* 2,
Solutionis Zinci chlorati concentratissimae aquosae *P.* 50,

ut fiat massa caementaria, quae statim adhibeatur.

Caementum ad dentes Bernothii.

℞p. Mastiches sbt. pulv. *P.* 100,
Aetheris *P.* 40,
Spirit. Vini absoluti *P.* 10
Aluminis plumosi ad pulverem subtiliorem terendo redacti q. s.

M. fiat massa mollis depsiticia, quae ponderis Grammat. 8 in ollis, in quas singulas mixtura e Spiritus alcoholici camphorati Gramm. 2 et Olei Caryophyllorum Gutta 1 parata indita est, dispensetur.

Caementum ad dentes Suersenii.

℞p. Zinci oxydati q. v.
Solutionis Zinci chlorati concentratae q. s.

Misce leni calore adjuvante, ut fiat massa depsiticia, quae addendo paulum Ochrae, Ferri oxydati, Mangani oxydati tincta recens adhibeatur.

Caementum ad dentes Touravii.

℞p. Aluminae sulphuricae basicae siccae q. v.
Solutionis Mastiches aethereae q. s.

M. f. massa depsiticia.

Caementum odontalgicum.

Schmerzstillender Zahnkitt.

℞p. Guttae Perchae *P.* 240.

Calore balnei vaporis mollitis admisceantur

Catechu sbt. pulv.,
Acidi tannici āā *P.* 30,
Olei Caryophyllorum,
Opii āā *P.* 5.

Haec massa mollita in cavitatem dentis imprimatur. Cf. etiam Ceratum odontalgicum.

Calami scriptorii ad scribendum in vitro.

Stili ad signanda Vasa vitrea. Schreibstifte für Glas.

℞p. Acidi stearinici *P.* 4,
Sebi ovilli *P.* 3,
Cerae *P.* 2.

Colliquatis admisce

Minii *P.* 6,
Kali carbonici dep. *P.* 1,

antea optime contritas. Tum sepone loco calido per horam unam, saepius agita, tandem massam effunde in tubos vitreos vel in fistulas arundinaceas.

Calcaria carbonica pura.

CaO,CO^2.

Paretur e

Calcii chlorati puri *P.* 7,
Ammoni carbonici *P.* 5—6,
Liq. Ammoni caust. *P.* 5

aequali modo atque Baryta carbonica.

Calcaria hydrata.

CaO,HO. Hydras calcicus. Calcaria hydrica s. hydratica Kalkhydrat.

℞p. Calcariae rec. ust. *P.* 30.

In patinam figulinam immissae conspergantur

Aquae tepidae *P.* 12—15.

Sepone per horam dimidiam vel donec calcaria in pulverem fatiscat. Paretur quoties usus poscit.

Calcaria hypophosphorosa.

CaO,PO,2HO. Hypophosphis calcicus.

℞p. Calcariae hydricae *P.* 12,
Aquae *P.* 60—90.

Mixtis et in retortam vitream tubulatam, ad ⅓ replendam et in balneo arenae collocatam, immissis adjice

Phosphori *P.* 6.

Tubulo retortae insere tubum vitreum infundibiliformem (securitatis), ita ut apertura ejus inferior in miscelam calcaream bene immersa sit.

Collo retortae paulum elevato impone, ope suberis perforati, tubum vitreum ampliorem curvatum eo modo, ut pars inferior ad 8—10 lineas in aquam frigidam, quae in ollam vitream (loco excipuli) ingesta est, immergatur.

Tum balneum arenae lente calefac usque ad lenem ebullitionem miscelae calcareae. Dum gas Hydrogenii phosphorati (H^3P) emergens in aëre deflagrat, lenis ebullitio miscelae continuatur. (Si miscela autem fortiter effervescit, per tubum paulum aquae calidae affundatur.)

Evolutione gasis Hydrogenii phosphorati cessante, miscelam calcaream, adhuc tepidam, in filtrum e charta bibula confectum ingere, residuum in filtro aqua fervida eluendo.

Liquores collecti calore tantum balnei vaporis, ne explosio fiat, ad siccum evaporent. Massae residuae affunde, ut Calcaria carbonica adhaerens separetur, Aquae destillatae calidae octuplam quantitatem, tum in filtrum ingere, residuum in filtro aqua fervida eluendo.

Liquor filtratus calore balnei vaporis evaporando, tum seponendo in crystalla redigatur, quae collecta et premendo inter chartam bibulam siccata in lagenis vitreis serventur. Effic. *P.* 4—5.

Nota. Aqua in excipulo et residuum in filtro, quae adhuc phosphorum continent, in locum separatum rejiciantur, aut in terram abscondantur. Retortam et tubos Acido nitrico diluto bene ablue et per aliquod tempus loco humido aëri expone.

℞p. Calcariae hydratae *P.* 10,
Aquae destillatae *P.* 25.

In ollam lapideam immissis adjice

Phosphori *P.* 4,

antea in aqua calida agitando granulatas. Sepone aut loco calido per hebdomadem, aquam evaporatum interdum restituendo, aut loco frigido per aliquot hebdomades et saepius agita, donec gas inflammabile ex liquore agitato non amplius evadat. Tum affunde

Aquae destill. fervidae *P.* 30


et per linteum cola, residuam Calcariam Aqua destillata fervida abluendo. In colaturam

Acidum carbonicum

introducatur, quamdiu sedimentum deponitur. Dein filtra et liquorem in catinum porcellaneum infusum calore tantum balnei aquae s. vaporis, ne explosio fiat, inter agitationem continuam ad siccitatem redige.

Dos. =3—4 Grana in liquoribus Acida non continentibus.

Calcaria hyposulphurosa.


CaO,S^2O^2+6HO.

Rp. Sulphuris sublimati *P.* 10,
Calcariae ustae *P.* 5,
Aquae *P.* 60.

In lebetem ferreum ingestae coquantur per sesquihoram, aquam evaporatam restituendo, tum filtrentur, residuum calcareum aquae paulo abluendo. In liquorem filtratum introducatur

Acidum sulphurosum

donec liquor coloris expers redditus fuerit, dein liquor filtratus in catino plano calore 60° C. nunquam excedente evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Eff. *P.* 7. Sal in pari pondere aquae solubilis est.

Calcaria jodata.

Calcaria hypojodosa.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 80,
Aquae destill. *P.* 320.

Immittantur in lebetem porcellaneum. Calefactis inter agitationem paulatim adde

Jodi *P.* 250

vel quantum requiritur, donec miscela colorem flavum induerit. Tum inter agitationem modico calore quam celerrime exsicca. Massa refrigerata in vitris optime obturatis asservetur. Sit pulvis e fusco nigrescens.

Calcaria lactica.


$CaO,\bar{L}+5HO$.

Sal modo ad parationem Acidi lactici praecepto effectum solvendo in Aqua destillata, filtrando, evaporando ad spissitudinem syrupi seponendoque in massam crystallinam redigatur, quae in filtro excepta leni calore siccetur.

Calcium oxysulphuratum liquidum.

Solutio Calcii oxysulphurati *Ph. mil. Austr.*


Rp. Calcariae hydricae *P.* 5,
Sulphuris pulv. *P.* 6.

Commixtae paulatim ingerantur in

Aquae fervidae *P.* 70.

Dein liquor ebulliat et evaporet, donec Partes 36 supersint, quas adhuc fervidas cola et statim in lagenas bene obturandas immitte.

Calcaria phosphorica.


$3CaO,PO^5+2HO$.

Rp. Ossium recentium q. v.

Immitte in focum fornacis, ut urantur ad albedinem. Contusa solve digerendo in

Acidi hydrochlorici puri cum
Aquae decuplo diluti q. s.

Liquori filtrato instilla inter agitationem

Liq. Ammonii caust.,

quamdiu praecipitatum inde producitur. Sepone per diem unum, tum sedimentum aqua fervida sedulo edulcoratum sicces et serves. *(Ph. Hann.)*

$2CaO,HO,PO^5+3HO$. Phosphas calcicus *Ph. Fenn*

Rp. Calcii chlorati (cryst.) *P.* 12.

Solve in

Aquae destill. fervidae *P* 96.

Liquori filtrato inter agitationem instilla


Natri phosphorici cryst. *P.* 20,

in

Aquae dest. fervidae *P.* 40

solutas. Seponantur, donec praecipitatum, initio lubrico-gelatinosum, forma pulveris subcrystallini ad fundum descendat. Optime edulcoratum et siccatum servetur. Effic. *P.* 7—7½.

Calcaria saccharata.


$3CaO+2(C^{12}H^{11}O^{11})$ Saccharum calcareum.

Rp. Sacchari albi *P.* 3,
Calcariae hydricae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 12.

Mixtas digere per biduum et saepius agita. Tum filtra et liquorem limpidum calore balnei vaporis ad siccum redige. Serva in lagenis obturatis.

Calcaria soluta.

Aqua Calcariae s. Calcis. Liquor Calcis *Ph. Brit.*

Rp. Calcariae hydratae rec. q. v.

Superinfunde

Aquae communis 30plum.
In lagenam bene obturandam agitatas immitte. Ad usum liquor limpidus decanthetur. Residuo inter agitationem denuo aquam affundere potes, quod repetere licebit, quam diu decapulando aquam Calcaria saturatam obtinebis.

Calcaria stibiato-sulphurata.

Stibio-Calcium sulphuratum.

Rp. Calcariae rec. ustae pulv. *P.* 12,
Stibii sulphurati aurantiaci *P.* 4.

Intime mixtis et in vas porcellaneum immissis sensim adde

Aquae *P.* 24.

Inter assiduam agitationem leni calore exsicca et in vitris parvis, bene obturatis, serva. Sit pulvis ex flavescente cinereus.

Ex tempore hoc modo paretur:

Rp. Stibii sulphurati rubei *P.* 1,
Calcii sulphurati *P.* 3.

M. exacte.

Calcaria sulphurica.

CaO,SO^3+2HO. Gypsum purum.

Rp. Calcii chlorati *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 10.

Solutioni filtratae inter agitandum instilla liquorem solvendo paratum e

Natri sulphurici cryst. *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 15.

Praecipitatum inde ortum lege artis subsidendo, defundendo atque edulcorando separa et lenissimo calore sicca.

Calcaria sulphurosa.

CaO,SO^2. *Sulfite de Chaux Ph. Gall.*

Rp. Cretae albae pulv. *P.* 10,
Aquae *P.* 30.

In ollae vitreae altiori immissas tamdiu

Acidum sulphurosum (cf. id. Pag. 15)

introducatur, donec liquor saepius agitatus Tincturam exploratoriam coeruleam reddat rubram. Tandem Calcaria sulphurosa (massa e flavescente grisea) colligatur, lenissimo calore siccetur et in vitris bene obturatis servetur.

Si vis sal purius parare, loco Cretae Calcaria carbonica praecipitata adhibenda est.

Calcium chloratum.

Calcaria muriatica pura $CaCl+2Aq$.

Rp. Cretae albae s. Marmoris albi pulv. q. v.

Solvatur (calore adjuvante) in

Acidi hydrochlorici q. s.,

ita tamen, ut portiuncula Calcariae carbonicae non soluta remaneat. Dein liquori admisce

Calcariae hypochlorosae venalis

partem circiter vicesimam copiae Cretae vel Marmoris adhibitae. Sepone per diem et saepius agita. Tum liquor filtretur et instillando

Acidi hydrochlorici puri

quantitatem sufficientem ad neutralitatis chemicae punctum accurate redigatur. Quo facto liquor in vase porcellaneo, calore balnei arenae 180° C. fere attingente, ad siccum evaporet. Residuum tritum, adhuc calens, statim in lagenas vitreas, optime obturandas, ingeratur. Sit pulvis albissimus, humorem ex aëre avide attrahens.

Calcium chloratum crystallisatum.

$CaCl+6HO$. Calcium chloratum officinale.

Rp. Solutionis Calcii chlorati aquosae q. v.

Evaporet igne fortiore, donec massa liquida usque ad 128—129° C. calefacta est. Tum eam ab igne remove, atque ad 90° C. refrigeratam tamdiu agita, donec in pulverem crystallinum abierit. Statim in lagenis obturatis serva.

Calcium chloratum fusum.

$CaCl$.

Rp. Solutionis Calcii chlorati q. v.

In lebete ferreo, modico calore, dum agitatur, exsiccata igne fortiore liquefiat atque per horae quadrantem circiter candefiat, ut omnis humor diffugiat. Massam in mortarium ferreum effusam, tum refrigeratam in pulverem grossiusculum redige et statim in lagenas calefactas ingere, quas bene obtura.

Calcium chloratum crudum fusum.

Paretur uti Calcium chloratum fusum solvendo

Calcariam hydricam

in

Acido muriatico cr. diluto,

ita tamen, ut pars Calcariae ultima addita non soluta remaneat. Liquor filtratus tum addendo

Acidi muriatici crudi q. s.

plane neutralisetur etc.

Calcium jodatum.

CaJ.

Paretur eodem modo quo Baryum jodatum, nisi quod sumantur

Calcariae sulphurosae *P.* 40,
Aquae tepidae *P.* 150,
Jodi *P.* 63,
Calcariae carbonicae *P.* 25.

Calcium jodatum liquidum.

℞p. Kalii jodati *P.* 17,
Calcii chlorati cryst. *P.* 11,
Aquae destill. *P.* 119.

In lagenam immissae agitentur. Partes 10 miscelae continent partem unam Calcii jodati (CaJ).

Calcium sulphuratum.

$3CaS+CaO,SO^3$. Calcaria sulphurata. Hepar Sulphuris calcareum.

℞p. Calcariae ustae albissimae subt. pulv. *P.* 10,
Sulphuris depurati *P.* 8.

Optime mixtae in crucibulum Hassiacum ingerantur, ad marginem usque inter levem quassationem replendum. Crucibulum tunc operculo figulino, luti argillacei ope, tegatur, et in furno anemio (Windofen) collocatum, carbonibus e ligno non incensis circumdetur. Tum stratum carbonum ardentium supra impone, ita ut ignis carbones a summo ad fundum versus lente corripiat. Crucibulum denique per horam dimidiam excandeat, dein ad refrigerationem usque stet intactum. Operculo caute demto, massa e flavescente rubella exempta terendo in pulverem redigatur, et in lagenis bene obturandis servetur. Sit pulvis e griseo flavescens vel rubello-albidus, acido affuso gas hydrosulphuratum largissime exhibens.

Calcium sulphuratum purum.

CaS.

℞p. Calcariae sulphuricae nativae (Gypsi) pulv. *P.* 8,
Fuliginis e taeda *P.* 2.

Mixtae comprimendo in crucibulum Hassiacum, quod operculo tegendum est, ingerantur. Tum incandescant, donec pulverem fere album praebeant, quem adhuc calidum in lagenulas vitreas immitte, probe dein obturandas. Sit pulvis, qui affusa aqua carbonis particulas non demittat. *Ph. Belg.*

℞p. Calcariae sulphuricae nativae q. v.

Inter carbones leviter ignitum, tum refrigeratum in pulverem subtilissimum conteratur.

Hujus pulveris *P.* 8,
Carbonis ligni praeparati *P.* 2,
Farinae secalis *P.* 1,

bene commixtae cum aquae sufficiente quantitate subigantur, ut pastam efficiant spissam, ex qua formentur cylindri (magdaleones), qui bene siccati alternatim cum carbonibus in fornace sternantur et ad plenam ignitionem redigantur. Tum spiraculis fornacis occlusis, prunae cinere contextae refrigerentur, posteaque cylindri exempti et a cinere adhaerente mundati in pulverem redigantur. Serva in lagenis bene obturatis. *Ph. Fenn.*

Calcium sulphuratum.

(Ad usum technicum.)

$4CaS+CaO,S^2O^2+CaS^5+CaO$.

℞p. Calcariae hydric. *P.* 30,
Sulphuris sublimati *P.* 11.

Mixtis et in lebetem ferreum ingestis affunde

Aquae *P.* 50.

Tum inter agitationem coquantur, donec portiuncula exempta in metallum frigidum demissa ad massam solidam concrescat. Dein effunde in laminam ferream et massam semirefrigeratam in frustula diffractam in vitris bene obturatis serva.

Calcium sulphuratum liquidum.

Sulphuretum Calcii liquidum.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 4,
Florum Sulphuris *P.* 5,
Aquae *P.* 25.

In sartaginem fictilem immissae coquantur, aquam evaporatione absumptam restituendo. Operculo imposito, seponatur sartago per unam noctem et, crastino die, liquor innatans ope siphonis vitrei in lagenam transducatur, tunc aqua, si opus est, diluatur, ut sit pond. spec 1,116. Serva in lagenulis obturatis plane repletis. *Ph. Belg.*

Calcium sulphhydratum.

CaS,HS+xAq. Calcaria hydrosulphurata. Calcium sulphuratum hydraticum. Massa depilatoria (Martinsii). Enthaarungsmittel.

Rp. Calcariae ustae rec. *P.* 30.
Consperge
Aquae calidae *P.* 12—14,
ut Calcaria in pulverem fatiscat, quem deinde addendo
Aquae frigidae p. 60 vel q. s.
ad pultem tenuiorem redige. In hanc pultem, subinde agitandam, ope tubi vitrei amplioris curvati, sub divo conduc
Gas hydrothionicum
(e Ferri sulphurati circiter *P.* 90 et Acidi sulphurici diluti *P.* 600 lenissimo calore evolutum), donec puls hoc gase plane saturata sit et colorem e coeruleo cinereum induerit. Pultem obtentam loco obscuro et frigido in lagenis repletis, bene obturatis, asserva.

Usus. Puls crassa lineas duas cuti crinitae illita per horae quadrantem maneat, deinde spongiae ope humectatae abluatur.

Candelae fumales.

Rp. Ligni Santalini rubri (aut Carbonis vegetab.) *P.* 40,
Styracis Calamitae,
Benzoës,
Olibani āā *P* 30,
Cort. Cascarillae *P.* 80,
Ambrae *P.* 1,
Caryophyllorum,
Cassiae cinnamomeae,
Kali nitrici āā *P.* 15.
Pulveratae bene misceantur. Tum adde
Olei Cassiae,
— Caryophyllorum,
— Pelargonii āā *P.* 1,
— Lavandulae *P.* 6,
— Camphorae *P.* 1/2,
Balsami Peruviani *P.* 5,
Mucilaginis Tragacanthae q. s.

Fiat massa, ex qua formentur candelae, quae lenissimo calore exsiccentur. Exsiccatae tum Mixturae odoriferae moschatae tanto, q. s. conspergantur.

II.

Rp. Ligni Santalini rubri, (aut Carbonis vegetab.) *P.* 48,
Styracis liquidi *P.* 12,
Benzoës *P.* 18,
Olibani *P.* 4,
Succini *P.* 1,
Cort. Cascarillae *P.* 16,
Flor. Lavandulae *P.* 18,
Terebinthinae Venet. *P.* 2,
Kali nitrici *P.* 8,
Mucilaginis Tragacanthae q. s

Pulveratae misceantur, ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quae siccatae Mixtura odorifera conspergantur.

Candelae medicinales.

Candelae Benzoës.

Rp. Benzoës *P.* 6,
Rd. Althaeae pulv. *P.* 7,
Kali nitrici *P.* 4,
Aquae q. s.

M. etc. Singulae candelae contineant Grammata 3 (45—50 Gran) Benzoës.

Candelae Camphorae.

Rp. Camphorae titrae *P.* 6,
Kali nitrici *P.* 3,
Rd. Althaeae pulv. *P.* 5,
Aquae q. s.

M. Singulae candelae contineant Grammata 3 (45—50 Grane) Camphorae.

Candelae Cinnabaris.

Rp. Rd. Althaeae,
Kali nitrici āā *P.* 2,

Cinnabaris *P.* 1,
Aquae q. s.

M. ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quarum singulae contineant 2 Grammata (½ Drachm.) Cinnabaris. Siccentur loco tepido.

Candelae jodatae

Rp. Jodi *P.* 5,
Rd. Althaeae pulv. *P.* 40,
Kali nitrici *P.* 35,
Spirit. Vini et Aquae q s.

M. ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quarum singulae contineant 5 Decigrammata (8 Grana) Jodi. Siccentur loco tepido.

Candelae Opii.

Rp. Rd. Althaeae pulv.,
Kali nitrici āā *P.* 80,
Opii pulv. *P.* 5,
Aquae q. s.

M. etc. Singulae candelae contineant Centigrammata 25 (4 Grana) Opii.

Candelae Picis liquidae.

Rp. Picis liquidae *P.* 30,
Rd. Althaeae pulv.,
Kali nitrici āā *P.* 35.

M. etc. Singulae candelae contineant Grammata 3 (45—50 Gran) Picis.

Candelae Stramonii.

Rp. Herbae Stramonii pulv.,
Kali nitrici āā *P.* 4,
Rad. Althaeae pulv. *P.* 1,
Aquae q. s.

M ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quarum singulae contineant Grammata 4 (1 Drachm.) Herbae Stramonii. Siccentur loco tepido.

Candelae Digitalis, Belladonnae aequali modo parentur.

Candelae Turionum Pini.

Rp. Turionum Pini *P.* 3,
Lycopodii *P.* 2,
Kali nitrici *P.* 3,
Aquae q. s.

M. etc. Singulae cand. cont. Grammata 3 (45—50 Grana) Turionum.

Cantharidina.

$C^{10}H^{6}O^{4}$. Cantharidinum.

Rp. Cantharidum grosse pulv. *P.* 100.

Affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 300.

Digere calore 30—40° Cels. thermometri per diem unum et ope preli exprime. Residuum in infundibulum deturbatorium ingere atque affundendo

Spiritus V. rectfss. q. s.

extrahe, donec liquor fere decolor defluat. Tincturae commixtae, Spiritu Vini destillando separato, calore balnei aquae evaporent. Residuum inde obtentum abluendo Carboneo sulphurato ab oleo pingui liberatum in

Spiritus Vini alcoholisati

quam minima quantitate calore adhibito solvatur et liquor seponendo in crystallula redigatur. Crystallula denuo paulo Carbonei sulphurati abluta in

Spiritus Vini absoluti

quam minima quantitate calore adhibito solvantur et seponendo in crystallula cogantur. Eff. 0,5 *P.*

Rp. Cantharidum pulv. q. v.

Immissum in apparatum extractorium (ad aethereolaturas parandas) extrahatur ope

Aetheris

quantitatis sufficientis. Liquor collectus, Aethere destillando elicito, calore modico inspissatus, affundendo

Carbonei sulphurati q s.,

macerando decanthandoque tamdiu tractetur, quamdiu materiae oleosae aliquid solvitur. Residuum, admixto paulo Carbonis animalis, loco tepido siccatum contritumque ope

Spiritus Vini rectfss.

quantitatis sufficientis extrahatur. Solutio alcoholica Cantharidinae hoc modo obtenta, si opus fuerit, filtrata modico calore, Spiritu Vini destillando magna ex parte elicito, loco tepido ad siccum redigatur. Residuum, fortasse paulo materiae pinguis inquinatum, Carboneo sulphurato abluatur, tum denuo siccatum in

Spiritus Vini absoluti

quantitate quam minima, calore adhibito, solvatur et evaporatione spontanea in crystalla cogatur.

Capsulae antiphthisicae Werlii.

℞p. Acetoni *P.* 1,
Olei Jec. Aselli *P.* 9.

Commixtae in capsulas e gelatina confectas infundantur.

Capsularum massa.

Capsules.

℞p. Gelatinae albae *P.* 24,
Mucilaginis Gummi Arab. concentratae *P.* 12,
Syrupi Sacchari *P.* 8,
Aquae *P.* 48 s. q.

M. et solve l. a.

℞p. Gelatinae albae *P.* 2 ad 3,
Gummi Arabici *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 1,
Mellis despumati *P.* 1,
Aquae q. s. (*P.* 10—13).

Misce et solve l. a.

Carbo animalis depuratus.

℞p Eboris usti optimi *P.* 6,
Aquae fervidae *P.* 18

In ollam amplam immissis et agitatis sensim admisce

Acidi muriatici crudi *P.* 2.

Digere per diem unum saepius agitando, tum massam carboneam in filtro collige et Aqua destillata tamdiu elue, donec liquor defluens chartam exploratoriam caeruleam non amplius mutet. Massa carbonea aut adhuc humida in usum sumatur, aut siccata in lagenis obturatis servetur.

Carbo animalis e Sanguine paratus.

Blutlaugenkohle.

(Ad us. technic. et chemicum.)

℞p. Sanguinis recentis *P.* 8,
Kali carbonici dep. *P.* 1.

Mixtae in sartagine ferrea ad siccum evaporent. Massam residuam ure in crucibulo clauso, cujus operculum foramine parvo instructum sit, donec fumus penitus exire desinat. Carbonem remanentem, in pulverem subtiliorem redactum, primum Aqua destill. fervida, postea Aqua destill., cui Acidum hydrochloricum purum admixtum est, optime edulcora. Tandem pulvis Aqua destill. optime elotus leni calore quam celerrime exsiccetur, in crucibulo bene tecto leniter excandescat et refrigeratus in lagenis vitreis obturatis servetur.

Carbo Carnis.

Carbo animalis ad usum internum (Weissii).

(Medicamentum.)

℞p. Carnis vitulinae a pinguedine liberatae, cum tertia fere parte ossiculorum, q. v.

In frustula dissectum in vase idoneo, leviter tecto, modico calore torreatur, quamdiu vapores, admota flamma ignem concipientes, extricantur. Residuum in pulverem redigatur et in lagenulis obturatis servetur. *(Ph. Hb., Hann.)*

Carbo Panis.

Paretur aequali modo, quo Carbo Populi, e pane secalino siccato.

Carbo Populi s. **Belloci.**

℞p. Ramulos juniores Populorum (Amentacear. familiae).

Minutim concisi et siccati in ollam ferream ingerantur et comprimantur. Olla leviter tecta, modico igne torreantur, quamdiu vapores densiores extricantur. Residuum refrigeratum in pulverem redigatur et in lagena vitrea clausa asservetur.

Carbo Spongiae.

Spongiae ustae.

℞p Spongias marinas.

Mundatae a lapidibus et in frustula concisae in crucibulo leviter tecto tamdiu urantur, quamdiu fumus densus inde prodit. Crucibulo refrigerato massam carboneam in pulverem redige. Serva in vitris clausis.

Carbo Spongiae factitius.

℞p. Natrii chlorati *P.* 5,
Ferri oxydati fusci,
Kalii jodati āā *P.* 10,
Concharum praep. *P.* 30,
Carbonis vegetabilis *P.* 40.

M. f. pulvis subtilior.

Carboneum perchloratum sulphurosum.

$C^2Cl^4S^2O^4$. Carboneum hyperchloratum sulphurosum. Chloruretum trichloromethylosulphurosum. Chloridum Methylii terchlorati sulphurosum. Schwefligsaures Kohlensuperchlorid.

Retorta ampla (circiter ad *P.* 800 aquae voluminis capax) ad dimidium

Mangano hyperoxydato nativo in frustulis parvis et
Acido hydrochlorico crudo

repleatur et, affusis quam celerrime

Carbonei sulphurati *P.* 5,

seponatur loco frigido per quinque dies, dein loco tepido (30° C.) per quatuor dies. Tum affunde

Acidi nitrici crudi *P.* 10,

et denuo loco tepido sepone, interdum leniter agitando per aliquot dies.

Retorta inter has operationes, apice colli elevato, sit cum excipulo parvo tubi ope vitrei curvati conjuncta et orificium tubuli retortae laxe obturatum. Quod forte in excipulum transierit, in retortam refundatur.

Loco excipuli tubique curvati cucurbita adaptata, fiat destillatio ex balneo arenae fere ad siccum, cucurbitam bene refrigerando. Massam albam crystallinam, in collo retortae et in cucurbita accubantem colando collige, aqua frigidiore ablue et inter strages chartae bibulae premendo desiccatam in vitro obturato serva. Eff. *P.* 8—9.

In retortam ope tubi curvati cum excipulo conjunctam et apice colli elevato, quem admodum praecepto praecedente notavi, injice

Kali bichromici *P.* 10,
Aquae calidae *P* 60,

ita ut retorta ad trientem capacitatis suae repleta sit. Retorta ad calorem circiter 50° C. calefacta, infunde quinta vel sexta quaque hora

Acidum hydrochloricum crudum

una cum parvis quantitatibus

Carbonei sulphurati,

quae operatio saepius repetatur, donec Carbonei sulphurati *P.* 4 et Acidi hydrochlorici circiter 25 *P.* consumptae fuerint. Liquor, qui in excipulum interea transierit, in retortam semper refundatur. Tandem post refrigerationem perfectam massam crystallinam albam, quae in retorta reperitur, colando eluendoque aqua frigida separa, inter chartae strages bibulae premendo desicca et serva. Eff. *P.* 6—7.

Sit massa alba crystallina, solubilis in Spiritu Vini, Aethere, Carboneo sulphurato, insolubilis in aqua acidisque, calore 135° liquescens, 170° fervens, odoris oculos naresque irritantis, in vasis clausis calefacta sublimatum praebens.

Carboneum sesquichloratum.

C^2Cl^3. Carboneum trichloratum. Trichloretum Carbonei.

Rp. Elayli chlorati (Olei Chemicorum Batavorum s. Hollandicorum) *P.* 10,
Aquae destillatae *P.* 2.

Immitte haec liquida in cucurbitam vitream albam eamque amplissimam, cui embolus subereus, duobus tubis vitreis munitus, imponatur. In hanc lagenam in loco radiis solis exposito collocatam atque ad 60—80° C. calefactam ope tubi vitrei longioris, ad fundum lagenae fere descendentis,

Gas Chlori

inducatur. Per tubum alterum interdum

Aquae destillatae

minores quantitates affundantur, ut Gas hydrochloratum enatum absorbeant. Inductionem Gasis Chlori sensim continua, donec hoc non amplius mutetur. Tum crystalla exorta colando collecta et aqua abluta inter chartam bibulam premantur. Deinde his in Spiritus Vini rectfss. quantitate parva solutis adde quantitatem suffic. Aquae, cujus partibus centenis partes singulae (*P.* 1) Kali caustici sicci admixtae sint, ut Carboneum sesquichloratum praecipitetur. Praecipitatum aqua ablutum et premendo inter chartam bibulam siccatum in lagenulis serva. Effic. circiter *P.* 25. Processus chemic. C^4H^4Cl et 9Cl praebent C^4Cl^6 et 4HCl.)

Sint crystallula pellucentia prismatica aut tabularia, coloris expertia, odoris camphoracei, saporis tenuis, in Spiritu Vini, Aethere et Oleis, non item in Aqua solubilia. Pond. spec. 2,000.

Cardoleum.

(Vesicans.) Cardol.

Rp. Anacardiorum Occidentalium *P.* 1.

Contusae affunde

Spiritus Vini absoluti,
Aetheris āā *P.* 2.

Macera per aliquot dies et saepius agita. Liquore decanthato, iterum affunde

Spiritus Vini rectfss.,
Aetheris āā *P.* 1.

Post macerationem exprime. Liquores commixti colati, Aethere destillatione elicito, ad spissitudinem extracti mollioris evaporent.

Carthamina.

Carthaminum. $C^{28}H^{16}O^{4}$.

Rp. Florum Carthami tinctorii concisorum q. v.

Macera per diem unum in

Aquae frigidae

quantitate sufficiente, ut pigmentum flavum exhauriatur. Tum preli ope exprime. Residuo affunde solutionis

Natri carbonici cryst in
Aquae destillatae 5plo

eam quantitatem, ut fiat puls. Quinque horis praeterlapsis exprime. Colaturae admisce

Aceti concentrati

quantum requiritur, ut reactio alcalina adhuc paulum superet. Immerge

Telae gossypinae q. s.

Quo facto sensim guttatimque instilla, interdum agitando

Acetum concentratum,

donec liquor acidulus factus sit. Post 36 horas telam exemptam aqua frigida ablue et, solutione diluta

Natri carbonici

affusa, macera per semihoram. Liquori tunc expresso adde

Acidi citrici soluti

tantum, ut liquor reactionem acidam reddat. Dein sepone, sedimentum inde exortum in filtro collige, aqua ablue, et solve in

Spirit. V. alcoholisati q. s.

Solutio spirituosa in congestore vaporario vel apparatu pneumatico (Vacuo sic dicto) ad siccum redigatur. Massa sicca residua conteratur et aqua abluatur, tandem siccetur.

Sit pulvis e rubro fuscus, in Spiritu Vini calore purpureo solubilis.

Cataplasma aluminatum.

Rp. Aluminis pulverati *P.* 1,
Albuminis ovi *P.* 60.

Misce. Ad decubitum.

Ph. Dubl. Alum. Dr. 1, Albumin. ovor. 2, Spir. camphorati gutt. 10.

Cataplasma anodynum.

Rp. Capitum Papaveris *P.* 30,
Herbae Hyoscyami *P.* 60.

Grosse pulveratis affunde

Aquae fervidae *P.* 720.

Tum adde

Specierum emollient. *P.* 120

vel q. s., ut spissitudo cataplasmatis efficiatur.

Cataplasma antarthriticum Troussavii.

Rp. Micae Panis *P.* 144,
Aquae *P.* 48.

Digere per aliquot horas, tum adde

Spiritus camphorati *P.* 16,
Camphorae tritae,
Extracti Belladonnae āā *P.* 2,
Extracti Opii *P.* 1,
Spirit. V. rectif. q. s.,

ut fiat massa mollis.

Cataplasma Belladonnae.

Rp. Spec. ad Cataplasma *P.* 12,
Lactis vaccini q. s.

Coquendo fiat puls, cui admisceatur

Folior. Belladonn. pulv. *P.* 1.

Cataplasma Carbonis.

Rp. Spec. ad Cataplasma,
Carbonis pulv. āā *P.*
Olei Terebinth. parvam quantitatem.
Aquae fervidae q. s.

Misce. *Ph. Ross.*

Ph. Lond. Panis 16, Aq. 80, Sem. Lini 9, Carb. 3.

Cataplasma Carotae compositum.

℞p. Rad. Carotae rec. trit. *P.* 12,
Herb. Conii pulv. *P.* 1,
Opii pulv. *P.* $^1/_{48}$.
Misce. *Ph. Ross.*

Cataplasma Conii.

℞p. Herbae Conii *P.* 1,
Placent. Lini *P.* 3.
Grosse pulveratas permisce cum
Aquae fervidae *P.* 10.
Ph. Brit.

Cataplasma Fermenti.

℞p. Fermenti Cerevisiae *P.* 6*v*,
Farinae secalinae *P.* 14,
Aquae tepidae *P.* 6*v*.
Mixtae stent loco calido, ut fermentando intumescant. *Ph. Brit.*

Cataplasma Lini

Ph. Brit.

℞p. Sem. Lini pulv. *P.* 8,
Olei Olivarum *P.* 1*v*,
Aquae fervidae *P.* 20*v*.
M.

Cataplasma Pradieri.

℞p. Balsami de Mecca *P.* 6,
Corticis Chinae rubrae,
Radicis Sarsaparillae,
Herbae Salviae, āā *P.* 8,
Croci *P.* 4,
Spiritus V. rectf. *P.* 288.

Balsamum in Spiritus V. parte tertia solvatur, in residuo species per 48 horas digerantur. Tincturae filtratae, tum commixtae usui reserventur.

Usus. Diluatur liquor hic cum 2—3 *P.* Aquae Calcariae ustae et bene agitetur, qua mixtione Cataplasma fervidum ex semine Lini paratum humectetur.

Cataplasma Sodae chlorinatae.

℞p. Aquae fervidae *P.* 11*v*,
Sem. Lini pulv. *P.* 4.
Mixtis et refrigeratis adde
Liq. Natri chlorati *P.* 2*v*.
Ph. Brit.

Catechu Bononiense.

Cachou de Bologne. Pastilles pour les fumeurs.

℞p. Extracti Liquiritiae,
Aquae destillatae āā *P.* 15,
Catechu pulv. *P.* 30,
Gummi Arab. pulv. *P.* 15.

Mixtis et calore balnei vaporis evaporando ad extracti spissitudinem redactis, adhuc calidis, adde miscelam subtilissime pulveratam, paratam e

Radicis Iridis Florent.,
Corticis Cascarillae,
Carbonis vegetabilis praep.,
Mastiches āā *P.* 2.

Massae semirefrigeratae exacte admisce

Olei Menth. pip. Angl. *P.* 2,
Tincturae Ambrae,
Tincturae Moschi āā *P.* $^1/_5$.

Dein massam aequabilem supra laminam marmoream, oleo parce unctam, ope cylindri lignei, ad tabulas planas, (crassitie $\frac{1}{2}$ lineae) redige, quae plane refrigeratae, oleo adhaerente charta bibula absterso aquae paulo humectentur et Argento foliato obducantur. Hae tabulae tunc in minutas pastillas, tabulas vel bracteas rhombeas, ope cultri, redigantur, dein plane siccentur. Serva.

Catechu granulatum

s. in granis. *Grains de cachou.*

℞p. Catechu pulv. *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 25,
Elaeosacchari Rosarum
(vel Sacchar. vanillat.) *P.* 2,
Mucilag. Tragacanth. q. s.

Misceantur, ut fiat massa, quae in granula redigatur. (Granulatio massae manibus fricantibus efficitur).

Cathartina.

℞p. Foliorum Sennae *P.* 10.
Minutim concisa folia digere in
Spiritus V. rectfss. *P.* 60.

Colatura exprimendo collecta, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, calore balnei aquae ad spissitudinem ex-

tracti mollis evaporet. Massae spissae residuae, solutae in

Aquae destill. *P.* 10,

instilla solutionem aquosam

Plumbi acetici cryst.,

quamdiu inde praecipitatum exoritur. Tum filtra, praecipitatum in filtro Aqua dest. eluendo. In liquorem filtratum

Acidum hydrosulphuricum

tamdiu introducatur, donec portiuncula liquoris filtrata a Plumbo perfecte libera reperiatur. Denuo filtra et liquorem limpidum calore balnei aquae ad siccum redige. Massam siccam contritam, cum Carbone animali commixtam, digere per aliquot horas in

Spiritus V. absoluti *P.* 1,

tum filtra, filtrum Spiritu absoluto eluendo, et liquorem filtratum calore balnei aquae ad siccum evapora. Sit massa e flavo fusca.

Causticum cosmeticum Pollavii.

℞p. Kali caustici fusi,
Saponis medicati āā *P.* 1.

Pulveratae commisceantur cum

Calcariae ustae *P.* 8,

quae antea superfusis

Aquae calidae *P.* 2

fatiscendo in pulverem redactae sunt. Serva in vitris optime obturatis.

Causticum cum Gutta-Percha.

Caustique à la Gutta percha.

℞p. Zinci chlorati vel Kali caust.,
Guttae Perchae āā *P.*

Calefaciendo colliquentur et in bacilla redigantur.

Causticum Klugii.

℞p. Calcariae hydricae *P.* 8,
Kali caustici sicci,
Saponis medicati āā *P.* 1.

Misce.

Causticum odontalgicum Calvyi.

℞p. Acidi nitrici puri,
Aquae destill. āā *P.* 40,
Morphini acetici *P.* 1.

M. D. Pulvillus gossipinus gutta liquoris madefactus denti carioso impressus nervum reddit hebetem.

Causticum Viennense fusum.

Lapis causticus cum Calce. Kali cum Calce. Lapis causticus Sigmundi. Causticum Viennense Filhosii. Pulvis Potassae et Calcis. *Poudre ou Pâte de Vienne.*

℞p. Kali caustici sicci *P.* 2,
Calcariae ust. tritae *P.* 1.

Mixtas in vase ferreo liqua et statim in modulum ferreum bacillarium calefactum effunde. Bacilla effecta foliis plumbeis obducenda atque in vasis exsiccatis et bene obturatis asservanda sunt.

Ph. Belg. Mixtio e Kali caust. fusi 5 et Calcar. 6.

Cauterium potentiale mitius *Ph. Bav.*

℞p. Kali caustici fusi,
Calcariae ustae āā *P.*

Conterendo mixtis adde

Aquae calidae

eam quantitatem, ut fiat massa mollis. Serva in vitris obturatis.

Ph. Wrtb. K. caust. 6 in Aq. calid. 10 solut. commisc. cum Opii pulv. 2, Calc. 5.

Cera nigra dura.

Ceratum nigrum. Schwarz-Wachs.

℞p. Cerae flavae *P.* 33,
Lithargyri praep., per cribrum trajecti *P.* 3.

In lebetem cupreum ingestae conquantur inter perpetuam agitationem, donec colorem fuscum induerint. Tum addatur paulatim

Fuliginis e taeda ustae et bene tritae *P.* 1.

Massa agitetur, tum in cistulas e lamina alba confectas effundatur.

℞p. Cerae flavae *P.* 20,
Terebinthinae *P.* 5,
Hydrarg. sulph. nigri *P.* 2.

Liquando agitandoque mixtas usque ad lenem ebullitionem calefac et semirefrigeratas agitatasque in capsulas ferreas effunde.

Cera politoria.

Ceratura ad supellectilem, tabulas ligneas etc. Politurwachs für hölzerne Geräthschaften, Fußböden ꝛc. Politurwachs.

Rp. Cerae flavae *P.* 4,
Colophonii *P.* 1.
Liquatis semirefrigeratisque admisce
Olei Terebinthin. *P.* 1—2.

Tum agita, dum massa refrigerat. Si vis huic miscelae colorem dare, adde Terram de Siena, Umbram etc.

Usus. Hac cera lignum unguitur, quod post aliquod tempus fricando poliendum est.

Rp. Stearini (Acidi stearinici) *P.* 10,
Cerae albae *P.* 1.
Liquatis admisce
Olei Terebinthin. *P.* 15—17.
Coloris, qui placet, q. s.

Ceratum Aeruginis s. viride.

Emplastrum Aeruginis. Cera viridis. Grünes Wachs.

Rp. Cerae flavae *P.* 12,
Resinae Pini *P.* 6.
Liquatis admisce
Terebinthinae comm. *P.* 4,
Aeruginis subt. pulv. *P.* 1.

Effunde mixtionem semirefrigeratam in capsulas e lamina alba confectas, quae antea charta humectata extersae sunt. *(Ph. Bor. vet., Hann., Hass.)*

Ceratum cum Aqua.

Ceratum Galeni.

Rp. Cerati simpl. *P.* 5,
Olei Amygdal *P.* 2,
Aquae Rosarum *P.* 3.
Leni calore commisceantur. *Ph. Belg*

Ceratum arboreum.

Baumwachs.

Rp. Cerae flavae *P.* 8,
Resinae Pini *P.* 9,
Sevi ovilli *P.* 2,
Terebinthinae comm. *P.* 9.
Liquatis inter agitationem admisce
Rad. Curcumae sbt. pulv.,
Aquae āā *P.* 1.

Massa inter agitandum refrigerata ope aquae in magdaleones malaxatur.

Ceratum ad Barbam.

Cera ad barbam. Bartwachs.

Rp. Fuliginis e taeda ust. *P.* 1,
Ochrae fuscae praep. *P.* 8.

Optime conterendo mixtae commisceantur inter assiduam agitationem cum mixtione calida, e
Cerae flavae *P.* 40,
Adipis suilli *P.* 30,
Olei Bergamott. *P.* 1
liquando parata. Tum forma bacilla, circiter crassitie digiti, quae stanno foliato involvas.

Rp. Cerae albae *P.* 90,
Olei Amygdal. *P.* 30.
Colliquatis admisce
Saponis Veneti,
Gummi Arab. āā *P.* 90,
Aquae Rosar. *P.* 150 vel q. s.
Olei Rosarum,
— Citri āā *P.* 2,
ut fiat massa, ex qua formentur bacilla.

Ceratum ad Barbam fuscum.

Paretur ut Ceratum ad Barbam, nisi quod
Fuliginis ustae subtilissime contritae *P.* $^1/_6$—$^1/_4$
adhuc immiscetur.

Ceratum ad Barbam Hungaricum.

Pasta s. Pomatum ad Barbam Hungaricum. Ungarische Bartwichse.

Rp. Cerae albae *P.* 30.
Liquatis admisce l. a.
Saponis medicati pulv.
Mucilaginis G. Arabici (e 1 G. et 2 Aq.) āā *P.* 20,
Aquae Rosar. fervid. *P.* 60,
Olei Bergamottae *P.* 1,
— Rosarum *P.* $^1/_5$,
ut fiat linimentum densius. Serva in vitris.

Rp. Saponis medicati,
Cerae flavae āā *P.* 8,
Aquae Rosarum *P.* 12,

Mucilaginis G. Arabici (ex 1 G. et 2 Aq) *P.* 20,
Olei Rosarum *P.* $^1/_8$.
M. l. a., ut supra notatum est.

Rp. Cerae albae *P.* 2,
Sapon. Venet. *P.* 3,
Aquae Rosar. *P.* 6,
Gummi Arab. *P.* 1—1 $^1/_2$,
Olei Rosarum *P.* $^1/_{40}$.
M. etc.
Signetur:

Nouvelle
Pâte Henri IV.
pour fixer les
MOUSTACHES
par VIOLET
PARFUMEUR
à PARIS.

Ceratum Calaminae
s. epuloticum (Turneri).
Narbencerat.

Rp. Lapidis calaminaris,
Cerae flavae āā *P.* 6,
Olei Olivarum *P.* 12.
M. l. a., ut fiat ceratum

Ceratum Cantharidum.

Rp. Cantharid. sbt. pulv. *P.* 1,
Cerat. Cetacei *P.* 6.
M. l. a. *Ph. Lond.*

Ceratum Cetacei album.
Emplastrum Spermatis Ceti.

Rp. Cerae albae,
Cetacei, āā *P.* 4,
Adipis suilli albi *P.* 7.

Liquefactas semirefrigeratasque in capsulas chartaceas effunde.

Ph. Bor. Cerae alb., Cetac., Ol. Amygd. āā.

Ph Hann. Cerae alb., Sebi ovill. āā 6, Cetac. 3.

Ph. Hass. Cerae alb. 5, Cetac. 2, Ol. Provinc. 10.

Ceratum commune.

Paretur ex Oleo Olivarum et Cera flava uti Ceratum simplex. *Ph. Belg.*

Ceratum glutinans galeros.
Cérat aux perruques. Perrückenklebwachs.

Rp. Emplastri Plumbi simplicis, aqua eluendo a Glycerino liberati *P.* 4,
Cerati Resinae Burg. *P.* 6,
Amyli triti *P.* 1.

Leni calore liquando agitandoque misceantur.

Ceratum Hydrargyri comp.
Scott's Dressing.

Rp. Ungt. Hydrargyri fort.,
Cerat. Sapon. comp. āā *P.* 12,
Camphorae *P.* 3.
M. conterendo. *Ph. Lond.*

Ceratum labiale.
Ceratum Cetacei rubrum. *Pommade pour les lèvres.* Lippenpomade.

Rp. Adipis suilli *P.* 16,
Olei Cacao *P.* 24,
Cetacei *P.* 8,
Cerae flavae *P.* 3,
Corticis radicis Alcannae *P.* $^1/_2$—1.

Liquatae leni calore digerantur per horae quadrantem, dein colaturae admisce
Olei Citri cort.,
— Bergamott. āā *P.* $^1/_6$,
— Amygdalar. aeth. $^1/_{15}$.

Massam in capsulas e lamina alba confectas, antea charta humectata extersas, effunde.

Ceratum labiale flavum.

Paretur pari modo atque Ceratum labiale, nisi quod loco Corticis rad. Alcannae Radix Curcumae sumatur.

Ceratum Mellis.
Honigpflaster.

Rp. Empl. Plumbi comp.,
Cerae flavae āā *P.* 3.
Colliquatae commisceantur cum
Mellis depur. *P.* 3.

Ceratum odontalgicum.

Bacilla ad Dentes. Zahnwachs.

Rp. Cerae flavae P. 120,
Terebinth. Venet. P. 40.
Leni calore colliquatis admisce
Mastiches sbt. pulv.,
Sanguinis Draconis sbt. plv.
aa P. 40,
Opii pulv. P. 5,
Olei Caryophyllor. P. 15.
M. Fiant bacilla crassitudinis calami scriptorii, charta cerata involvenda.

Ceratum Plumbi comp.

Goulard's Cerate.

Rp. Ungt. Plumbi P. 240,
Camphorae P. 1.
M. l. a.

Ceratum Plumbi tabulatum.

Ceratum Saturni tabulatum.

Rp. Cerae albae P. 7,
Adipis suilli P. 16.
Calore colliquatis sensim admisce
Aceti plumbici,
Aquae Rosarum aa P. 5.
Massam semirefrigeratam effunde in cistas chartaceas. *Ph. Hann.*

Ceratum Resinae Pini

Burgundicae. Emplastrum sticticum s basilicum, s. Picis, s citrinum, s. resinosum. Ceratum citrinum. *Emplâtre de poix ou de cire. Pitch Plaster.*

Rp. Cerae flavae P. 12,
Resinae Pini P. 6,
Terebinthinae communis,
Sebi ovilli aa P. 3.
Colliquatas in cistulas effunde, tum refrigeratas et dissectas serva. *Ph. Bor. vet.*

Ph. Bad., Dan., Norv. admiscent paulum Rad. Curcumae sbt. pulv.

Ph Fenn. Rd. Curcumae plv. 1, Ol. Oliv., Tereb. Venet. aa 8, Seb. 16, Resin. flav. 48. Colliquat. colentur.

Ceratum rubrum.

Cera rubra.

Paretur ut Ceratum Aeruginis, ita tamen, ut
Cinnabaris praep.,
Minii, aa P. 1
loco Aeruginis admisceas.

Ceratum Saponis (compositum).

Rp. Saponis domest. P. 10,
Cerae flavae P. 12½,
Olei Olivar. P. 20,
Lithargyri praep. P. 15,
Aceti crudi P. 160.
Coquendo ad consistentiam cerati redigantur. *Ph. Lond.*

Ceratum simplex (amygdalinum).

Rp. Cerae albae P. 1,
Olei Amygdal P. 3.
Liquatae mixtaeque agitentur, donec refrixerint. *Ph. Belg.*

Ceratura Militum.

Corio-Ceratum militare. Lederwichse. Militairlack.

Rp. Cerae nigrae durae P. 4.
Liquatis adde
Olei Terebinthinae P. 9.
Miscelam agita, dum refrigerescat. Serva in ollis clausis.

Cereoli jodati.

Rp. Gelatinae siccae,
Gummi Arab. aa P. 2,
Sacchari P. 1,
Aquae Rosar. P. 4.
Calore balnei vaporis colliquatis admisce
Kalii jodati P. 1.
Hoc liquore cereoli e Resina elastica vel Gutta Percha confecti l. a. obducantur.

Cereoli cum Opio.

Rp. Extracti Opii Centigr. 20,
Gummi Arab. Centigr. 300,
Syrupi simpl. Centigr. 125.
Solve extractum in Syrupo; adde Gummi et fiant inde Cereoli No. 4, decem Centimetra longi. Parentur ex tempore. *Ph. Belg.*

Eodem modo et eadem dosi parentur:

Cereoli cum Acido tannico.

Cereoli saturnini
s. plumbici s. mitigantes.
Bleibougies.

℞p. Cerae flavae *P.* 96,
Cetacei *P.* 3.

Liquatis paulatim admisce inter agitationem assiduam

Aceti plumbici *P.* 2.

Ab igne remotis immerge telas linteas tenues, e quibus l. a. fiant simplices cereoli superficie laevi et forma exacta. (Cf. Kommentar zu den Pharm. Nord-Deutschl. von Hager. Th. I. S. 800 u. 801).

Cereoli simplices
s. exploratorii.
Einfache *Bougies.*

℞p. Cerae flavae *P.* 6,
Olei Olivarum *P.* 1.

Liqua, et post lenem humidi evaporationem, probe cavendo, ne empyreuma acquirant, remove ab igne, et immergendo telas linteas tenues fiant ex illis cereoli uti supra.

Cerevisia Armoraciae.

℞p. Radicis recent. Cochleariae Armoraciae rasae *P.* 5,
Cerevis. domestic. *P.* 24.

Macera. Colaturae adde

Syrupi Sacchari *P.* 2.

Cerevisia amara.

℞p. Herb. Absinthii,
Rad. Gentianae āā *P,* 4,
Gemmar. Pini *P.* 10,
Cerevisiae *P.* 1000.

Post macerationem per triduum filtra.

℞p. Cerevisiae fortioris *P.* 1000,
Tincturae amarae *P.* 20,
Tinct. aromaticae *P.* 1.

M.

Cerevisia antiscorbutica.

℞p. Rad. Armorac. rec. rasae,
Spirit. Cochleariae,
Gemmar. Pini āā *P.* 20,
Cerevisiae recent. *P.* 1000.

Macera et filtra.

Cerevisia aromatica
s. stomachica.

℞p. Cerevis. Bavaricae *P.* 500,
Tinct. aromaticae P. 2,
— amarae *P.* 4,
Sacchari crystall. *P.* 10.

M. et solve.

Cerevisia Cochleariae.

℞p. Herbae Cochleariae officinalis, florent. recent. conc. *P.* 4,
Cerevisiae optimae *P.* 24.

Macera per 3 horas. Colatura exaequet *P.* 25.

Cerevisia Cochleariae
Plenkii.

℞p. Herbae Cochleariae officinalis, florent. recent. conc. *P.* 3,
Radicis Cochleariae Armoraciae recent. rasae *P.* 4,
Turionum Pini contus. *P.* 2,
Cerevisiae opt. *P.* 48.

Macera per diem unum. Tum cola exprimendo. Colatura exaequet *P.* 50.

Cerevisia ferrata.

℞p. Cerevisiae fuscae *P.* 500,
Ferro-Natri pyrophosphorici liquidi *P.* 1.

M.

Cerevisia Ferri carbonici.
Cerevisia martiata.

℞p. Cerevisiae *P.* 10,
Syrupi Ferri carbonici *P.* 1.

M., quoties usus poscit.

Cerevisia Zingiberis.
Ingwerbier.

℞p. Rad. Zingiberis conc. *P.* 3.

Affunde

Cerevisiae *P.* 120.

Digere per aliquot horas. Colaturae admisce

Syrupi Sacchari *P.* 12,
Spiritus V. rectfss. *P.* 4.

Miscela per diem unum seposita decanthetur.

Gingerbeer Anglorum.

Rp. Cerevis. Zingiberis *P.* 200,
Acidi citrici cryst. *P.* 1,
Elaeosacchari Citri *P.* 2.

Misce et fortiter conquassa. Tum sepone per 2 dies et decantha.

Ceromel.

Rp. Mellis crudi *P.* 4,
Cerae flavae *P.* 1.

Calore leni optime commisceantur.

Cetaceum saccharatum.

Cetaceum cum Saccharo. Cetaceum praeparatum.

Rp. Sacchari albi pulv. *P.* 3,
Cetacei albissimi *P.* 1.

In lebetem porcellaneum immissas leni calore calefac, donec Cetaceum liquatum sit. Massam, dum refrigerat, agita et per cribrum trajice.

Rp. Cetacei albissimi,
Sacchari albi āā *P.* 1.

In mortario inter adspergendum guttulas nonnullas Spiritus V alcoholisati conterendo in pulverem redige, quem, admixtis
Sacchari albi pulv. *P.* 2,
per cribrum trajice. Serva in ollis vitreis.

Charta adhaesiva.

Charta vegetabilis Indica. Ostindisches Pflanzenpapier.

Rp. Ichthyocollae conc. *P.* 10
(vel Gelatinae albae *P.* 12).

Solve macerando et digerendo in
Syrupi Sacchari *P.* 1 et
Aquae destill. *P.* 50

Colaturae admisce
Spirit. V. rectf. *P.* 30.

Hoc liquore tepido 1 a. saepius illinatur
Charta tenuior.

Denique Charta solutione Ichthyocollae dilutiore illinatur. Chartam plane siccatam in dorso tandem Collodio lentescenti obline et premendo laeviga.

Charta antasthmatica.

Papier antiasthmatique.

Rp. Folior. Belladonnae,
— Stramonii,
Folior. Digitalis,
— Salviae āā *P.* 5.

Concisis affunde
Aquae fervidae *P.* 1000.

In colatura solve
Kali nitrici *P.* 75.

Liquori refrigerato admisce
Tincturae Benzoës *P.* 40.

Liquori plagulae chartae coloris rosei. non glutinatae, per horas 24 immergantur. Dein charta ex liquore exempta siccetur et dissecetur in frusta rectangularia latitudinis 7 centimetrorum et longitudinis 10 centim. Centena frusta dentur ad scatulam.

Charta antirheumatica flava.

Charta antarthritica. Gichtpapier.

Rp. Resinae Pini *P.* 15,
Cerae flavae *P.* 5.

Leni calore liquatis paulatim admisce
Tinct. Cantharidum,
Tinct. Euphorbii āā *P.* 1.

Spiritu inter perpetuam agitationem evaporato, massam in capsulas e lamina alba confectas, spongia humectata tersas, effunde.

Hac massa refrigerata chartam scriptoriam tenuiorem (Postpapier) eadem ratione obducas, qua charta cerata parari solet.

Charta antirheumatica fusca.

Emplâtre du pauvre homme.

Similiter atque Charta antirheumatica flava ita paretur, ut loco Resinae Pini mixtionem e
Resinae Pini et
Picis navalis, āā *P.* 8
paratam adhibeas, vel miscelam hanc:

Rp. Cerae flavae,
Resinae Burgundicae,
Terebinth. Venet. āā *P.* 1,
Picis navalis *P.* 3.

Liquando commisceantur.

Ph. Hann. Picis naval., Cerae flav., Tereb. comm. ana.

Charta ad Cauterium.

Rp. Cerae flavae *P.* 384,
Cetacei,

Elemi āā *P.* 193,
Terebinth. Venet. *P.* 230.
Liquatae extendantur super chartulas. *Ph. Belg.*

Charta chemica.

Papier chimique.

℞p. Chartam ceratam valde tenuem,
quam tenuiter obline
Emplastro fusco.

Charta epispastica.

Papier épispastique (de Vée).

Tria genera hujus chartae adhibentur.

No. I.

℞p. Cantharidum *P.* 3,
Adipis suilli,
Cerae albae āā *P.* 15.

Ph. Belg. I. Canth. 78, Cerae flav. 433, Cetacei, Elemi āā 217, Tereb. Venet. 133. (Aq. q. s.)

No. II.

℞p. Cantharidum *P.* 1,
Adipis viridati *P.* 8
(vel Ungt. Solani nigri),
Cerae albae *P.* 2.

Ph. Belg. II. Paretur aequali modo uti I, nisi quod Canth. 90 sumantur.

No. III.

℞p. Cantharidum *P.* 3,
Adipis purpurati *P.* 16,
Cerae albae *P.* 4.

Cantharidibus grosse pulveratis admisce Adipem et Aquae fere quantitatem triplicem. Miscelam usque ad lenem ebullitionem calefac et inter continuam agitationem coquere perge per horam unam, tum ad refrigerandum sepone. Adeps supernatans tunc colligatur et liquatus coletur. Colatura, Cera admixta, leni igne ebulliat atque despumetur, tum seponatur, ut sedimentet et refrigescat. Hac massa cerata satietur
Charta bibula
valde tenuis, quae ope ferri politi cylindracei tepefacti laevigetur.

Nota. Loco Chartae interdum adhibent telam sericeam tenerrimam.

Charta epispastica *Ph. Gall.*

Tria genera hujus chartae adhibentur.

No. I.

℞p. Adipis cantharidati *P.* 500,
Adipis benzoinati *P.* 500,
Cerae albae *P.* 250,
Resinae Pini *P.* 15.
Misce colliquando.

No. II.

℞p. Adipis cantharidati *P.* 750,
Adipis benzoinati *P.* 250,
Cerae albae *P.* 250,
Resinae Pini *P.* 15.
M.

No. III.

℞p. Adipis cantharidati *P.* 1000,
Cerae albae *P.* 250,
Resinae Pini *P.* 15.
M.

Chartae tenuiori glutinatae hae mixturae cantharidatae illinantur.

Adeps cantharidatus.

℞p. Adipis benzoinati *P.* 50,
Cantharid. gr. pulv. *P.* 7.
Digere calore balnei aquae per biduum et exprimendo cola.

Charta exploratoria coerulea.

Lackmuspapier. Blaues Reagenspapier.

℞p. Laccae Musci pulv. *P.* 1.
Affunde
Aquae dest. fervid. *P.* 6.
Digere per 12 horas. Liquor filtratus dividatur in duas partes, quarum alteri instilletur
Acidi phosphorici q. s.,
ut liquor rubescat. Tum admisce alterius partis eam quantitatem, donec mixtura colorem caeruleum iterum induerit. Hac mixtura segmenta chartae albissimae, tenuioris, glutine minus imbutae, illinantur, ita quidem, ut non nimis saturate tincta sint. Charta loco umbroso suspensa siccetur, atque in vitris obturatis servetur.

Charta exploratoria rubra.

Rothes Reagenspapier.

℞p. Acidi phosphorici puri *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 16.

Mixtis segmenta Chartae exploratoriae coeruleae illinantur, quae siccata in vitris obturatis serva.

Charta exploratoria lutea.

Rp. Rad. Curcumae gr. pulv. *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 6.

Digere. Chartam albam tenuem, hac tinctura filtrata imbutam, sicces, ut supra notatum est.

Charta ad Fonticulos.

Sparadrap de cire. Fontanellpapier.

Rp. Emplast. Plumbi simpl. *P.* 50,
Resinae Pini,
Cerae flavae,
Olei Olivarum aa *P.* 2,
Terebinthinae *P.* 5.

Liquatae in chartam scriptoriam ope penicilli mollioris transferantur ac large expandantur.

Sparadrapum Cerae.

Tela majalis. *Toile de mai.*

Rp. Cerae albae *P.* 250,
Olei Amygdalar. *P.* 125,
Terebinth. *P.* 32.

Liquatis imbuantur telae, atque inter ligna duo recta et compressa perducantur, ut massae emplasticae, quidquid excedat, abradatur.

Papier à cautères.

Rp. Resinae Burgund. *P.* 90,
Cerae flavae *P.* 120,
Tereb. Venet. *P.* 20,
Balsami Tolutani sicci *P.* 1.

Colliquatis colatisque charta aequabiliter linatur.

Charta fumigatoria s. fumalis orientalis.

Räucherpapier.

Rp. Benzoës pulv. *P.* 16,
Spiritus V. alcohol. *P.* 64.

Digere per biduum et saepius agita. Tum colatura filtrata leni calore evaporet ad partium remanentiam 40, quibus admisce

Balsami Peruviani *P.* 8,
Tinct. Ambrae spirit.,
— Moschi aa *P.* 1,
Olei Cassiae,
— Caryophyllorum,
— Ligni Rhodii,
— Macidis aa *P.* 2.

Hac mixtione charta scriptoria oblinatur, quae antea solutione Aluminis crudi aquosa imbuta atque tum siccata est.

Signa: Segmentum chartae fumigatoriae supra flammam candelae aut lampadis moveatur, ita ut valde calefiat, neque inflammetur.

Charta haematoxylinata.

Charta exploratoria pigmento ligni Campechiani imbuta. Blauholzpapier.

Rp. Ligni Campechiani, quod cum cura e ligno interiore (e parenchymate centrali) recens exsectum est, *P.* 30.

Quam celerrime raspentur (luce diurna semper prohibita) et in lagenam immissae superfundantur

Spiritus Vini rectfss. *P.* 120,
Aquae destill. *P.* 360.

Post aliquod tempus digestionis cola. Colaturae adde

Aluminis kalici (!), a ferro perfecte liberi *P.* 1—1 1/4,

tum solutionem filtratam aquosam, paratam e

Calcii chlorati puri fusi *P.* 12,

quae solutio pauxillo

Acidi hydrochlorici puri

acidulata est.

Liquori, hac mixtione turbato, accuratius instilla

Acidi hydrochlorici puri

justam quantitatem, donec segmenta chartae bibulae tenuioris Suecicae (a ferro calcariaque plane liberae) liquore imbuta, adhuc humida colore ex albido rubente (colore florum Persicae vulgaris) tincta reperiantur.

Si charta colorem purpureum ostendit, liquori Acidum hydrochloricum insuper instillandum est, si vero colorem citrinum exhibet, hujus Acidi nimia copia inest.

Charta inter siccandum prodiens decolor aut colore inaequaliter tincta non sa-

tis aqua eluta est. Melius agis, si chartam antea Acido hydrochlorico maxime diluto eluis.

Charta liquore juste parato imbuta, loco tepido a gasis ammoniacalibus quam maxime libero, celeriter siccetur et statim in vitris optime obturandis, a luce remotis, asservetur.

Liquor tinctorius asservari potest. Loco Aluminis kalici adhibere licet Cupri sulphurici puri *P.* ¼.

Charta haematoxylinata ad aërem seposita, qui vestigia Ammoni continet, saturatius caerulescit.

Charta nitrata.

Salpeterpapier.

℞p. Kali nitrici puri *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 6.

Liquore charta bibula imbuatur, quae siccetur. *Ph. Hann.*

Charta nitrata gliscendo ardens aërem corruptum salubriorem facere dicitur, vapores etiam hausti in asthmate laudantur.

Charta pergamena.

Pergamentpapier.

Charta densior, glutine non imbuta, miscela ad +15° C. refrigerata ex
Acidi sulphurici Angl. Volum. 2 et
Aquae destill. Volum. 1
parata, imbuatur. Tum aqua perfecte eluatur et siccetur.

Charta physostigminata.

Paper impregnated with extract of Calabar Bean.

℞p. Extracti Seminis Physostigmatis *P.* 1.
Solve in mixtura, parata ex
Spiritus Vini rectfss. *P.* 5,
Aquae destillatae *P.* 10.

Sepone per unum diem, tum, si opus fuerit, filtra.

Dein liquore, in planam patinam immisso, segmenta chartae tenuis bibulae (chartae filtratoriae Suecicae), antea trutina accurate examinata, imbuantur et loco umbroso tepidoque siccentur. Operatio imbuendi et siccatio repetatur. Quo facto segmenta singula sicca, iterum trutina examinata, premendo laevigentur et lineamentis quadrata conformantibus (styli stannei acuti amussisque ope) signentur, ita tamen, ut quadrata 240—250 extracti sicci Granum (Centigrammata 6) contineant. Ergo: segmentum chartae extracti sicci Granum unum continens in quadrata 240—250 dividatur.

Charta resinosa, s. antirheumatica, s. antarthritica *Ph. Bor.*

℞p. Chartam tenuiorem,
quam eadem ratione
Pice navali
obducas, qua charta cerata parari solet.

Charta sumbulina.

Papier mit Sumbulharz.

℞p. Resinae Sumbul. *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

Charta tenuior hac solutione ter illinatur, tum siccetur.

Charta vesicatoria (Haeusleri).

Vesikatorpapier.

℞p, Cerae citrinae *P.* 15,
Olei Cantharidum *P.* 10,
Cetacei *P.* 8,
Terebinth. laricinae *P.* 2.

Leni calore liquatae in chartam scriptoriam translatae ope aut penicilli mollioris aut machinae sparadrapicae large expandantur.


Chininum aceticum.

$2\overset{+}{Ch},\overline{A}+6HO$.

℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 10,
Natri acetici cryst. *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 300.

Lebeti porcellaneo immissae usque ad solutionem salium ebulliant et per diem unum et noctem loco frigido seponantur. Massa congelata, bacillo vitreo agitata, in filtrum injiciatur et in eo aquae frigidae aliquantulo abluatur. Tandem eam inter chartam bibulam preme et charta involutam loco vix tepido (25° C.) sicca. Effic. circiter *P.* 8.

Chininum aceticum neutrale.


$\overset{+}{Ch}\overline{A}+3HO$.


℞p. Chinini puri *P.* 20,
Aquae destill. *P.* 200.

Mixtis et calefactis (ad 60—70° C.) instilla inter agitandum

Aceti conc. (pd. sp. 1,040) *P.* 21

aut quantum ad neutralisationem perfectam requiritur. Liquor evaporando usque ad volumen dimidium redactus per quatuor dies loco frigido seponatur. Tum massam crystallinam exprime et calore evitato sicca. Liquorem residuum evaporando et seponendo iterum in crystallula redige etc. *(Ph. Wrtb.)*

Chininum arsenicicum.


$\overset{+}{Ch}{}^2HO,AsO^5$.

℞p. Natri arsenicici exsiccati *P.* 3.

In cucurbitam vitream immissas solve ebulliendo in

Aquae destill. *P.* 120.


Tum, paulatim admixtis

Chinini sulphurici (basici) *P.* 7

digere per aliquot horas et saepius agita. Dein liquorem loco frigido per diem unum sepone, massam crystallinam separa, parva quantitate aquae frigidae ablue et loco tepido exsicca. Pulvis remanens caute servetur in lagenis obturatis.

100 Partes continent 25 Partes Acidi arsenici, vel Chininum arsenicicum siccatum continet 25% Acidi arsenicici.

Chininum chinicum.


$\overset{+}{Ch},\overline{Ch}+3HO$. Chinasaures Chinin.


℞p. Chinini puri,
Acidi chinici cryst. āā *P.* 10.

Mixtis et in catinum porcellaneum immissis affunde inter agitationem

Aquae dest. fervidae *P.* 50.

Miscela semel ebulliat. Dein catinum loco tepido (25° C.) repone, donec miscela in massam salinam siccam albidam conversa sit. Hanc contritam in ollis vitreis serva.

Chininum citricum.


$3\overset{+}{Ch},\overline{Ci}+10HO$.

℞p. Acidi citrici cryst. *P.* 10.

Solve in

Aquae destill. *P.* 800.

Solutioni ad lenem ebullitionem usque calefactae inter agitationem adde

Chinini puri *P.* 30

aut quantum requiritur ad perfectam neutralisationem. Tum liquorem per biduum sepone. Crystalla orta collige et supra chartam bibulam in aëre calorem evitando sicca. Lixivium ultimum evaporando, refrigerando crystallisandoque crystalla nonnulla edit.

Chininum ferro-citricum.

Chininum citricum martiatum.

℞p. Ferri citrici sicci *P.* 12,
Chinini citrici *P.* 3,
Acidi citrici *P.* 1.

Ad pulverem contritas commisce cum Aquae destill. parva quantitate. Tum loco tepido sicca. Conf. Ferro-Chinin. citric.

℞p. Chinini puri *P.* 10,
Acidi citrici *P.* 4,
Ferri citrici sicc. *P.* 80,
Aquae destill. *P.* 300.

Digere per aliquot horas. Dein evapora inter agitationem calore balnei vaporis, donec massa sicca appareat, quam ad pulverem tritam serva. Liquorem ad spissitudinem syrupi redactum etiam ope penicilli laminis vitreis vel patinis porcellaneis illinere et expansum leni calore in hypocausto exsiccare potes, ut sal in lamellis splendidis colligatur.

Chininum et Ferrum sulphuricum.

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 30.

Solutis in


Aquae destillatae *P.* 180

admisce

Chinini sulphurici *P.* 30,
Acidi sulphurici diluti *P.* 20.

Leni calore evaporent usque ad crystallisationis punctum et seponantur. Crystalla collecta desiccata serva in vitro obturato.

Chininum hydrochloricum.


$\overset{+}{Ch}{}^2,HCl+3HO$. Chininum muriaticum.

℞p. Baryi chlorati cryst. *P.* 9.

immissis in cucurbitam vitream affunde

Aquae destillatae fervidae *P.* 300.


Solutione peracta adde

Chinini sulphurici (basici) *P.* 32.

Conquassatas digere calore balnei aquae per semihoram. Si gutta exempta, Aquae destill. paulo diluta et filtrata addito Acido sulphurico diluto turbida fit, liquori Chinini sulphurici pauxillum addendum est, si vero gutta altera exempta addendo Baryum chloratum solutum turbatur, adde pauxillum Baryi chlorati soluti. Tum filtra liquorem adhuc calidum, filtrum Aqua destillata fervida abluendo, et sepone loco frigido. Crystallula exorta in linteo collige, leviter exprime et inter strages chartae bibulae desicca. Liquor a crystallis defusus evaporando calore 50—60° C. seponendoque nonnulla crystallula praebet.

Chininum hydroferro-cyanicum

s. ferro-hydrocyanicum.


$\overset{+}{Ch}^2,HCfy+3HO.$


℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 10,

Kalii ferro-cyanati *P.* 12,

Aquae destill. *P.* 100.

In patinam porcellaneam immissae simul ferveant et interdum agitentur. Praecipitatum exortum refrigeratum, ab liquore separatum et aquae paulo ablutum, solvendo in Spiritu Vini rectificatissimo, filtrando, evaporando seponendoque in crystalla cogatur, quae in lagenis obturatis serventur. Sit pulvis crystallinus e flavo viridis, peramarus.

Chininum hydrojodicum.


$Ch^2,HJ+HO.$

℞p. Chinini hydrochlorici *P.* 2.

Solve agitando in

Aquae dest. fervidae *P.* 60.

Tum adde

Kalii jodati *P.* 1,

antea in

Aquae destill. *P.* 5

solutam. Dein sepone per aliquot horas. Praecipitatum (terebinthinaceum) exortum loco tepido sicca et in pulverem redige, quem in vitris obturatis serva.

Chininum hydrojodicum ferratum.

Ferro-Chininum hydrojodicum. *Jodure de fer et de quinine.*

℞p. Chinini sulphurici neutralis *P.* 27.

Solutis in

Spiritus Vini rectfss. *P.* 250


inter agitationem admisce solutionem frigidam, paratam e

Kalii jodati *P.* 17,

Ferri jodati soluti recens praeparati *P.* 47.

Mixtione peracta calore balnei aquae per horam dimidiam digere et liquorem adhuc calidum quam celerrime filtra, filtrum Spiritu Vini fervidi paulo eluendo. Sepone per diem unum. Crystallulis e flavo viridulis collectis liquor evaporando calore modico seponendoque crystallula edit. Omnia crystallula inter strages chartae bibulae premendo siccentur. (?)

Chininum hypophosphorosum.


$\overset{+}{Ch}^2,HO,PO+2HO.$ (Chininum hypophosphoricum.)

℞p. Calcariae hypophosphorosae *P.* 5.

Solutis in

Aquae destillatae *P.* 100

admisce


Chinini sulphurici (bas.) *P.* 26,

antea leni calore solutas in

Spiritus Vini rectfss. *P.* 400.

Sepone loco calido per aliquot horas, saepius agita et filtra, filtrum Spiritu Vini abluendo. Liquorem filtratum, evaporando deminutum seponendo in crystalla coge. Crystalla collecta premendo inter strages chartae bibulae desiccentur. Eff. *P.* 17—18.

Chininum lacticum.


$\overset{+}{Ch}\overline{L}+2HO.$

℞p. Acidi lactici conc. *P.* 10,


Aquae destill. *P.* 300.

Usque ad ebullitionem calefactis injice

Chinini puri *P.* 19

vel quantum requiritur, ut liquor neuter sit. Liquorem supra Acidum sulphuricum concentratum seponendo in crystallula (acicularia, splendoris sericei) redige.

Chininum phosphoricum.


$\overset{+}{Ch}^2,HO,PO^5+6HO$.

℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 10.

Solve digerendo in

Aquae destill. *P.* 100,
Aceti concent. *P.* 10.

Solutioni (si opus est, filtratae) inter agitationem una affunde


Natri phosphorici cryst. offic. *P.* 12,

antea in

Aquae destill. *P.* 60

solutas. Miscelam tunc, dum refrigerat, bacillo vitreo agitare perge, donec praecipitatum album appareat, quod post aliquot horas filtro ingere, aqua frigida ablue, inter chartam bibulam preme et evitando calorem sicca. Solvendo in Spiritu Vini fervido seponendoque sal crystallisatum efficitur.

Chininum purum.


$\overset{+}{Ch},3HO$. Chininum hydratum.

℞p. Chinini sulphurici *P.* 10.

Solve in


Aquae dest. frigid. *P.* 160,
Acidi sulphurici diluti *P.* 12.

Liquori per gossypium filtrato et ollae vitreae ingesto sensim adde

Liquoris Natri caustici tenuioris

quantum ad praecipitandum Chininum requiritur et donec liquor reactionem alcalinam tenuem habeat. Praecipitatum filtri ope a fluido separa, aqua frigida ablue et calore evitato inter chartam bibulam sicca. Effic. admodum *P.* 8.


Chininum sulphuricum dilapsum.


$\overset{+}{Ch}^2,SO^3+3HO$.

℞p. Chininum sulphuric. (bas.) q. v.

Chartae bibulae involutum loco vix tepido (20—25° C.) sepone, donec crystallula in album pulverem dilapsa sint.

Chininum sulphuricum neutrale.


$\overset{+}{Ch},SO^3+8HO$. Chininum sulphuricum acidum.

℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 15.

Terendo solvantur in

Aquae dest. fervid. *P.* 60,
Acidi sulphurici diluti (ex Ac. 1 et Aq. 5) *P.* 10.

Solutio calore 60°, summum 70° Cels. therm. evaporet, ut circiter *P.* 30 remaneant. Tum loco frigido per aliquot dies sepone. Crystallis ortis dein separatis, fluidum ultimum leni calore ad dimidium evaporet et ad crystallisationem seponatur. Crystalla obtenta collecta omnia inter chartam bibulam loco tepido siccentur. Eff. circiter *P.* 18.

Nota. E lixivio ultimo Chininum hydratum ope Liquoris Natri caustici diluti praecipitetur.

Chininum sulphuricum solutum.

Chininum sulphuricum liquidum.
(*Ad recepturam.*)

℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 4.


Solve in miscela ex

Acidi sulphurici diluti *P.* 6,
Spiritus V. rectfss. *P.* 14,
Aquae destill. *P.* 96

parata. Per lanam gossypii cola et serva. Partes 30 liquoris continent *P.* 1 Chinini sulphurici.

Signa. Chininum sulphuricum. Sumatur 30plum.

Chininum stearinicum.


$\overset{+}{Ch},\overline{St}$.

℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 30,
Acidi sulphurici diluti *P.* 20,
Aquae destillatae *P.* 300.

Leni calore solutione peracta admisce

Natri stearinici sicci *P.* 22,


antea solutas in

Aquae destill. fervidae *P.* 300.

Agita, tum sepone loco frigido. Massam

exortam in linteo collige, exprime et loco tepido exsicca. Eff. fere *P.* 60.

Chininum tannicum.



$\overset{+}{Ch}^3,\overline{Qt}^2+3HO.$


℞p. Chinini sulphurici *P.* 1.
Solve in mixtione frigida ex
Aquae destill. *P.* 20 et
Aceti concentrati *P* 1
parata. Solutioni (si opus est per gossypium colatae) inter agitationem tamdiu instilla liquorem ex
Acidi tannici *P.* 2 et
Aquae destill. *P.* 40
paratum, quamdiu praecipitatum inde efficitur. Praecipitatum filtro ex charta bibula confecto immissum aqua frigida edulcora et calore lenissimo exsicca. Effic. *P.* circiter 2½.

Chininum tartarico-sulphuricum.

Chininum sulphurico-tartaricum. *Sulfotartrate de quinine.*

℞p. Chinini sulphurici (bas.) *P.* 2,
Acidi tartarici *P.* 1.
M. f. pulvis.

Chininum tartaricum.



$\overset{+}{Ch}^2\overline{T}+HO.$


℞p. Chinini sulphur. (bas.) *P.* 15,
Kali tartarici *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 150.
Mixtas usque ad ebullitionem calefac, tum loco frigido sepone. Crystallula collecta, aquae frigidae parva quantitate abluta, supra patinam porcellaneam extende et calore 20° C. non superante sicca.

Chininum urinicum.

$\overset{+}{Ch}^2,\overline{Ur}+2HO.$ Chininum uricum. Uras chininicus.

℞p. Chinini sulphurici (basici) *P.* 45;
Aquae destillatae *P.* 900,
Acidi sulphurici diluti *P.* 45.
Solutione peracta filtra. Liquori instilla inter agitationem
Natri caustici soluti, aqua diluti,
quantum ad praecipitandum Chininum hydratum requiritur atque Natrum paululum praevaleat. Praecipitatum in filtro collectum Aqua destillata frigida abluatur, tum adhuc humidum ingeratur in mixturam, ex
Aquae destill. fervidae *P.* 3500 et
Acidi urinici calore balnei aquae bene exsiccati ($\overline{Ur}+2HO$) et terendo in pulverem subtiliorem conversi *P.* 17
paratam, in cucurbitam vitream infusam. Digere calore balnei aquae per horam unam interdum agitando, tum effunde in patinam planam, quae supra Calcariae ustae stratum collocanda est. Sepone liquorem loco tepido (40—50° C.) subtractoque luci, a pulvere prohibendo, ut sensim agitatione evitata evaporet, tum hoc modo ad trientem circiter voluminis deminutum sepone loco frigido. Post aliquot dies crystallula (interdum etiam massam pulveream) in filtro collige et supra orbem porcellaneum strata loco tepido sicca. Liquor a crystallulis separatus evaporando seponendoque aliquid salis praebet. Eff. *P.* 50—51.
Uras chininicus in vitro obturato, a luce remoto, servetur.

Chininum valerianicum.



$\overset{+}{Ch}^2,\overline{Va}+24HO.$

℞p. Chinini sulphurici *P.* 37.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 800
et Acidi sulphurici diluti *P.* 36.
Liquori adde agitando
Liquoris Natri caust. diluti,
quantum ad praecipitationem Chinini requiritur (cf. Chininum purum). Praecipitatum edulcoratum, adhuc humidum, solve calore adhibito in miscela ex
Acidi valerianici (Hydratis triplicis) *P.* 10 et
Aquae destill. *P.* 1800
parata. Liquorem fervidum filtra et ad crystallisandum loco frigido per aliquot dies sepone. Fluidum a crystallulis ortis defusum evaporando leni calore (50° C. non superante) in crystallula coge, quamdiu haec coloris expertia prodeunt, quae calore evitato siccentur. Effic. circiter *P.* 50.

Chinium Labarraquii.

Quinium de Labarraque. Hospital Quinine (Herring's).

Rp. Cort. Chinae reg. *P.* 4,
— Chinae fusc. *P.* 2.

Grosse pulveratis admisce

Calcariae hydricae *P.* 1.

Mixtis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 14.

Digere per diem unum et dimidium, tum exprime. Residuo iterum affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 10.

Post digestionem longiorem exprime. Liquores collectos, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, calore balnei vaporis ad siccum evapora et massam residuam exsiccatam atque in pulverem redactam asserva.

Chinioïdini salia

parentur aequali modo, quo salia Chinini, e Chinoïdino sulphurico basico (2 Choid $+SO^3$) et aliquo sale natrico decompositione mutua.

Chinoïdinum sulphuricum basicum

paretur:

Rp. Chinoïdini puri *P.* 10,
Aquae destillatae *P.* 500.

In patinam immissis affunde

Acidi sulphurici diluti *P.* 16

vel quantum requiritur, ut mixtura calefacta reactionem neutram aut paululum acidulam exhibeat. Tum inter agitationem affunde

Chinoïdini puri *P.* 10,

antea calore adhibito solutas in

Spiritus Vini rectfss. *P.* 50.

Sepone loco tepido, ut liquor evaporando sensim deminuatur et crystallula praebeat, liquorem ultimo a crystallis defusum rejiciendo.

Chlorodyne.

Chlorodynia Doctoris Brownii *(Arcanum).*

Rp. Acidi hyperchlorici,
Tinct. Capsici annui,
Chloroformii aa *P.* 3,
Tinct. Cannab. Ind.,
Aetheris aa *P.* 2,
Acidi hydrocyanici offic.,
Morphini aa *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 20,
Ol. Menth. pip. *P.* 4.

Misce exacte. Ante dispensationem mixtura agitetur. Loco Acidi hyperchlorici Acidum nitricum purum substituere licet

Chloroformium

C^2HCl^3. Formylum trichloratum s. perchloratum. Chloridum formicum. Chloroformyle.

Rp. Calcariae hypochlorosae optimae circiter 25% Chlori liberi praebentis *P.* 24*)
Aquae tepidae *P.* 72.

In pultem aequabilem mixtas in vesicam destillatoriam cupream ingere et commisce accurate cum

Spiritus V. rectfss. *P.* 4.

Hoc facto et alembico imposito, lagenam, loco excipuli, ita adpone, ut tubus refrigeratorius in eam, usque ad partem dimidiam

Aqua destill. frigida

implendam et optime refrigerandam, descendat.

Tum vesicae carbones ardentes suppone et eam usque ad 50° Cels. therm calefac. Dein carbones sensim auferas. Exacta hora una circiter, destillatio spontanea incipit. Si haec lentescit, supponendo carbones ardentes adjuves. Destillent *P* circiter $4\frac{1}{2}$, vel donec guttulae Chloroformii in fundo excipuli non amplius secernantur.

Chloroformium destillatum infundibuli separatorii ope l. a separa et in lagena clausa per biduum sepone. Tum Aquae Calcariae volumine duplo iterata vice conquassando tamdiu ablue, donec aqua defusa chartam exploratoriam coeruleam non amplius afficiat. Deinde Chloroformium denuo ab aqua separatum cum Acidi sulphurici conc. Angl., coloris expertis et Acidis nitrosis plane liberi**) volumine dimidio bene conquassetur. Haec operatio nova quantitate Acidi repetatur, donec Chloroformium separatum, Acido sulphurico conc. denuo conquassatum, hoc non amplius coloret. Denique Chloroformium

---

*) Si Calcaria hypochl. plus quam 25% Chlori paebeat, addatur $\frac{1}{15}$ ad $\frac{1}{30}$ Calcariae hydratae.

**) Quo modo Acida nitrosa ex Acido sulphurico demere possis, in praecepto ad Acidum sulph. purum parandum notatum est.

ab Acido defusum cum Natro carbonico liquido conquassetur et ope infundibuli separatorii separatum supra Calcium chloratum siccum calore balnei aquae 75° C. non excedente rectificetur. Effic circiter *P.* 1½. *P.* spec. 1,494—1,495.

Chloroformium camphoratum.

English Odontine. Odontina Anglica.

℞. Camphorae *P.* 1,
Chloroformii *P.* 6.
Solve.

Chloroformium gelatinatum.

Chloroformium albuminatum.

℞. Chloroformii,
Albuminis Ovi aa Volum
Misce conquassando.

Chlorum gasiforme.

Cl

Cucurbita vitrea Mangani hyperoxydati nativi frustis, Coryli avellanae fructuum magnitudine, usque ad dimidium colli impleatur, tum Acidi hydrochlorici crudi tantum superaffundatur, quantum replet dimidiam partem cucurbitae, quae statim epistomeo subereo (vel e gummi elastico parato) et bis perforato claudatur. Foramini alteri tubus securitatis, alteri foramini tubus vitreus bis curvatus infixi sint. Cucurbitam in balneo aquae collocando aut alio modo calefaciendo gas Chlori extricatur. Operatione finita, liquorem ex cucurbita effunde, Manganum hyperoxydatum aqua ablue et cucurbitam Mangano hyperoxydato repletam ad aliam Chlori extricationem reserva.

Chlorum solutum.

Aqua chlorata. Liquor Chlori.

Lagenae duae ad dimidium usque Aqua destillata impleantur. Loco umbroso, sub divo, in aquam hanc tamdiu Chlorum gasiforme introduc, donec pars vacua lagenae gase e subflavo viridi repleta sit. Tum lagenam cum altera lagena commuta, priore autem clausa exacte agita, ut gas ab aqua absorbeatur. Quum alterius quoque lagenae dimidia pars superior vacua gase erit repleta, haec iterum cum illa commutetur, eodemque, quo illa modo tractetur. Haec agendi ratio repetatur, quamdiu gas ab aqua absorbetur.

Cigaretae antiasthmaticae.

℞. Fol. sicc. Belladonn. *P.* 60,
— — Hyoscyami,
— — Strammon. aa *P.* 30,
Sem. Phellandrii *P.* 10,
Extracti Opii *P.* 3,
Aq. Lauro-Cerasi q. s.

Folia et Semina contusa per horas duodecim cum Aquae Lauro-Cerasi volumine circiter duplici macera et ope preli exprime. Solve tunc Extractum Opii, dein chartam bibulam liquore imbue ac probe sicca, ut exinde conficiantur Cigaretae. *Ph. Belg.*

Cigaretae arsenicatae.

Charta arsenicata.

℞. Natri arsenicici *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 50.

Solutione peracta instilla liquorem in chartam bibulam, supra tabulam expansam, ita tamen, ut plagula imbibat Gramm. 0,5 vel Grana 8 Natri arsenicici. Eodem loco plagula siccetur, tum in partes octo dissecetur.

Charta concisa ad usum in caliculum tubuli tabacarii fictilis ingeritur, qua incensa fumus exoriens exhauritur.

Cigaretae benzoinae.

Cigarettes balsamiques (de Golfin).

℞. Kali nitrici *P.* 1.
Solve in
Aquae *P.* 16.

In liquorem immergantur segmenta chartae bibulae albae spissioris centimetra 15 lata. Post imbibitionem extrahantur et siccentur. Dein ingerantur in liquorem, paratum e
Tincturae Benzoës *P.* 8,
Acidi benzoici *P.* 1.

Probe imbuta denuo siccentur et concisa in segmenta Centimetr. 10 longa compluries convolvantur, ut fiant Cigaretae.

Cigaretae camphoratae.

Cigarettes camphrées.

℞. Camphorae frustula

magnitudine seminum Coriandri, quorum centum et plus chartae bibulae tenerrimae aut telae gossypinae involvantur, ita ut cylindrus longior, finibus ambobus occlusis, conficiatur, qui in tubum coniformem e charta cerata confectum, finibus apertis, ingeratur.

Cigaretae Herbae cujuslibet.

Herba Stramonii, Aconiti, Lobeliae etc. minutim concisa (*P.* 60 Herbae) inspergatur solutione spirituosa Kali nitrici (e Kal. nitr. *P.* 1) dilutiore et siccetur, tum chartae bibulae paulum nitratae ita involvatur, ut fiat cigareta longitudine pollicum trium ad quatuor et herbae 1½—2 Grammata continens.

Cigaretae mercuriales.

Cigarettes mercurielles.

Rp. Hydrarg. bichlorati *P.* 1,
Kali nitrici *P.* 2.

Solve in

Aquae destill. *P.* 24.

Hoc liquore charta bibula impraegnetur. Charta adhuc humida dissecetur et l. a. ad formas cigaretarum convolvendo redigatur, tandem siccetur.

Cigareta Opii.

Rp. Opii 1½ ad 2 Grana,
Kali nitrici pulv. 2 Grana,
Spiritus V. rectif.,
Aquae destill. āā 30 Gran.

Contritis et mixtis humectetur charta bibula, ex qua cigareta conficiatur.

Cinchonini salia

aequali modo quo salia chininica parentur. Quantitas Chinini puri praecepti per 0,815 multiplicata praebet quantitatem aequivalentem Cinchonini crystallisati, et quantitas Chinini sulphurici basici praecepti per 0,86 multiplicata praebet quantitatem aequivalentem Cinchonini sulphurici basici ($\overset{+}{Ci}^2,SO^3+3HO$) insumendam.

Cobaltum nitricum.

Rp. Minerae cobalticae ustulatae venalis (Zafferae cobalticae optimae) *P.* 20.

Subtiliter pulveratam sensim injice in

Kali bisulphurici *P.* 60,

quae in crucibulo Hassiaco modico calore liquefactae sunt. Quo facto porro injice paulatim

Kali nitrici *P.* 1,

deinde

Ferri sulphurici oxydulati exsiccati *P.* 1,

et incalfacere igne aucto perge, ut Acidum sulphuricum superabundans perfecte expulsetur.

Quo facto massa pultacea adhuc fervida ex crucibulo cochlearis ferrei ope exhausta, post refrigerationem in pulverem redacta cum aqua exacte concoquatur, quamdiu aliquid solvitur. Liquori refrigerato filtratoque instilla

Natri carbonici soluti

quantum satis, donec Cobalti carbonici (coloris rosei) paululum praecipitatum demittatur. Dein ad ebullitionem calefac et filtra

In liquorem

Acidum hydrosulphuricum gasiforme

introducatur, quamdiu inde praecipitatum efficitur.

Liquori filtrato, Acido hydrosulphurico abundante calefaciendo expulsato, inter ebullitionem admisce tantum

Natri carbonici soluti

quantum ad Cobaltum carbonicum dejiciendum requiritur.

Praecipitatum hoc aqua ablutum, adhuc humidum, commisce cum

Acidi oxalici soluti

copia abundante, ut mixtura reactionem acidulam exhibeat.

Cobaltum oxalicum, hoc modo effectum et aqua ablutum bene exsiccetur, deinde in crucibulum operculo munitum, igne fortiore excandescat.

Crucibulo refrigerato, massa residua aqua abluatur, tum solvatur in

Acidi nitrici puri q. s.

Liquor calore balnei arenae (100—130° C.) ad siccum redigatur.

Massa sicca (CoO,NO^5) aut in vitris obturatis servetur, aut in Aqua destillata soluta loco tepido seponendo in crystalla (CoO,NO^5+5HO) convertatur.

Coffeïnum.

$C^{16}H^{10}N^4O^4+2HO(=\overset{+}{Cof}+2HO)$. Caffeïnum. Guaraninum. Theïnum.

Rp. Herbae Theae nigrae Si-

nensis contusae vel Pulveris, qui in sarcinis theariis colligitur et Thea pulverea (Theestaub) nominatur, *P.* 120,
Calcariae hydratae *P.* 20,
Aquae fervidae *P.* 400.

In lebetem vel ollam immissae per quatuor horas calore balnei aquae digerantur, interdum agitando, tum preli ope exprimantur. Residuo denuo affusis
Aquae fervidae *P.* 200,
digestio, dein expressio peragatur.

Colaturae, immixtis
Carbonis Ligni grosse pulverati, bene exusti *P.* 2,
stent saepius agitatae per diem unum, tum filtrentur per linteum, quod in filtro remanet aqua eluendo.

Liquori filtrato admisce mixturam calidam, paratam digestione e
Plumbi acetici cryst. *P.* 10,
Lithargyri laevigati *P.* 5,
Aquae destill. fervid. *P.* 30,
non vero filtratam, et iterum ac saepius agita. Horis tribus praeterlapsis instilla (si opus fuerit) tam diu
Acetum plumbicum,
quam diu inde liquor turbatur.

Tum sepone per diem unum et filtra, sedimentum aqua bene eluendo. Colaturae evaporando ad *P.* circiter 30 deminutae admisce
Kali sulphurici,
Carbonis animalis, non depurati (Eboris usti) contusi, āā *P.* 3.

Mixtura calore balnei aquae inspissetur, atque inter agitationem ad perfectam siccitatem redigatur.

Residuum siccum, subtiliter pulveratum in vas deturbatorium l. a. injectum exhauriatur affundendo
Chloroformii q. s.,
quamdiu gutta liquoris defluentis in vitrum translata evaporataque residuum crystallinum praebet.

E solutione Chloroformio destillando (in congestore vaporario vel retorta) calore balnei aquae elicito, residuum in
Aquae destill. fervidae
quantitate sufficiente (*P.* 50—80) solvatur et loco frigido, ut crystalla demittat, seponatur. Crystalla tenera flexilia, coloris expertia in linteo collige et loco tepido (25—30° C.) desicca. Eff. *P.* 2 ad 3.

Coffeïnum citricum.

Loco hujus salis, quod non exsistere potest, Coffeïnum purum substituitur.

Colchicinum.

$(C^{37}H^{30}N^{3}O^{11})$

Rp. Seminis Colchici grosso modo pulv. *P.* 1000.

Digerantur per diem unum cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 3000.

Liquido expressione colato, residuum iterum cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 1500
digere. Dein exprime. Colaturae mixtae, Spiritu Vini destillando elicito, leni calore evaporent, donec partes spirituosae plane abierint. Tum affunde
Aquae destill. frigidae q. s.
ut pondus fluidi totius exaequet
Partes 80.

Liquori sedimentando, tum filtrando depurato adde quantitatem sufficientem mixtionis ex
Acidi tannici (e Gallis Turcicis) *P.* 4 et
Aquae destill. *P.* 20
paratae, quamdiu quidem liquor turbatur. Miscela per diem unum seposita, sedimentum exortum in filtro collige, aqua frigida ablue et conterendo cum
Plumbi acetici *P.* 1,
Lithargyri praep. *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 50
commisce. Miscela in vase clauso loco calido tamdiu interdum agitando digeratur, donec portiuncula filtrata addito Ferro sulphurico soluto colorem e nigro violaceum non amplius induat. Dein filtra. Residuo in filtro paulo aquae eluto, liquorem obtentum in balneo vaporis evaporando ad *P.* 10 imminutum commisce cum
Magnesiae ustae *P.* 1 et
Carbonis ligni pulv. *P.* ½
et evaporando balnei aquae calore ad perfectam siccitatem redige. Residuum ad pulverem contritum in vas deturbatorium (Deplacirtrichter) immissum l. a. affundendo
Chloroformii q. s.

exhauriatur, quamdiu gutta defluens evaporata residuum praebet. Solutio chloroformylica evaporet ad siccum. Residuum caute contritum referat pulverem flavidum, quem serva. Effic. *P.* 2 ad 3.

Collare anodynum
ad dentitionem infantum.

Zahnperlen (nach *Gehrig* und *Grunzig*).

℞p. Gutta-Percha q. v.

In aqua fervida calefactum et in tenuioria frustula divisum desiccatumque macera in

Carbonei sulphurati q. s.,

donec emollitum sit. Admixtis paulum

Sulphuris praecipitati

contundendo ad massam depsiticiam subige, ex qua formentur globuli per centrum pertundendi.

Collare contra Strumam.

Kropfhalsbinde. *Collier de Morand.*

℞p. Ammonii chlorati,
Salis culinaris exsicc.,
Carb. Spong. āā 50 Grmm.

Mixta in gossypium imprime, quod involvendo in pannum bombycinum tenuiorem (musselinam) et nectendo acu in collare redigas.

Collodium.

℞p. Colloxylini (Gossypii ternitricati) *P.* 1.

Immissae in lagenam vitream primum affunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 4.

Colloxylino permadefacto dein adde

Aetheris *P.* 18 ad 20

et conquassa. Mixtura seponatur et saepius agitetur, donec Colloxylinum solutum fuerit. Solutio post sedimentationem decanthata aut per lanam gossypinam colata in lagenis obturatis loco frigido servetur.

Collodium officinale tenacius.

℞p. Collodii *P.* 50,
Olei Ricini *P.* 1.

Misce.

Collodium cantharidale.

Collodium vesicans s. cantharidatum.

℞p. Colloxylini *P.* 1.

Solve in

Aetheris cantharidati *P.* 18,
Spirit. Vini alcohol. *P.* 3.

In vitris bene obturatis caute serva.

Collodium corrosivum
s. escharoticum s. causticum.

℞p. Hydrargyri bichlorati *P.* 1.

Solve in

Collodii (elastici) *P.* 8.

Ph. Hann.

Collodium elasticum.

Collodii *P.* 60,
Terebinth. Venet. *P.* 2,
Olei Ricini *P.* 1.

Misce et solve. Hoc collodium exsiccatum minus riget.

Collodium ferratum s. ferruginosum.

Collodion ferrugineux.

℞p. Ferri sesquichlorat. cryst. *P.* 1.

Solve agitando in

Collodii (elastici) *P.* 11.

Collodium jodatum.

℞p. Jodi *P.* 5.

Solve agitando in

Collodii *P.* 115.

Collodium kreosotatum.

Kreosotum solidificatum.

℞p. Kreosoti *P.* 15,
Collodii *P.* 10.

Misce exacte, ut fiat massa gelatinosa.

Collodium lentescens.

℞p. Collodii *P.* 100,
Glycerini 1—1½.

M.

Collodium photographorum.

℞p. Colloxylini *P.* 1.

Affusis

Spirit. Vini alcoholisati *P.* 3,

adde

Spirit. Vini anhydri *P.* 6,
Aetheris *P.* 12 ad 14.

Sepone et saepius agita. Solutione Colloxylini peracta liquorem in vase tecto per lanam gossypinam filtra. Seponendo decanthandoque limpidus efficitur.

Collodium saturninum.

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 1.

Calore balnei aquae exsiccatae et post refrigerationem in lagenam immissae affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 1,
Aetheris *P.* 2

Sepone per horam unam et ultra, saepius agitando, tum liquori decanthato admisce

Collodii *P.* 8.

Sit mixtura turbida, ad usum antea agitanda.

Collodium tannatum.

Rp. Acidi tannici *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 3.

Solutione peracta, admisce

Collodii tenacioris *P.* 20.

Contra perniones laudatur.

Colloxylinum.

$C^{24}H^{17}O^{17}(NO^5)^3$. Pyroxylinum. Lanugo gossypina ternitricata. Gossypium trisnitricatum. Collodiumwolle.

Rp. Lanuginis Gossypii a quisquiliis mundatae, bene carminatae *P.* 2.

Immergantur per horam dimidiam solutioni paratae e

Natri carbonici cryst. *P.* 1
et Aquae destill. *P.* 40.

Lanugo in hac solutione depsatur, tum aqua frigida bene eluatur, siccetur et divellatur. Hoc modo depurata immergatur, bene subigendo ope pistilli porcellanei, miscelae agitatae, recentis, adhuc tepidae, ex

Kali nitrici pulv. et siccati *P.* 20 et
Acidi sulphurici conc., pd. spec. 1,835, *P.* 28,

paratae per semihoram, tunc aqua tepida multa repetitis vicibus eluatur, donec lanugo ab Acido adhaerente plane libera sit. Dein exprimatur et divellatur.

Colloxylinum hoc modo obtentum calore 80° C. non excedente bene siccetur et in vitris obturatis, a luce remotis, servetur.

Ad lanuginem Gossypii in Colloxylinum mutandam gradus concentrationis Acidi sulphurici et temporis spatium tactus magni momenti sunt, ita ut lanuginis Gossypii *P* 2 et Kali nitrici sicci *P.* 20 requirant:

Partes	Acid. sulph. pd. spec.	Spatium temporis tactus per
24	1,841	¼ horae
26	1,838	⅓ —
28	1,835	½ —
30	1,832	¾ —
32	1,830	1 horam.

Si temporis spatium tactus producitur, lanugo ternitricata in Pyroxylinum (Gossypium fulminans) mutatur, quod mixtura Spiritus Vini cum Aethere non solvitur.

Eff. *P.* 2,6. Sit albissima lanugo ternitricata ad usum photographorum.

Rp. Lanuginis Gossypii carminati *P.* 2.

Immerge in miscelam paratam ex

Acidi sulphurici conc. *P.* 16
et Acidi nitrici, pond. spec. 1,420, *P.* 14,

quae ad aëris temperaturam (15—20° C.) refrigerata est, et sepone per horas novem ad duodecim. Deinde massam compactam exime, aqua tepida optime ablue, exprime, et divulsam sicca.

Ad lanuginem Gossypii in Colloxylinum mutandam gradus concentrationis Acidi nitrici cum quantitate hujus Acidi adhibenda atque quantitas Acidi sulphurici adhibenda magni momenti est, ita ut lanuginis Gossypii *P.* 2 requirant:

Acid. nitric. Part.	pond. spec.	Acid. sulph. Partes	Spatium temporis tactus
11	1,460	11	per 5 horas
12	1,450	12	6 —
12½	1,440	13	7 —
13	1,430	14½	8 —
14	1,420	16	9 —
15	1,410	17	10 —
16	1,400	18½	12 —
17	1,390	20	15 —
18	1,380	22	20 —

Temporis spatium multo productum qualitatem praeparati hic non imminuit. Eff. *P.* 2,66. Sit lanugo ternitricata alba, saepius flavida, attamen Collodium ad usum medicum indolis optimae praebens.

Collyrium adstringens luteum Violii.

Dr. *Viol's* Augenwasser.

℞p. Camphorae *P.* 9.
Solve in
Spirit. V. rectfss. *P.* 480.
Liquori admisce miscelam paratam ex
Ammonii chlorati *P.* 15,
Zinci sulphurici *P.* 30,
Croci *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 2400.
Digere, saepius agita et post refrigerationem filtra.

Collyrium ex Argento nitrico.

(Form. magistr. Berol. in us. paup.)

℞p. Argenti nitrici fusi *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. 480.
Detur in lagenam nigram.

Collyrium Kranichfeldii.

Aqua ophthalmica Kranichfeldii.

℞p. Solutionis Lapidis divini Kranichf. *P.* 3,
Laudani liq. Kranichf. *P.* 1/2,
Aquae destill. *P.* 32.
M.

Collyria varia

Pharmacopoearum.

Collyrium Aluminis. Aluminis 1, Aq. 96. *Ph. Ross.* — Collyr. Ammoni acetici. Liq. Amm. acet. et Aq. ãã 4, Tinct. Opii acet. 1. — Collyr. Argent. nitrici. Arg. nitr. 1, Aq. 48. *Ph. Ross.* — Collyr. Cupri aluminati. Cupr. alum. 1, Aq. 240, Tinct. Opii acet. 3½. *Ph. Ross.* — Cupr alum. 1, Aq. 250. *Ph. Gall.* — Collyr. Cupri sulphurici. Cupr. sulph. 1, Inf. spec. narcot. 160. *Ph. Ross.* — Collyr. Hydrarg. bichlorati opiatum. Hydrarg. bichl. corr. 1, Aq. 480. Tinct. Opii acet. 20 (vel Tinct. Hyoscyami 20, vel Tinct. Bellad. 10). *Ph. Ross.* — Collyr. Lini opiat. Mucilag. Lini sem. 48, Tinct. Opii 1 *Ph. Ross.* — Collyr. opiat. Extr. Opii 1, Aq. Rosar. 625 *Ph. Gall.* — Collyr. Plumbi acetici. Plumb. acet. 1, Aq. 120, Tinct. Opii acet. 5. *Ph. Ross.* — Collyrium Strychnini. Strychn. 1, Aceti dest. 30, Aq. 240. *Ph. Ross.* — Collyr. Zinci acet. Zinc. acet. 1, Aq. 160. *Ph. Ross.* — Collyr. Zinci sulphurici. Zinc. sulphuric. 1, Inf spec. narcotic. 120. *Ph. Ross.* — Zinc. sulph. 1, Aq. Ros. 125. *Ph. Gall.*

Collyrium e Zinco sulphurico.

(Ph. milit Bor.)

℞p. Zinci sulphurici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 480.

Condita et Confecta.

℞p. Partes plantae cujusvis.
Coque aut digere cum
Aquae destill. q. s.,
donec emolliantur. Aqua defusa, ingere illas in
Syrup. Sacchari densiorem
et macera, donec fere pelluceant. Tum eximantur, Saccharo pulverato large conspergantur et loco calido (30—40° C.) siccentur. Serventur loco sicco.

Confectio Amygdalarum.

Conserva Amygdalarum. *Orgeat. Looch solide. Pâte d'amande.* Mandelkreem.

℞p. Amygdalar. dulc. *P.* 60,
Amygdalar. amar. *P.* 6.
Macerentur in aqua frigida per noctem unam et deglubantur. Tum in mortario lapideo ope pistilli lignei, subinde addendo
Aquae Aurant. flor. *P.* 18,
in pultem tenerrimam redigantur et cum
Sacchari albi optimi *P.* 60,
Gummi Arabic. *P.* 3
commisceantur. Pasta Saccharo conspersa asservetur.

Confectio Aurantii

Ph. Lond. et Edinb.

Conserva Aurantii. *Scotch marmalade.*

℞p. Cort. recent. Aurant. raspando collecti *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 3.
Contundendo exacte commisceantur.

Confectio Cinae.

Semen Cinae conditum.

℞p. Seminis Cinae integri electi *P.* 1.

Immittatur cacabo aeneo suspenso super igne lenissimo libero et modice inter agitandum calefiat. Dein cochleatim admisce

Sacchari albissimi, adjustam consistentiam cocti, *P.* 2.

Lege artis fiat mistio, manu amylo conspersa in mobili isto cacabo ita, ut singula semina saccharo includantur. Separentur cribri ope a saccharo superfluo.

Confectio hyacinthina

Rothes Konfekt, hyacinthrother Magenzukker, Hyacinthkonfekt.

Rp. Mellis depurati,
Syrupi Cort. Aurant. āā *P.* 25.

Mixtis et calefactis admisce pulverem subtilissimum, commixtum e

Concharum pp. *P.* 10,
Boli Armenae *P.* 8,
Cassiae cinnam. *P.* 4,
Pulveris aromatici *P.* 1,
Ligni Santali rubri *P.* 15,
Myrrhae,
Croci āā *P.* 1,
Elaeosacchari Neroli *P.* $^1/_3$.

Post digestionem horae quadrantis miscelae refrigeratae admisce.

Sacchari subt. pulv. q. s,

ut fiat massa spissitudinis electuarii grumulosi.

Interdum massa, addita minima quantitate Radicis Althaeae pulveratae, in pastillos redigitur, quae ita siccentur, ut pars interior pastilli mollis permaneat.

Confectio Piperis.

Electuarium Piperis *Ph. Brit.*

Rp. Piperis nigri *P.* 2,
Fruct. Carvi *P.* 3.

Subtilissime pulveratae commisceantur cum

Mellis depurati *P.* 15.

Confectio Zingiberis sicca.

Rp. Sacchari albi pulv. *P.* 16.
Rad. Zingib. sbt. plv. *P.* 1,
Mucilag. Tragacanth. q. s

Misceantur, ut fiat massa, quae in morsa formae Radicis Zingiberis redigatur. Siccata in ollis e lamina alba ferrea confectis asserventur.

Coniinum.

Co.

Rp. Herbae Conii maculati recentis cum Seminibus concisae et contusae *P.* 100,
Aquae *P.* 300—400,
Liquoris Kali caustici tantam quantitatem,

quanta continet

Kali caustici anhydri *P.* 3.

Mixtis et in vesicam destillatoriam ingestis, destillatio instituatur, quamdiu aqua graveolens prodit. Haec aqua, oleo innatante separato,

Acidi hydrochlorici q. s.

perfecte saturetur et luce remota in vase vitreato quam celerrime ad spissitudinem syrupi evaporet. Residuum cum

Spiritus aetherei quantitate 4pla

(ex Aetheris *P.* 1 et Sp. V. rectfss. *P.* 3 parati) inter conquassandum digere, tum filtra. Tinctura obtenta, Aquae destill. pauxillo affuso, tum Spiritu aethereo maxima ex parte destillando elicito, ad syrupi spissitudinem evaporet. Residuum, hac evaporatione obtentum, cum

Liquoris Kali caustici (p. spec. 1,3) volumine aequali

commisceatur et ex balneo Calcii chlorati fere ad siccum destillet. Fluido destillato adde

Calcii chlorati fusi pulv. puri tantum,

quantum ad separandam aquam adhaerentem opus est. Mixtura stet (luce remota) in lagena clausa, identidem conquassata, per aliquot dies Quo facto, Coniinum, a lixivio salino defusum, decantha et in lagenulis optime obturatis atque charta nigra velatis, loco frigido caute serva. Effic. circiter *P.* 0,75. Pond. spec. 0,89. Ebulliat 212° C.

Conserva Cassiae.

Cassia cocta. Pulpa Cassiae.

Rp. Extracti Cassiae *P.* 500.
Sacchari pulv. *P.* 328,
Aquae dest. ferv. *P.* 172.

Misce leni calore *(Ph. Belg.)*

Conserva Conii.

Pulpe de Ciguë.

℞p. Herbae Conii maculati recentis, minutim concisae *P.* 1.

Contundatur in mortario lapideo ope pistilli lignei, ut fiat puls aequabilis, cui per cribrum urgendo trajectae exacte admisce

Sacchari albi pulv. *P.* 3.

Tum serva in ollis vitreis clausis loco sicco.

Eodem modo parentur:

Conserva Beccabungae ex Herb. Veronicae Beccabung. flor.

— **Cochleariae** ex Hb. florente Cochleariae officinalis.

— **Hyoscyami** ex Hb. florescente Hyoscyami nigri.

— **Nasturtii** aquatici ex Hb. juniore Nasturtii officinalis Rob. Br.

— **Sabinae** ex Hb. Juniperi Sabinae.

— **Urticae** ex Hb. Urticae urentis.

Conserva Cynosbati Fructuum.

Conserva Cynorrhodii s. Rosae fructus, Confectio Rosae caninae.

℞p. Fructuum Rosae caninae, maturescentium q. v.

Ab seminibus, rudimentis calycis et pedunculis, atque a pilis liberatos fructus aqua fervida consperge et loco calido sepone, donec emolliantur. Tum ad pultem tenerrimam, per cribrum trajiciendam, contundantur.

Pultis sic obtentae *P.* 1

commisceatur cum

Sacchari albi pulv. *P.* 3.

Miscelam calefactam, tum refrigeratam serva in ollis vitreis clausis. *Ph. Lond.* et *Edinb.*

Conserva Rosarum.

Confectio Rosarum.

℞p. Florum Rosarum rubrarum, subt. pulv. *P.* 3.

Macerentur calore balnei vaporis per horam unam in vase clauso cum

Aquae Rosarum *P.* 6,

inter agitandum spathula lignea (non ferrea). Tum admisce exacte

Sacchari albi pulv. *P.* 24,

ut fiat a. l. conserva. Serva in ollis vitreis clausis. *Ph. Fenn.*

Ph. Brit. Petalor. recent. Rosae Gallicae 1, Sacch. 3. Ad pultem tenerrimam contundantur.

Simili modo parentur ex tempore:

Conserva Fumariae,

— **Hederae terrestris,**

— **Helenii** rad.,

— **Menthae** herbae.

Conserva Tamarindorum.

℞p. Pulpae Tamarindor. *P.* 2,

Sacchari pulv. *P.* 3.

Misce exacte.

Conservamenta.

Conservationsmittel.

I.

Lacca conservatrix cadaverum

(Helleri).

Leichenlack.

℞p. Guttae-Perchae ope aquae fervidae mollitae, minutim conc. et siccatae q. v.

Solve agitando seponendoque in

Alcoholis Sulphuris q. s.

Usus. Solutione, sedimentando depurata, partes cadaverum penicilli ope iterum iterumque illinuntur.

II.

Liquor contra Insecta.

℞p. Arsenici albi pulv. *P.* 1,
Aluminis crudi *P.* 15,
Aquae *P.* 100.

Digerantur per unum diem, saepius agitentur, tum filtrentur.

Usus. Ad illinendas fricandasque partes interiores et exteriores pellium, atque etiam ad partes pellium crinibus vel plumis obsitarum.

III.

Liquor conservatorius Smithii.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi,
Camphorae āā *P.* 1.

Solve agitando in

Spirit. V. rectfss. *P.* 6000.

IV.

Liquor ad conservandas partes animalium recentes.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 10.

Solve et filtra.

V.

Liquor confectorius.

Liquor ad allinendas pellium partes interiores.

℞p. Corticis Chinae fusc.,
— Granatorum,
Herbae Absinthii,
— Tabaci,
Ligni Quassiae,
Radicis Gentianae,
Cort. Quercus āā *P.* 1.

Grosse pulveratas coque cum

Aquae communis *P.* 36.

Colaturae *P.* 30 adde

Aluminis pulv. *P.* 1.

℞p. Aluminis crudi *P.* 20,
Salis culinaris *P.* 2,
Tartari depurati *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 80.

Digere per aliquot horas, saepius agita, tum filtra.

℞p. Gallarum Sinensium,
Aluminis crudi āā *P.* 4,
Aquae fervidae *P.* 100.

Digere, agita et filtra.

VI.

Massa ad effarcienda Cadavera.

Masse zum Ausstopfen.

℞p. Gypsi usti,
Carbonis ligni,
Carbonis fossilis āā *P.*

Grosse pulveratae commisceantur.

VII.

Pulvis ad condienda Cadavera.

Pulvis pollinctorius. *Poudre pour les embaumemens. Ph. Gall.* Pulver zum Einbalsamiren.

℞p. Corticis Quercus,
Gallarum āā *P.* 100,

Salis marini *P.* 75,
Kali nitrici,
Herbae Rorismarini,
— Salviae,
— Thymi,
— Menthae pip.,
Florum Lavandulae,
Benzoës,
Myrrhae,
Caryophyllorum,
Nucum moschatarum,
Piperis nigri,
Radicis Zingiberis,
Aloës aa *P.* 25.
M. f. pulvis grossiusculus.

Vernix ad illinenda ligamenta, quibus cadaver circumvolvitur, constat e
Balsami Peruviani,
— Copaivae,
Styracis liquid., aa *P.* 150,
Olei Nuc. moschat. *P.* 50,
— Lavandulae *P.* 12 1/2,
— Thymi *P.* 3 1/5,
quae digerendo commisceantur.

VIII.

Pulvis conspergatorius ad insecta a pellibus animalium effartorum arcenda.

Rp. Aluminis usti *P.* 8,
Sulphuris loti *P.* 2,
Piperis longi,
Herbae Nicotianae,
— Sabinae aa *P.* 1,
Camphorae tritae *P.* 1/4.
M. f. pulvis subtilis.

Rp. Ammoni muriatici *P.* 8,
Aluminis usti *P.* 4,
Cinerum Hb. Nicotian. *P.*24,
Aloës *P.* 1.
M. f. pulvis.

IX.

Pulvis conspergatorius, pinguedinem absorbens, ad interendas pellium partes interiores.

Rp. Calcariae hydratae *P.* 2,
Cinerum Hb. Nicotianae *P.* 1.
Mixtas per cribrum trajice.

X.

Sapo arsenicalis.

Arsenikseife.

Rp. Sapon. domest. pulv. *P.* 4,
Aquae communis *P.* 10,
Calcariae ustae *P.* 1,
Kali carbonici *P.* 3,
Arsenici albi *P.* 4,
Camphorae *P.* 1.
M. Dentur in ollam.

XI.

Sapo aluminatus.

Alaunseife.

Rp. Sapon. domest. pulv. *P.* 8,
Kali carbonici *P.* 4,
Aluminis pulv. *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 16,
Petrolei,
Camphorae aa *P.* 2.
M., ut fiat massa.

XII.

Massa vernicea ad inducendum super ligna, putredinem prohibens.

Schutzmittel gegen das Faulen des Holzes.

Rp. Resinae Pini *P.* 50,
Cretae laevigat. *P.* 40,
Arenae subt. *P.* 250—300,
Olei Lini *P.* 4,
Cupri sulphurici pulv. *P.* 2.
Commixtis et igne liquatis lignum siccatum (ut partes palorum, quae terrae infigendae sunt) ope penicilli setacei obducatur. Si massa densior est, ei aliquantulum Olei Lini admisceas.

XIII.

Spiritus Vini arsenicatus ad insecta, quae asservare vis, interficienda.

Rp. Spiritus Vini alcoholisati *P.* 1000,
Acidi arsenicosi subtilissime pulverati *P.* 1.
Macera loco tepido per aliquot dies et saepius agita, tum filtra.

XIV.

Massa s. Pulvis conservatrix ad butyrum.

℞p. Sacchari *P.* 3,
Kali nitrici *P.* 3,
Salis culinar. *P.* 4,
Calcariae phosphoricae, e solutione ossium acida Ammono caustico praecipitatae, siccae *P.* 1.
M.

Cosmetica Parisiensia.

Acetum cosmeticum.

Cosmetic vinegar.

℞p. Tincturae Benzoës *P.* 60,
Balsami Peruviani *P.* 10,
Aquae Coloniensis,
Spiritus V. rectificati,
Bals. Vitae Hoffm. ana *P.* 150,
Aceti destillati *P.* 600.

Misce, sepone et filtra. Signa:

Société Hygiénique.

VINAIGRE DE TOILETTE

Cosmetique et Sanitaire.

Le *Vinaigre de Toilette de la Société Hygiénique* n'admet dans sa composition que des substances toniques, aromatiques et salutaires. Il remplace avec une *grande superiorité* l'eau de Cologne et toutes les compositions qui comme cette *eau siccative* et *brûlante* ont pour base *l'esprit de vin* ou *l'eau-de-vie;* il est plus riche en principes aromatiques et balsamiques; son odeur est plus fine et plus suave.

Lorsqu'on se sert du *Vinaigre de la Société Hygiénique* en lotions pour le visage, les mains et toutes les parties du corps (quelques gouttes par verre d'eau), il rafraîchit et adoucit la peau, il augmente sa blancheur, et en lui donnant du ton et de la fermeté, il préserve des rides et efface celles qui sont occasionnées par des maladies ou autres causes accidentelles; il fait disparaître les rougeurs, boutons, tâches de rousseur, éphélides et efflorescences.

Après la barbe il ôte le feu du rasoir mieux que tout autre cosmétique.

Un bain dans lequel on ajoute la moitié d'un flacon de ce *Vinaigre* raffermit les chairs, fait disparaître l'ardeur et la sécheresse de la peau, enlève les démangeaisons, redonne de la souplesse et de la vigueur aux membres fatigués, répare les forces, détruit toute odeur de transpiration et procure un bien être inexprimable.

Employé pour la bouche (six à huit gouttes dans un verre d'eau), il raffermit les gencives, enlève le tartre, blanchit les dents, et rend l'haleine douce et fraîche. Il est très utile aux personnes dont l'haleine a perdu de sa fraîcheur ou qui au réveil ont la bouche chaude, amère, sèche ou pâteuse, ainsi qu'aux fumeurs auxquels il ôte toute odeur de tabac.

Ses qualités toniques et balsamiques le rendent inappréciable pour les soins journaliers et les usages delicats et secrets de la toillette des Dames. On en met une demi-cuillerée pour deux ou trois verres d'eau, et on l'emploie en lotions et en injections, il maintient les parties fraîches, leur donne du ton et préserve des flueurs blanches.

Les médecins recommandent le *Vinaigre de la Société Hygiénique* aux personnes qui visitent les malades, qui frequentent les spectacles, les bals et autres lieux ou l'air est plus ou moins vicié; à celles qui sont sujettes aux pesanteurs de tête, aux migraines, aux maux de coeur, aux étouffements, aux syncopes. *On s'en frotte la paume des mains, on le respire dans un flacon ou sur le mouchoir.* Il assainit et purifie l'air, il fortifie et ranime les fonctions des organes de la respiration, il rafraîchit le cerveau et donne du ton à tout l'organisme.

Le prix du Vinaigre de la Société Hygiénique est de 2 fr. le flacon.

Acetum lenocinarium.

Vinaigre de toilette.

℞p. Benzoës pulv. *P.* 5,
Styracis *P.* 10,
Balsami Peruviani *P.* 2,
Olei Lavandulae *P.* 20,
Olei Cassiae *P.* 10,

Olei Caryophyll. *P.* 5,
Ammon. caust. solut. *P.* 5.
Spiritus V. rectf. *P.* 7500.
Digere per aliquot dies, tum affunde
Aquae Coloniensis *P.* 2500,
Aceti puri *P.* 5000,
Acidi pyrolignosi rectif. *P.* 100.
Sepone loco frigido et saepius agita, tum filtra.

Eau d'Hébé
contre les rousseurs.

℞p. Olei Lavandulae *P.* 25,
Olei Citri *P.* 10,
Olei Bergamottae *P.* 5,
Olei Rosarum *P.* 3,
Spirit. V. rectf. *P.* 2000,
Aceti destillati *P.* 5000.
Misce, sepone et filtra.

Acetum sanitatis.
Hygienic Vinegar.

℞p. Olei Caryophyllorum,
Olei Lavandulae āā *P.* 1,
Olei Majoranae *P.* $^1/_2$,
Tinct. Benzoës *P.* 60,
Spirit. V. rectfss. *P.* 150,
Aceti destillati *P.* 300.
Misce, sepone, filtra.

Aqua Atheniensis.
Eau Athénienne.

℞p. Balsami Vitae Hoffm.,
Aquae Coloniensis,
Essent. Iridis Florent. āā *P.* 200,
Essent. Moschi,
Essent. Ambrae āā *P.* 1,
Glycerini optimi *P.* 150.
Misce, sepone et filtra.
Signa: *Eau Athénienne pour nettoyer la tête et enlever les pellicules.*

Aqua Bototii.
Eau dentifrice. Eau de Botot. Tinctura gingivalis.

℞p. Seminis Anisi *P.* 80,
Caryophyllorum,
Cassiae cinnam. āā *P.* 20,
Olei Menth. pip. *P.* 10,
Coccionellarum *P.* 5,
Vanillae *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 800,
Aquae Rosar. *P.* 200.
Digere per 8 dies et filtra. Colaturae adde
Essentiae Ambrae *P.* 1.
Signa: *Quelques gouttes dans un verre d'eau pour se rincer la bouche.*

Ou

Société Hygiénique

EAU DENTIFRICE.

Cette Eau, exempte de tout acide, est le produit concentré de toutes les plantes toniques et balsamiques les plus convenables pour les soins de la bouche.

Elle fortifie et raffermit les gencives, conserve l'émail des dents, entretient leur blancheur, les préserve de la carie et en arrête les progrès, en outre, elle donne de la fraîcheur à la bouche et rend l'haleine pure et suave.

On en verse dix à douze gouttes dans un demi-verre d'eau, on y trempe une brosse ou une éponge fine, et on s'en frotte les dents en tous sens, puis on se rince la bouche avec le même mélange.

PRIX:
Cottan et C. 1 fr. 50 le ½ flacon.
ENTREPÔT GÉNERAL A PARIS
Rue de Rivoli, 65, près la r. l'Arb.-Sec.
Ci-devant rue J.-J. Rousseau, 5.

Aqua aspersoria odorifera.
Sprengwasser.

℞p. Aquae destillatae *P.* 2,
Aquae Coloniensis,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 1.
M. et filtra.

Aqua boraxata odorata.
Cosmétique contre les taches de rousseur. Sommersprossenwasser.

℞p. Boracis *P.* 5,
Kali chlorici *P.* 1,
Spiritus Resedae *P.* 2,
Aquae Rosarum,
Aquae Naphae āā *P.* 20.
In lagenam immissas sepone, interdum agitando, per aliquot dies et filtra.

Lenticulosa.

Rp. Kali carbonici *P.* 8,
Kali chlorici *P.* 4,
Boracis *P.* 2,
Aquae Rosarum,
Aquae Naphae aa *P.* 50,
Sacchari albi *P.* 10,
Glycerini *P.* 20.

Misce, solve et filtra. Remedium contra cutis maculas omnis generis, naevos etc.

Aqua cosmetica.

Lilionése.

Rp. Kali carbonici *P.* 1,
Boracis Veneti *P.* 2.

Solve in
Aquae Rosarum,
— Rubi Idaei,
Aq. Coloniens opt. aa *P.* 16.

Mixtionem bene agitatam sepone, tum filtra.

Rp. Kali chlorici *P.* 1,
Aquae Rosar. *P.* 20,
— Coloniensis *P.* 100,
— Rubi Idaei *P.* 10.

Mixtae stent per aliquot dies, tum filtrentur. Dein admisce
Talci Veneti *P.* 20,
elutriatione praeparatas.

Sign. *Lilionése. Gegen gelbliche Haut, gelbe und braune Flecken, Finnen und Mitesser.*

Aqua cosmetica
Gerlainii.

Eau cosmétique de Gerlain contre les taches de rousseur.

Rp. Tinct. Benzoës *P.* 10,
Spirit. V. rectfss. *P.* 50,
Aquae Amygdalarum amar. concentratae *P.* 300.

Mixtas infunde in
Aquae Rosarum *P.* 6000,
Aceti plumbici *P.* 100,
et agita.

Aqua cosmetica
Kummerfeldii.

Rp. Sulphuris sublimat. trit. *P.* 1,
Spiritus camphorati *P.* 2.
Spiritus Lavandulae,
Glycerini aa *P.* 3,
Aquae Coloniensis *P.* 4,
— destill. *P.* 64.

Misce et agita.

Aqua cosmetica Viennensis.

Rp. Amygdal. dulcium *P.* 50,
Amygdal. amarar. *P.* 25,
Aquae Rosarum,
Aquae Naphae aa *P.* 300.

L. a. fiat emulsio, in qua solve
Boracis *P.* 5.

Tum admisce
Tinct. Benzoës *P.* 10.

Aqua Cypríca.

Eau de Cypre. Cyperwasser.

Rp. Essent. Moschi *P.* 1,
Essent. Ambrae,
Essent. Vanillae,
Essent. Iridis Florent.,
Essent. Tonco aa *P.* 10,
Spiritus Rosarum destill. *P.* 40—60

Misce, sepone et decantha.

Aqua Hungarica cosmetica.

Rp. Olei Rorismarin. *P.* 20,
— Limoni *P.* 15,
— Melissae *P.* 5,
— Menthae pip.,
— Neroli aa *P.* 1,
Spirit. Rorismarin. *P.* 150,
— V. rectfss. 750.

Misce, sepone et filtra.

Aqua Lavandulae Angelica.

Eau de lavande anglaise.

Rp. Spirit. Vini rectfss. *P.* 800,
Aquae Rosarum *P.* 600,
Olei Bergamottae *P.* 10,
— Lavandulae *P.* 20,
Liq. Ammon. caust. *P.* 2,
Ambrae griseae,

Moschi aa $P. \frac{1}{5}$,
Flor. Lavandulae P. 30.

In vesicam destillatoriam immissae stent per diem unum, tum destillent
Partes 1000.

Nota. Residuo in vesica iterum affusis Spiritus Vini rectificati *P.* 1000, destillent *P.* 1000, quae ad mixtiones cosmeticas adhibeantur.

Aqua Lavandulae duplex amberinata.

Eau de Lavande double ambrée.

Rp. Olei Bergamottae *P.* 2,
Olei Citri cort. *P.* 1,
Moschi $P. \frac{1}{30}$,
Ambrae $P. \frac{1}{10}$,
Olei Lavandulae *P.* 1,
Aquae Naphae *P.* 50,
Aetheris acetici $P. \frac{1}{2}$,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 100.

Post macerationem destillent. *P.* 112, quibus admisce
Olei Neroli $P. \frac{1}{20}$,
— Rosarum $P. \frac{1}{15}$,
— Cassiae $P. \frac{1}{30}$.

Aqua Lignitiensis.

Eau de Lignitz

Rp. Olei Caryophyllorum,
— Cassiae aa *P.* 3,
— Lavandulae *P.* 2,
— Citri cort. *P.* 6,
— Bergamottae *P.* 8,
— Aurant. flor. *P.* 4,
— Rosarum *P.* 1,
Bals. Peruviani *P.* 12,
Tinct. Benzoës *P.* 24,
Ambrae griseae $P. \frac{1}{3}$,
Moschi $P. \frac{1}{10}$,
Spirit. V. rectfss. *P.* 288.

Macera per octo dies, saepius agita et filtra.

Aqua Lissabonensis.

Eau de Lissabon ou de Portugal.

Rp. Olei Rosarum *P.* 1,
— Citri cort.,
— Bergamottae aa *P.* 5,
— Portugal. *P.* 10,
Spirit. Vini rectfss.,
— — rectf. aa *P.* 200.

M., sepone et filtra.

Aqua Mellis odorata.

Eau de miel odorante. Hony-water.

Rp. Mellis optimi,
Sem. Coriandri aa *P.* 250,
Cort. Citri recent. *P.* 30,
Caryophyllor. *P.* 25,
Macidis,
Styracis calamitae,
Benzoës aa *P.* 15,
Vanillae *P.* 12,
Aquae Rosarum,
Aquae Naphae aa *P.* 300,
Spirit. V. rectfss. *P.* 1500.

Mixtae macerent per aliquot dies, tum destillent *P.* 1500, quibus instilla paululum
Essentiae Ambrae griseae et
Essentiae Moschi.

Hony-water.

Rp. Spirit. V. rectfss. *P.* 1500,
Aquae Rosar. *P.* 1000,
Aquae Naphae *P.* 800,
Mellis *P.* 50,
Olei Bergamott. *P.* 10,
Cort. recent. fructuum Citri,
Macidis,
Caryophyllorum,
Benzoës,
Fruct. Coriandri,
Styracis calamit. aa *P.* 5.

Macera. Destillando eliciantur *P.* 2000, quibus instilla
Tinct. Croci q. s.,
ut liquor sit paulum e flavido tinctus.

Signa:

Aqua Mellis
superior genuine
EXTRACT OF HONEY
or
HONEY WATER
for lengthening, strengthening and effectually removing the Sourf from the Hair, preventing taking cold after the Sea-Bathing; and can it case the most painful head-each.
In bottles at $1\frac{1}{4}$, 2, 3, $4\frac{1}{2}$ 6 & 9 Shillings.

Aqua odorata.

Eau de bouquet. Eau de toilette.

℞p. AquaeMellis odoratae *P.* 32,
Aquae Coloniensis *P.* 128,
Spiritus Jasmini *P.* 18,
Spirit. Dianthi Caryophylli,
Spirit. Iridis Florent. āā *P.* 24,
(s. Spirit. Violarum),
Olei Neroli *P.* $^1/_{10}$.
Misce, sepone et filtra.

Aqua odorifera electa.

Eau sans pareille.

℞p. Spiritus V. rectfss. *P.* 300,
Olei Bergamottae *P.* 5,
Olei Citri cort. *P.* 2,
Olei Neroli *P.* 1,
Essent. Ambrae *P.* $^1/_2$,
Essent. Moschi *P.* $^1/_5$.
Misce, sepone et filtra.

Aqua contra Papulas et Boas.

Eau contre les rougeurs du visage.

Wasser gegen Hitzblattern.

℞p. Aquae destill. *P.* 960,
Aquae Coloniens. *P.* 240,
Zinci chlorati *P.* 2.
Misce, sepone et filtra.

Aqua Principum cosmetica.

Eau des Princesses.

℞p. Tincturae Benzoës *P.* 4,
Kali carbonici,
Spirit. camphorati āā *P.* 1,
Tincturae Moschi *P.* $^1/_4$,
Aquae Coloniensis *P.* 260,
Aquae communis *P.* 40.
Misce, agita et sepone per aliquot dies, tum filtra.

Aqua Weimariensis.

Eau de Weimar.

℞p. Moschi *P.* 1,
Olei Rosarum *P.* 6,
— Lavandulae *P.* 40,
— Caryophyllorum,
— Bergamott. āā *P.* 80,
— Citri cort. *P.* 120,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2880.
Misce, sepone, tum filtra.

Cerussa cosmetica.

Poudre cosmétique. Weiße Schminke.

℞p. Talci Venet. sbt. pulv. *P.* 240,
Bismuth. chlorat. *P.* 48,
Carmini rubri *P.* $^1/_{40}$,
Mixturae odoratae q. s.
M. f. pulvis.

Blanc de Perle.

℞p. Bismuth. carbonici basici,
Talci Veneti sbt. pulv. āā *P.*
M.

Blanc de fard.

℞p. Talci Veneti subtilissime pulverati *P.* 50,
Aceti destillati *P.* 100.

Digere per hebdomadem, tum sedimentum in filtro collige, aqua ablue et sicca. Pulvis siccus conteratur cum
Cetacei subt. pulverati *P.* 5,
addendo Aquae destillatae quantitatem sufficientem, ut fiat pasta, quae in ollas ingesta loco tepido sensim exsiccetur.

French Blanc.

℞p. Talcum Venet. subt. pulv. et Essent. aliquam odoratam.
Signa:

Cerussa cosmetica rubra.

Rouge végétal. Rothe Schminke.

Rp. Blanc de fard *P.* 100,
Misce exacte cum solutione
Carthamini rubri (Safflorroth) *P.* 10—15 in
Spiritus Vini alcoholisati *P.* 30—50.
Massam in ollas ingere et loco tepido sensim exsicca.

Cerussa liquida.

Eau cosmétique. Schminkwasser.

Rp. Bismuthi carbonici,
Talci Veneti praep. āā *P.* 10,
Aquae Rosar. *P.* 60.
M.

Fard liquid.

Rp. Flores Geranii sanguinei *P.* 5,
Spirit. V. rectfss. *P.* 15.
Macera per hebdomadem et filtra.

Cerussa pomadina.

Pariser Theaterschminke.

Rp. Bismuth. chlorat. praec. *P.* 5,
Cerae albae *P.* 2,
Olei Amygdal. *P.* 5.
M. l. a.

Corium odoriferum.

Peau d'Espagne.

Corium lavatorium (Waschleder) maceretur in mixtione benzoïna cum Oleis odoratis mixta, quae ad parationem Chartae fumigatoriae adhibetur, tum leni calore siccetur. Duo frustula corii sic praeparata ope strati crassioris mixtionis, paratae ex
Asae foetidae *P.* 1,
Moschi *P* 2,
Ambrae *P.* 4,
Olei Ligni Rhodii *P.* 2,
Tragacanthae *P.* 100,
Aquae destill. q. s.,
conglutinentur, inter laminas metallicas preli leniter premantur et siccentur. Tum tela bombycina involvantur.

Corpus Pomatarum duplex.

Doppelte Pomadengrundlage.

Rp. Corporis Pomat. spl. *P.* 8,
Cerae flavae dep. *P.* 1.
M. leni calore.

Corpus Pomatarum flavarum.

Rp. Corporis Pomatarum simplicis *P.* 100.
Admisce
Orleanae *P.* 2,
cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 2
contritas. Digere per diem unum et saepius agita. Tum cola.

Corpus Pomatarum mite.

Milde Pomadengrundlage.

Rp. Corp. Pomat. simpl.,
Olei Cacao āā *P.* 4,
— Amygdal. dulc. *P.* 1.
Colliquando commisceantur.

Corpus Pomatarum simplex.

Adeps balsamicus. Einfache Pomadengrundlage.

Rp. Adipis suilli rec. *P.* 500,
Sebi taurini rec. *P.* 200,
Aluminis pulverati,
Salis culinaris,
Aquae Rosarum āā *P.* 1.
In catinum immissae usque ad lenem ebullitionem calefiant et saepius agitentur, tum colentur. Massa refrigerata malaxando aquae purae ope bene eluatur et in catinum rejecta commisceatur cum
Benzoës pulv. *P.* 10,
Styracis liquid. *P.* 1,
Aquae Rosarum *P.* 20.
Dein inter agitationem calefiant, donec leniter ebulliant, spumam supernatantem auferendo. Tum loco calido ad sedimentandum sepone, tandem decantha et cola.

Corpus Pomatarum viridium.

Rp. Foliorum Solani nigri recent. concisor. *P.* 4,

Spiritus Vini *P.* 1/2,
Corporis Pomatarum simpl. liquati *P.* 10.

Coque leni calore usque ad consumptionem partium aquosarum. Tum ope preli calefacti cola.

Cosmeticum Siemerlingii.

(Lotio Gowlandii). Gegen Hautpustel.

Rp. Emulsionis Amygdal. *P.* 300,
Aquae Amygdal. amar. *P.* 20,
Hydrargyri bichlorati *P.* 1/2,
Tinct. Benzoës *P.* 20,
Acidi citrici *P.* 1.

Solve et misce. Laudatur ad pruriginem lavandam.

Emulsio lactica cum Succo Liliorum.

Rp. Aquae Coloniensis,
Aquae Rosarum āā *P.* 10,
— destillat. *P.* 20.

Destillent Partes 20, quibus admisceantur
Talci Veneti *P.* 4,
elutriatione praeparatae.

Signa. *Emulsion laiteuse aux Sucs de Lis* pour embellir le teint et enlever les taches de Rousseur, pour prevenir les Boutons et les Rougeurs de la figure (préparée par Ed. Pinaud. Paris.)

Essentia Acaciae.

Spiritus Acaciae. *Extrait d'Acacia.*

Rp. Pomatae Acaciae *P.* 3.

Lenissimo calore liquatis adde
Spirit. Vini rectfss.,
— rectf. āā *P.* 2.

Digere per aliquot dies et saepius agita. Tum miscelam sepone, ut plane refrigeret. Liquorem spirituosum tum decantha et filtra.

Rp. Florum Acaciae odoriferae rec. alicujus*) *P.* 10,
Aquae font. *P.* 30,
Spirit. V. rectfss. *P.* 20.

Macera per diem unum, tum destilla calore balnei vaporis Partes 20.

*) Acaciae Farnesianae Willd., odoratae, odoratissimae Willd etc., Antillenkassie sunt Flores siccati Acaciae Farnesianae.

Uti Essentia Acaciae parentur:

Essentia s. Spiritus Florum (*Extrait*),

— Cheiranthi Cheiri,
— Dianthi Caryophylli,
— Heliotropii Peruviani,
— Jasmini officinalis,
— Jasmini Sambac,
— Neroli (Flor. Aurantii),
— Polyanthis tuberosae,
— Resedae odoratae,
— Rosae centifoliae.

Essentia Ambrae.

Essence d'Ambre gris.

Rp. Ambrae griseae trit. *P.* 1,
Spiritus Vini rectf. *P.* 15.

Digere loco tepido per aliquot dies, saepius agita, tum filtra.

Ph. Ital. Ambr. 1, Sp. V. 24.

Eodem modo parentur:

Essentia Bals. Tolutani.
— Styracis liquidi,
— Vanillae.

Essentia Bergamottae comp.

Essence bouquet de Bergamotte.

Rp. Olei Bergamottae *P.* 1,
Spirit. Violarum *P.* 15.

M. et filtra.

Essentia Calydor lavatrix.

Rp. Olei Macidis *P.* 2,
Spiritus Patchouli,
Spiritus Jasmini āā *P.* 12,
Balsami Peruviani *P.* 2,
Balsami de Tolu *P.* 1,
Benzoës *P.* 2.

Misce digerendo et filtra. S. Waschparfüm.

Essentia Cedri Libani.

Extrait de Cédre.

Rp. Olei Pini Cedri *P.* 8,
Spirit. Rosarum *P.* 40,
— V. rectf. *P.* 144.

Misce, sepone et filtra.

Essentia Florum.

Essence of Bouquet. Ess Bouquet.

℞p. Olei Bergamott. *P.* 8,
— Limoni *P.* ½,
Essent. Violar. *P.* 64,
— Ambrae *P* 16,
— Resedae *P.* 144.

℞p Rad. Irid. Florent. *P.* 16,
Spirit. V. rectfss. *P.* 120.
Digere per 8 dies, tum filtra et adde
Olei Bergamott. *P.* 3,
— Citri cort. *P.* 2,
— Neroli,
— Aurant. dulc.,
— Petitgrain. āā *P.* 1,
Essent. Moschi *P.* ½,
Aquae Rosarum *P* 12.
Misce, sepone et filtra.

℞p. Essentiae Jasmini,
— Cheiranthi āā *P.* 10,
— Styracis *P.* 1,
Aquae Coloniensis *P.* 30.
Misce, sepone et filtra.

Ess Bouquet.

℞p. Spirit. Violar. odorat.
— Jasmini,
— Neroli āā *P.* 20,
Essent. Styracis *P.* 2,
— Ambrae *P.* 1.

M. Signetur:

ESS BOUQUET
MADE ONLY BY
BAYLEY & BLEW
Cocks pur Street, London.

Flowers of Erin.

℞p. Spiritus Rosarum dest.
Essent. Violarum,
— Jasmini āā *P.* 300,
— Patchouli *P.* 10,
— Vanillae *P.* 15.
M.

Guard's Bouquet.

℞p. Spirit. Rosarum dest. *P.*300,
Essent. Neroli,
— Vanillae,
— Irid. Flor. āā *P.* 100,
— Moschi *P.* 25,
Olei Caryophyll. *P.* ½.
M.

Bouquet des Fleurs de May.

℞p. Spiritus Rosarum dest.,
Essent. Jasmini,
— Neroli,
— Acaciae,
— Vanillae āā *P.* 200,
Spirit. Amygd. amar. *P.* 50.
M.

Jockey-Club.

℞p. Spiritus Rosarum dest.,
— Irid. Flor. aa *P.* 300,
Essent. Acaciae,
— Polyanthis āā *P.* 150,
— Ambrae *P.* 100,
Coque ad colatur. *P.* 288. Liquor expressus per aliquod tempus sepositus decanthetur. *Ph. Bav.*

Ph. Austriac.

Rp. Rad. Sarsaparillae,
— Chinae āā *P.* 1,
Putaminum Juglandis Nucum *P.* 5,
Aquae *P.* 72.

Adde in petia lintea ligatam miscelam, paratam e

Lapidis Pumicis et
Antimonii crudi āā *P.* 1/2.

Coque ad colaturae *P.* 24.

Decoctum Quercus aluminatum.

Rp. Cort. Quercus conc. *P.* 1,
Aquae fontanae q. s.

Coque. Colaturae *P.* 16 admisce

Aluminis *P.* 1/4,
Syrupi Sacchari *P.* 1.

Decoctum regium
s. regale.

Tisane Royale Ph. Gall.

Rp. Folior. Sennae *P.* 16,
Natri sulphurici *P.* 16,
Sem. Anisi *P.* 4,
Sem. Coriandri *P.* 4,
Acidi citrici cryst. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 100.

Digere per aliquot horas. Colaturam exprimendo obtentam filtra.

Decoctum Sarsaparillae *Ph. Brit.*

Decoctum Sarsae.

Rp. Rad. Sarsaparill. *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 60*v.*

Digere per horam unam, tum fiat coctio, ut colaturae sint *P.* 40*v.*

Decoctum Sarsaparillae compositum *Ph. Brit.*

Decoct. Sarzae comp. *Lisbon Diet Drink.*

Rp. Radicis Sarsaparill. *P.* 20,
Ligni Sassafras,
Ligni Guajaci,
Rad. Liquirit. āā *P.* 2,
Cort. Mezerei *P.* 1,
Aquae *P.* 240*v.*

Digere per unam horam, tum coque per horae sextantem et cola. Colaturae sint *P.* 160*v.*

Decoctum Sarsaparillae concentratum *Ph. Bor.*

Extractum Sarsaparillae (Sarsae) liquidum *Ph. Brit.* Tinctura (s. Essentia) Sarsaparillae.

℞p. Rad. Sarsaparill. conc. *P* 20,
Aquae fontanae *P.* 80.

Digere per sex horas calore balnei aquae fervidae. Liquore defuso radici remanenti affunde

Aquae fontanae *P.* 60

et denuo eodem modo digere, tum fortiter exprimendo cola. Colaturae commixtae per diem unum seponantur, ut subsidant, dein filtrentur et calore balnei aquae ad remanentes

Partes 9

evaporent, quibus refrigeratis admisceatur

Spirit. Vini rectf. *P.* 1.

Sit liquor e fusco niger, paulum turbidus.

Ph. Brit. praecipit parationem aequalem. Rd. Sarsap. *P.* 16. Colaturae *P.* 7*v* evaporando obtentis admisce Sp. V. rectf. *P.* 1*v*.

Decoctum Scoparii *Ph. Brit.*

℞p. Summitatum Scoparii (Sarothamni Scoparii *Wimmeri*) *P.* 1,
Aquae *P.* 20*v*.

Per horae sextantem coquantur. Colaturae sint *P.* 16*v*.

Decoctum Scoparii (compositum).

℞p. Herb. florent. Scoparii,
Bacc. Juniper. cont.,
Rad. Taraxaci, āā *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 60*v*,

Coque ad colaturam *P.* 40*v*. *Ph. Lond.*

Decoctum Tamarindorum *Ph. Fenn.*

℞p. Fructuum Tamarindorum a seminibus liberat. *P.* 1,
Aquae fontanae q. s.

Digerantur, interdum agitando, per semihoram. Colaturae sint *P.* 12.

Decoctum Tamarindorum compositum.

℞p. Tamarindorum *P.* 8,
Sacchari albi *P.* 16,
Aquae fervidae q. s.

Semel ebulliant. Colatura sit *P.* 120.

Decoctum Taraxaci *Ph. Brit.*

℞p. Radicis Taraxaci *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 30*v*.

Per horae sextantem coquantur. Colaturae sint *P.* 20*v*.

Decoctum Zittmanni fortius.

℞p. Rad. Sarsaparill. *P.* 96,
Aquae communis *P.* 6912.

In ollam figulinam immissas digere per 24 horas. Tum additis

Sacchari albi,
Aluminis pulv. āā *P.* 6,
Calomelanos *P.* 4,
Cinnabaris praep. *P.* 1,

sacculo linteo inclusis, coque, usque dum Partes 2304 remanserint, sub finem coctionis addendo

Sem. Anisi vulg.,
— Foeniculi āā *P.* 4,
Fol. Sennae *P.* 24,
Rad. Liquirit. glabr. *P.* 12.

Exprimendo cola. Liquorem tunc per aliquod tempus sepositum decantha. Colaturae sint *P.* 2304. *Ph. Bav., Fenn. (Hann.), Hass-, Dan., Bor. vet.*

Si loco partium ponderis singularum Drachmas ponis, aequabunt *P.* 2304 colaturae: 288 Uncias. Si ponis Scrupulos, aequabunt *P.* 2304 colaturae: 96 Uncias.

Ph. Hamb. et *Sl. Hols.* praescribunt Radici Sarsaparillae Aquae Partes 2304 affundendas et colaturae Partes 1536 efficiendas. Ceteroquin compositio aequalis est. Signa: Decoct. forte Sarsap. comp.

Decoctum Zittmanni mitius.

℞p. Rad. Sarsaparill. *P.* 48.

Cum speciebus ex decocto fortiori Partium 2304 residuis mixtas coque cum

Aquae communis *P.* 6912,
usque dum *P.* 2304 remanserint, sub finem coctionis addendo
Corticis Citri fruct,
Cassiae Cinnamomeae,
Cardamomi minoris,
Rad. Liquirit. glabr. aa *P.* 3
Exprimendo cola. Liquorem per aliquod tempus sepositum decantha. Colaturae sint *P.* 2304. *Ph. Bav.*, *(Hann)*, *Hass.*, *Dan.*, *Bor. vet.*

Ph. Fenn. eandem formulam recepit, nisi quod Rad. Liquirit. *P.* 6. sumuntur.

Si loco partium ponderis singularum Drachmas ponis, aequabunt *P.* 2304 colaturae: 288 Uncias. Si ponis Scrupulos, aequabunt *P.* 2304 colaturae: 96 Uncias.

Ph. Hamb. et *Sl. Hols.* praescribunt Aquae Partes 2304 affundendas, atque Radicis Liquiritiae Partes 6 addendas et colaturae Partes 1536 efficiendas. Ceteroquin compositio aequalis est. Signa: Decoct. tenue Sarsap. comp.

Decoctum Zittmanni

Ph. Bor.

Decoctum Sarsaparillae compositum fortius Ph. Bor.

℞. Rad. Sarsaparillae *P.* 100.
Concisis affunde
Aquae communis *P.* 2650.
Digere in vase tecto per horas 24, tum additis
Sacchari albi et
Aluminis pulv. aa *P.* 6,
digestionem calore balnei vaporis, saepe agitando, per horas tres continua. Sub finem digestionis adde
Fructuum Foeniculi,
Fructuum Anisi aa *P.* 4,
Foliorum Sennae *P.* 24,
Rad. Glycyrrhizae *P.* 12,
contusas concisasque, tandem exprimendo cola. Colaturam sepone per aliquod tempus et decantha. Sint colaturae
Partes 2500.

Nota. Ad parandas colaturae

requiruntur	Unc. 24	Unc. 36
Rd. Sarsap.	$7\frac{2}{3}$ Dr.	$11\frac{1}{2}$ Dr.
Aquae	$25\frac{1}{2}$ Unc.	38 Unc.
Sacchar.	28 Gran.	42 Gran.
Aluminis	28 Gran.	42 Gran.
Fr. Anisi	19 Gran.	28 Gran.
Fr. Foenic.	19 Gran.	28 Gran.
Fol. Senn.	$1\frac{5}{6}$ Dr.	$2\frac{3}{4}$ Dr.
Rd. Glyc.	56 Gran.	83 Gran.

Decoctum Sarsaparillae compositum mitius Ph. Bor.

℞. Rad. Sarsaparillae *P.* 50.
Cum speciebus residuis ex decocto fortiore mixtis affunde
Aquae communis *P.* 2650.
Digere in vase tecto calore balnei vaporis per tres horas, saepius agitando. Sub finem digestionis adde
Corticis Fruct. Citri,
Cassiae cinnamomeae,
Cardamomi minoris,
Rad. Glycyrrhizae aa *P.* 3,
contusas concisasque, tandem exprimendo cola. Colaturam sepone per aliquod tempus et decantha. Sint colaturae
Partes 2500.

Nota. Ad parandas colaturae

requiruntur	Unc. 24	Unc. 36
Rd. Sarsap.	$3\frac{5}{6}$ Dr.	$5\frac{3}{4}$ Dr.
Aquae	$25\frac{1}{2}$ Unc.	38 Unc.
Cort. Citri	14 Gran	21 Gran
Cass.cinn.	14 Gran	21 Gran.
Cardam.	14 Gran	21 Gran.
Rd. Glyc.	14 Gran	21 Gran.

Delphininum.

$C^{48}H^{35}NO^{4}$.

℞. Seminum (Delphinii) Staphidis agriae, coloris grisei et grosso modo pulv. *P.* 1000.
Commisce cum
Aquae fervidae q. s.,
ut fiat massa grumulosa, quae forti expressione ab oleo pingui liberetur. Placentae residuae pulveratae affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 3000,
Acidi sulphurici diluti *P.* 10.
Digere saepius agitando per diem unum, tum exprimendo cola. Residuum ex expressione pulveratum, denuo affusis
Spiritus V. rectfss. *P.* 1500,
Acidi sulph. diluti *P.* 5,
digere per horas duodecim et exprimendo cola. Colaturae commixtae, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, calore balnei aquae ad extracti spissitudi-

nem tenuioris evaporando redigantur, dein solvantur in

Aquae calidae *P.* 200,

in quibus antea solutae sunt

Kali sulphurici *P.* 15.

Liquorem saepe agitatum sepone per aliquot dies loco frigido, tum filtra, filtrum aquae paulo abluendo. Liquori limpido, evaporando calore balnei aquae ad circiter *P.* 120 redacto, dein refrigerato, inter agitationem instilla

Ammoni caustici soluti

q. s., ut Ammonum praevaleat.

Praecipitatum inde enatum filtrando separa, aquae frigidae parva copia ablue et, immixtis

Plumbi oxydati pulv. *P.* 20,

lenissimo calore ad siccum redige. Massa sicca, ad pulverem subtiliorem contrita immissaque in vas deturbatorium,

Aethere purissimo

exhauriatur.

Liquor aethereus, Aethere destillando elicito, lenissimo calore ad siccitatem redigatur et massa dein residua solvatur in

Acidi hydrochlorici, Aquae destillatae 50plo diluti q. s.

Liquori, admixto carbone animali depurato, post aliquot horas filtrato instilla

Ammoni caustici soluti,

quantum ad praecipitandum Delphininum requiritur, quod in filtro collectum aqua frigida abluatur et loco tepido siccetur. Denuo in Aethere solutum loco tepido lente exsiccetur. Effic. *P.* 2 ad 3. Sit pulvis amorphus albus aut albidus.

Dextrina.

Dextrinum. Dextrin. Leiokom.

Rp. Amyli *P.* 1000.

Exacte misceantur cum liquore, miscendo parato ex

Acidi nitrici crudi *P.* 2,
Aquae *P.* 300,

et in placentas redigantur, quae primum loco tepido siccatae calore furni pistorii (150° C.) siccentur, postremo in pulverem redigantur.

Dictamia.

Rp. Sacchari albi *P.* 217,
Amyli albi *P.* 125,
Farinae Tritici Speltae *P.* 92,
Massae Cacao *P.* 62,
Vanillae *P.* 1.

M. f. pulvis.

Digitalina.

Digitalinum.

Rp. Herbae Digitalis purp. (cum Seminibus) siccatae concis. *P.* 1000.

Affunde

Spirit. V. rectf. *P.* 5000.

Digere per 24 horas. Liquido preli ope colato, residuo iterum affunde

Spirit. V. rectf. *P.* 2000,

digere et exprime. E liquoribus commixtis filtratis destillando ex balneo aquae Spiritum Vini elice. Residuo liquori inter assiduam agitationem evaporando ad *P.* remanentes 400 circiter diminuto admisce

Acidi acetici diluti

eam quantitatem, ut Acidum paululum praevaleat.

Admixtis

Carbonis animalis depurati *P.* 10

per diem unum sepone, tum filtra. Liquori limpido, saturato Acido praevalente Ammono caustico addito, instilla

Acidi tannici e gallis Turticis q. s.,

antea in

Aquae destill. calidae 20plo

solutum, quamdiu inde praecipitatum efficitur. Cave autem, ne Acidum tannicum praevaleat.

Praecipitatum exortum in filtro collige, aquae paululo ablue et adhuc humidum conterendo cum

Lithargyri praepar. *P.* 20,

quas Aquae fervidae q. s. antea humectavisti, accurate misce et post horas 24 in balneo vaporis per aliquot horas macera, tum exsicca. Residuum in pulverem redactum digere in

Spiritus V. rectfss. *P.* 30.

Tinctura adhuc calida filtrata, residuum in filtro iterum iterumque Spiritu V. rectfss. calido ablue, donec liquor defluens non amplius amarus sit. Liquores commixti, Spiritu aliqua ex parte destillando elicito, cum

Carbonis animal. dep. *P.* 1,
Magnesiae ustae *P.* 1/8

commisceantur et in balneo vaporis ad siccum evaporent. Residuum contritum in

Spiritus V. alcohol. *P.* 10

per horam unam digeratur, et Spiritu adhuc calido filtrando separato, iterum residuo par quantitas Spiritus ejusdem affundatur et in eo digeratur. Haec operatio repetatur, quamdiu Spiritus aliquid solvit.

Liquores commixti denique, Spiritu maxima ex parte destillando elicito, in balneo vaporis ad siccum evaporent. Residuum paulo Aetheris puri ablutum et exsiccatum in pulverem redigatur, quem caute serves. Sit massa amorpha alba, valde venenosa.

Dulcamarinum.

$C^{65}H^{50}NO^{29}$ (Dŭlc.).

Rp. Stipitum Dulcamarae siccatorum et minutim concisorum *P.* 100,
Spiritus V. rectfss. *P.* 600.

Digere per 24 horas et ope preli exprime. Residuo affunde

Spiritus V. rectf. *P* 600,

iterumque digere per 24 horas, tum exprime. Liquores sedimentando filtrandoque depurati destillent, donec Spiritus Vini elicitus fuerit. Fluidum aquosum remanens in patinam porcellaneam effunde et tamdiu calefac, interdum agitando, donec partes spirituosae plane avolaverint et pondus fluidi residui circiter Partes 30—40 exaequet, quibus perfecte refrigeratis admisce

Acidi tannici *P.* $\frac{1}{2}$,

vel q. s., antea in Aqua destillata solutam, quamdiu praecipitatum inde efficitur. Praecipitatum collectum et aqua frigida ablutum, adhuc humidum, commisceatur cum

Lithargyri praeparati *P.* 3,
Carbonis puri veget. *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 12.

Miscela digeratur per diem unum et saepius agitetur, tum calore balnei aquae ad siccum evaporet. Residuo trito affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 10.

Digere et filtra. Extractio ope Spiritus hujus saepius repetatur, quamdiu aliquid solvitur. Tincturae mixtae, Spiritu maxima ex parte destillando elicito, leni calore ad siccum evaporent et residuum conteratur. Effic. circiter $\frac{1}{5}$ *P.* Sit pulvis ex albido flavescens, saporis amari.

Elaeosacchara.

Rp. Sacchari albi pulv. *P.* 30,
Olei aetherei cujuslibet *P.* 1.

M. exacte. Vel:

Rp. Sacchari albi pulv. Scrupulum 1,
Olei aetherei cujuslibet Guttam 1.

M. exacte.

Ph. Belg.	Sacch	*P.* 98,	Ol. *P.* 2.
Ph. Norv.	—	*P.* 99,	— *P.* 1.
Ph. Dan.	Sacch.	Dr. 1,	Ol. Gtt. 1.
Ph. Fenn.	—	Dr. 1,	— Gtt. 2.
Ph. Sax.	—	Dr. 1,	— Gtt. 2.
Ph. Wrtb.	—	Dr. 1,	— Gtt. 2.

Elaeosaccharum Crotonis Olei.

Rp. Olei Crotonis *P.* 1,
Elaeosacchari Cinnamomi

M. exacte *P.* 60.

Elaeosaccharum Flavedinis Citri.

Rp. Fructum Citri integrum recentem.

Atteratur ad Sacchari albi frustum idoneum, donec ejus superficies oleo aethereo satis imbuta fuerit, quae cultro abrasa in mortario lapideo tepefacto in pulverem aequabilem trita servetur in lagena obturata.

Pari modo paretur

Elaeosaccharum (Flavedinis) **Aurantii.**

Elaeosaccharum Macidis *Ph. Austr.*

Rp. Macidis *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 24.

M. f. pulv. subtilissimus.

Elaeosaccharum Vanillae.

Elaeosaccharum Vanigliae.

Rp. Vanillae minutim conc. *P.* 1,
Sacchari lactis *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 10.

Optime contritae per cribrum trajiciantur et serventur.

Ph. Bad.	Van. 1,	Sacch. 12.
Ph. Hass.	— 1,	— 8.
Ph. Wrtb.	— 1,	— 15.

Elaterina.

Elaterinum. Momordicinum.

Rp. Extracti Elaterii *P.* 10,
Lithargyri praep. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 30.

In lagenam immissae digerantur per diem unum et saepius agitentur. Tum loco frigido per aliquod tempus sepone. Sedimentum exortum in filtro collige, aqua frigida bene ablue et, admixta Carbonis pulverati vegetabilis Parte una, calore balnei vaporis exsicca. Residuum pulveratum affundendo et digerendo ope Spiritus Vini alcoholisati et filtrando bene elixivetur. Tincturae obtentae commixtae, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, cum Aqua destillata commisceantur. Praecipitatum inde exortum aqua et dein Aethere puro abluatur et iterum calore adjuvante in Spiritus Vini alcoholisati justa quantitate solutum loco tepido seponatur, ut evaporatione spontanea in crystallula abeat. Sint crystallula peramara decoloria, in Spiritus Vini frigidi *P.* 5, ejusdem fervidi *P.* 2, non in aqua solubilia.

Elaylum chloratum.

$C^4H^4Cl^2$. Chloruretum Elayli. Oleum Gasis oleum formantis. Oleum Chemicorum Hollandicorum. Liquor Hollandicus. Aether anaestheticus Arani.

Rp. Acidi sulphurici conc. Angl. *P.* 10.

Caute admisce

Aquae destill. *P.* 2¾—3,

aut quantum requiritur, ut pondus specificum miscelae, usque ad +15° C. refrigeratae, aequet 1,667 ad 1,669. Miscelam hanc acidam immitte in retortam vitream tubulatam, ad partem dimidiam replendam, cui antea ramenta Platini aut Arenam quarzosam ingessisti. Retorta in balneo arenae sit collocata et ope epistomii perforati tubo vitreo curvato ita instructa, ut hic tubus retortam cum cucurbita, quae

Spirit. V. rectfss. *P.* 15—20

continet, conjungat. Collo retortae (apice elevato, ut guttulae forsan transilientes in retortam refluant) tubus vitreus ope epistomii perforati sit impositus, qui retortam cum lagena tritubulata, lavatoria dicta, continente quantitatem sufficientem

Aquae frigidae,

conjungit. Lagenae lavatoriae ope epistomiorum perforatorum tum tubus securitatis, tum tubus vitreus curvatus insertus sit, qui posterior lagenam lavatoriam cum excipulo, continente

Liquoris Stibii chlorati concentrati *P.* 20,

gase Chlori introducto saturatas, conjungit.

Excipulum iterum aequali modo cum lagena parva bitubulata, ut lege artis opereris, conjungere potes. Haecce lagena contineat parvam quantitatem

Liquoris Stibii chlorati,

et sit instructa tubo vitreo aperto.

Itaque apparatus totus constat e
I. cucurbita cum Spiritu Vini,
II. retorta cum Acido sulph.,
III. lagena lavatoria cum aqua,
IV. excipulo cum Liquore Stibii chlorati,
V lagena ultima,

quae ratione apparatus Woulfiani conjuncta sunt. Optime operaberis, si vasa I III IV tubis securitatis muniveris. Tubus vapores spirituosos transducens alter infra miscelam acidam ad pollicem unum circiter immersus sit, tubus alter ejusdem modi infra Liquorem Stibii fere usque ad fundum excipuli porrigatur.

Excipulum et lagenam lavatoriam bene refrigeres.

Juncturis omnibus luto et vesica humectata bene clausis, fiat destillatio ea ratione, ut post calefactam miscelam acidam in retorta usque ad ebullitionem destillatio lenta Spiritus Vini efficiatur, et tamdiu inter ebullitionem miscelae acidae continuetur, quamdiu gas evolutum Liquore Stibii absorbetur. Cave ne Gas per juncturas perrumpat, neve admoveas flammam.

Liquor Stibii chlorati gase (CH) plane saturatus tum destillationi e balneo arenae subjiciatur, quamdiu fluidum aqua gravius prodit, quod eodem modo quo Chloroformium ab aqua, acido etc. adhaerente liberetur. Servetur in lagenis vitreis obturatis.

Sit liquor limpidus, coloris expers, odoris saporisque grati dulciusculi, ab acido et aqua plane liber, calore 85° C. ebulliens. *P.* spec. =1,24.

Electuarium anthelminthicum *Ph. Bad.*

Rp. Rad. Filicis maris,
— Valerianae,
Florum Cinae,

Kali sulphurici aa P. 2,
Aquae destill. P. 8,
Mellis P. 16.

Misce pulveres cum aqua et postremo cum Melle. Paretur quoties usus poscit.

Electuarium anthelminthicum Hufelandi Ph. paup.

Rp. Rad. Valerianae P. 3,
Rad. Jalapae P. 2,
Florum Cinae P. 8,
Kali tartarici P. 4.
Pulveratis admisce
Oxymellis scillitici P. 12,
Syrupi communis q. s.,
ut fiat electuarium.

Electuarium anthelminthicum Sellii.

Rp. Florum Cinae P. 7,
Ferri sulphurici cryst.,
Extracti Chinae aa P. 2.
Pulveratis admisce
Syrupi Cinnamomi q. s.,
ut fiat electuarium.

Electuarium anthelminthicum (Störkii).

Elect. Seminis Cinae comp.

Rp. Florum Cinae P. 4,
Rad. Valerianae,
Rad. Jalapae aa P. 1,
Kali sulphurici P. 2.
Pulveratis admisce
Oxymell. scillitici P. 20.
Signa: ter uno die cochlear parvum.
Ph Bad., Sl. Hols., Hamb., Dan., Norv.

Ph Hann. Flor. Cinae, Rhiz. Filicis maris, Rd. Valerian. aa 3, Rd. Jalap. 1, Syr. comm. 30. M.

Electuarium anticachecticum Wardii.

Confectio s. Electuarium Piperis.
Ward's paste.

Rp. Piperis nigri,
Rad. Helenii aa P. 1,
Sem. Foeniculi P. 3,
Sacchari albi P. 2,
Mellis depur. P. 2 vel q. s.
M. l. a. ut fiat electuarium. *Ph. Lond.*

Electuarium antifebrile.

Fieberlatwerge.

Rp. Cort. Chinae reg. P. 8,
Ammoni muriatici P. 1,
Succi Sambuci insp.,
Syrupi simplicis aa P. 16.
M. f. elect.

Opiat fébrifuge *Ph. Gall.*

Rp. Cort. Chinae fuscae P. 72,
Ammoni muriatici P. 4,
Mellis optimi,
Syrupi Absinthii aa P. 64.
M.

Electuarium aperiens.

Rp. Folior. Sennae pulv. P. 2,
Tartari depurati P. 1,
Pulpae Tamarind. P. 4,
Syrupi Mannae P. 8.
Terendo commisceantur. *Ph. Norv., Dan.*

Electuarium aromaticum s. stomachicum.

Rp. Pulveris aromatici,
Herbae Absinthii pulv.,
Herbae Salviae pulv.,
Elaeosacch. Menth. pip.,
Cretae pp. aa P.,
Mellis depurati q. s.
M. f. electuarium.

Ph. Norv. Rad. Angelic. 6, Rd. Valerian. 4, Cass. cinn. 2, Cardam., Caryophyll., Croci, Ferri sulphurici aa 1, Mell. dep. 48.

Ph. Austr. Hb. Absinth., Saturej., Serpyll., Menth. p., Salv. aa 4, Rad. Ang., Serpent., Zingib. aa 2, Cass. cinn., Caryoph., Nuc. mosch. aa 1, Mell. q. s.

Confectio aromatica s. Raleighiana s. cardiaca *Ph. Lond.*

Rp. Cassiae cinnamom.,
Nucum moschat. aa P. 2,
Caryophyllor. P. 1,

Cardamomi *P.* 1/2,
Croci *P.* 2,
Cretae praep. *P.* 16,
Sacchari *P.* 24.
Pulveratae commisceantur cum
Aquae calidae q. s.,
ut fiat electuarium.

Electuarium balsamicum Bodartii.

Opiat balsamique de Bodart.

Rp. Olei Amygdalarum,
Cerae flavae aa *P.* 280.

Calore balnei aquae colliquatis inter agitationem admisce mixturam, quae conterendo leni calore effecta est ex

Aluminis subt. pulv. *P.* 30,
Cubebarum pulv. *P.* 90,
Balsami Copaivae *P.* 660,
Terebinth. Venetae *P.* 90,
Balsami Peruviani *P.* 50,
Olei Anisi *P.* 2,

tum agita, donec massa mixta refrigerata sit. — *Dosis:* Quotidie ter quaterve quantitas ad modum Nucis avellanae, in azymum involuta, porrigatur contra affectiones catarrhales et blennorrhoicas membranarum mucosarum, praecipue contra catarrhum chronicum, cystitidem chronicam, leucorrhoeam.

Electuarium Cassiae.

Confectio Cassiae *Ph. Lond.*

Rp. Syrupi Rosarum *P.* 8,
Mannae *P.* 2.

Digere. Colaturae admisce

Pulpae Cassiae fist. *P.* 6,
— Tamarind. *P.* 1.

Tum leni calore evaporando ad justam consistentiam electuarii redige.

Electuarium Catechu (compositum).

Diascordium Fracastorii.

Rp. Catechu pulv. *P.* 200,
Cass cinnamom. pulv. *P.* 25,
Nuc. moschat. pulv. *P.* 20,
Opii pulv. *P.* 5,
Syrup. s. Mell. Rosar. *P.* 750.

M. f. electuarium. *Ph. Belg.*

Electuarium catholicum.

Electuar. Rhei compositum Catholicum duplicatum cum Rheo.

Rp. Rad. Liquiritiae,
Rad. Rhei,
Fol. Sennae aa *P.* 4,
Sacchar albi *P.* 32,
Sem. Foeniculi *P.* 2.

Subtilissime pulveratis admisce

Pulpae Tamarind. *P.* 8,
Syrupi Sacchari q. s.,

ut fiat electuarium, quod calore balnei aquae calefactum, tum refrigeratum et agitatum asserves.

Electuarium dentifricium.

Electuarium gingivale. Zahnlatwerge.

Rp. Lapidis Pumicis *P.* 8,
Tartari depurati,
Concharum aa *P.* 16,
Myrrhae,
Rad. Iridis Fl.,
Aluminis usti,
Coccionellae aa *P.* 4.

Subtilissime pulveratas commisce cum

Olei Caryophyllor. *P.* 1/2,
Mellis despumati *P.* 144.

Fiat l. a. elect. *Ph. Hamb.*

Ph. Hann. Lap. Pumic., Tart. dep. aa 12, Lap. Cancr., Myrrh., Rd Irid. Fl. aa 4, Coccionell 1½. Subtilissime pulv. admisce Mell. rosati 72. Ol. Caryoph. ¼.

Ph. Dan Coccionell 3, Kali carb. 1, Tart. dep. 12, Alum. ust 3 Conch. praep., Oss. Sepiae, Rd. Irid. Fl. aa 24, Ol. Caryoph. 2, Mell. rosati q. s.

Electuarium Diaphaenix.

Diaphaenix.

Rp. Amygdal. dulc. deglupt. *P.* 112.

Ope Mucilaginis Gummi Arabici q. s. contundendo praeparatae commisceantur cum miscela pulverea, parata e

Rad. Zingiberis,
Piperis nigri,
Cassiae cinnam.,

Sem. Foeniculi,
Macidis aa P. 8,
Rad. Jalapae P. 90,
Scammonii P. 50,
Sacchari P. 500 et
Mellis depurati P. 1000
vel q. s.,
ut fiat electuarium.

Electuarium Diascordium.

Electuarium Scordii. Elect. adstringens opiatum. Diascordium.

Rp. Rad. Tormentillae,
Cort. Cassiae cinn.,
Gummi Arabici,
Florum Rosarum,
Boli Armenae aa P 20,
Opii puri P. 2,
Rad. Zingiberis,
Catechu aa P. 5.
Subtilissime pulveratis admisce
Mellis rosati q. s.,
ut massa electuarii tota exaequet Partes 400.

Electuarium contra Haemoptoen.

Blutspeiungslatwerge.

Rp. Kali nitrici P. 4,
Boli Armen. P. 1,
Conservae Rosar. P. 4,
Syrup. simpl. q. s.
M. l. a., ut f. elect. *(Ph. Dan.)*

Electuarium Hospitii Chelseani.

Electuarium antirheumaticum. *Chelsea pensioner's electuary.*

Rp. Resinae Guajaci P. 5,
Rad. Rhei P. 10,
Tartari depurati P. 30,
Flor. Sulphuris P. 60,
Nuc. moschat. P. 5,
Mellis P. 500.
M. f. l. a. electuarium.

Electuarium lenitivum Wintheri.

Rp. Syrupi mannati P. 96,
Acidi citric. cryst. P. 3,
Pulpae Tamarindorum,
— Cassiae fist. aa P. 16,
Foliorum Sennae pulv.,
Tartari depur. aa P. 12.
M.

Electuarium mundificans.

Elect. Sarsaparillae comp. Elect. mundificans Werlhofii. Blutreinigende Latwerge.

Rp. Rad. Sarsaparill. P. 24,
Ligni Guajaci P. 8,
Fol. Sennae P. 4,
Rad. Rhei P. 2,
Cort. Sassafras,
Sem. Anisi aa P. 1.
Pulveratas misce cum
Mellis despumati P. 96.
Ph. Sl. H., Dan.
Ph. Hann. Rd Sarsap. 60, Rd. Rhei 5, Lign. Guaj. 20, Fol. Senn. 30, Lign. Sassafr., Sem. Anisi aa 2½, Mellis desp. 360. Pro *P.* Grana sumpta praebent dosin dispensandam.

Electuarium mundificans Himlyi.

Rp. Radicis Imperatoriae,
Ligni Guajaci,
Folior. Sennae aa P. 20,
Baccar. Juniperi,
Cort. Ligni Sassafras,
Radicis Jalapae,
Rad. Enulae aa P. 10,
Sem. Anisi P. 5.
Pulveratas commisce cum
Mellis depurati P. 360.
Pro *P.* Grana sumpta praebent dosin dispensandam. S. Quotidie ter cochlear minus.

Electuarium Myrrhae compositum.

Elect. odonticum roborans.

Rp. Myrrhae,
Sanguin. Draconis,
Catechu aa P. 3,
Saponis Hispanici,
Caryophyllorum aa P. 8,

Mellis *P.* 8,
Spirit. V. rectf. q. s.
M. f. l. a. electuarium. *(Ph. Suec.)*

Electuarium Opii.

(Confectio Opii.)

Rp. Pulveris aromatic. *P.* 10,
Mellis depurati *P.* 20,
Opii pulverati *P.* 1.
Misce. *(Ph. Lond.)*

Electuarium Scammonii.

Confectio Scammonii.

Rp. Scammonii *P.* 12,
Caryophyllorum,
Rad. Zingiberis āā *P.* 6,
Olei Carvi *P.* 1/2,
Syrupi Sacch. *P.* 18,
Mellis despum. *P.* 6.
M. f. electuarium *(Ph. Brit.)*

Electuarium e Senna

s. lenitivum.

Confectio Sennae

Rp. Fol. Sennae *P.* 50,
Acidi tartarici *P.* 2 1/2,
Tartari depurati *P.* 5,
Sem. Anisi stellati *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 220.
Pulveratis admisce
Aquae fervidae *P.* 100 vel quantum sufficit, ut fiat electuarium.

Ph. Bor. Fol. Senn. 9, Sem. Coriandri 1, Syr. Sacch. 48, Pulp. Tamarind. 16.

Ph. Bav. Fol. Senn., Tart. dep. āā 1, Pulp. Tamarind. 8, Syr. Sacch. 4 *(Ph Sax.* Syr. Sacch. 6).

Ph. Bad. Fol. Senn. 9, Sem. Anisi 1, Pulp. Tamarind. et Prunor. āā 10, Syr. Sacch. 56.

Ph. Würtb. Fol. Senn. 2, Sem. Coriandri 1, Pulp. Prun. 6, Syr. Sacch. 7.

Ph. Hamb. Fol. Senn. 2, Sem. Coriandri 1, Pulp. Tamar. et Prun. āā 4, Syr. Sacch. 9.

Ph. Austr. Pulp. Prun. 6, Succ. Samb. insp. 6, Fol. Senn., Tart. dep. āā 1, Mellis depur. quant. satis.

Ph. Belg. Fol. Sennae 122, Rd. Liquir. 45, Aq q. s. Macera. In colat. solv. Sacch. 452 et evaporando ad part. remanentes 612 redige. Dein admisce Fol. Sennae 62, Sem. Coriandri 47, Conserv. Cassiae, Pulp. Tamar., Pulp. Prunor. āā 93, Syr. Sennae 612, ut f. elect.

Ph. Batav. Senn. 2, Sem. Coriandr. 1, Pulp, Cass, — Tamarind., — Prun. āā 1½, Syr. Sacch. 7.

(Ph. Brit.) Fol. Sennae 14, Sem. Coriandri 6, Pulp. Tamarind. 16, Pulp. Prunor. 10, Pulp. Cassiae 16, Extracti Liquiritiae 1½, Syr. Sacchari 45, Aq. q. s. (12).

Ph. Dan. Caricar. 16, Aq 96. Coque ad reman. 48. Sub finem coctionis adde Rad Liquir. 4. Colaturae coquendo ad *P.* 12 redactae, adhuc fervidae admisce Sacch. 40, Pulpae Tamarind. 6, Pulp. Prunorum 12, Fol. Sennae 8, Sem. Coriandri 4.

Ph. Fenn. Sem. Coriandri 1, Fol. Senn. 8, Syr. Sacch. 12, Pulp. Tamarind. 24. M.

Ph Hann. Sem. Coriandri 3, Fol. Senn. 6, Pulp. Tamarind. 16, Syr. Sacch. 48.

Ph. Hass. Sem. Anisi vulg. 1, Fol. Sennae 10, Pulp Tamarind. 20, Syr. Alth 50.

Electuarium sinapinum.

Mostardum. *Moutarde.*

Rp. Sem. Erucae *P.* 80,
— Sinapis nigr. *P.* 50,
— Amomi *P.* 10,
Cassiae cinnam. *P.* 2,
Caryophyllorum *P.* 1,
Salis culinaris *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 100.
Subtiliter pulveratis admisce
Farinae secalinae *P.* 100,
Aceti Vini q. s.,
ut fiat electuarium molle.

Rp. Sem. Erucae,
Sem. Sinapis nigri,
Sacchari albi,
Farinae secalinae,
Salis culinaris āā *P.*,
Aceti Vini q. s.
M. ut f. electuarium molle.

Electuarium stomachicum (Helvetii).

Opiat aphrodisiaque.

Rp. Tincturae Zingiberis *P.* 100,
— Caryophyll. *P.* 40,
— aromaticae *P.* 50,
— Cinnamomi *P.* 60,

Olei Citri *P.* 1,
— Cinnam. *P.* 3,
Syrupi Sacchari *P.* 500.
Mixtae agitataeque leni calore ad *P.* 500 remanentes evaporent, quibus admisceantur
Extracti Cascarillae,
— Cort. Aurantii ãa *P.* 10,
Elect. Theriacae *P.* 100.
Dosis: Quotidie ter cochlear minus.

Electuarium Sulphuris.

Confectio Sulphuris *Ph. Brit.*

℞p. Sulphuris sublimati *P.* 4,
Kali bitartarici *P.* 1,
Syrupi Cort. Aurant. *P.* 4v.
M.

Electuarium Tamarindorum Fulleri.

℞p. Pulpae Tamarindor.,
Sacchari pulv. ãa *P.* 12,
Fol. Sennae pulv. *P.* 4,
Tartari depur. *P.* 1,
Mannae *P.* 24,
Aquae fervidae *P.* 48.
Manna in aqua solvatur et liquor coletur, tunc ceterae partes admisceantur, ut calore leni electuarium fiat.

Electuarium Terebinthinae.

Confectio Terebinthinae *Ph. Brit.*

℞p. Olei Terebinthinae *P.* 1v,
Radicis Liquirit. pulv. *P.* 1,
Mellis despumati *P.* 2.
M. f. elect.

Electuarium Theriaca.

Theriacum. Elect. anodynum. Theriaca. Elect. aromaticum c. Opio. Elect. opiatum.

℞p. Opii puri *P.* 1,
Rad. Angelicae *P.* 6,
— Serpentar. Virg. *P.* 4,
— Valerianae,
— Scillae,
— Zedoariae, ãa *P.* 2,
Cassiae cinnam. *P.* 8,
Cardamomi minoris,
Myrrhae,
Ferri sulphurici cryst.,
Caryophyllorum ãa *P.* 1.
Subtiliter pulveratae commisceantur cum
Syrup. Sacchari,
Mellis depurati ãa *P.* 36.
Nota. Partes 100 continent circiter *P.* 1 Opii *(Ph. Hass.)*

℞p. Pulveris aromat. *P.* 240,
Rad. Serpentar. pulv. *P.* 120,
Opii pulv. *P.* 20,
Tinct. aromat. *P.* 60,
Mellis puri *P.* 600.
M. Leni calore fiat electuarium. *(Ph. Belg.)*

Electuarium Tronchini.

Marmelade de Tronchin.

℞p. Mannae electae,
Syrupi Violarum,
Olei Amygdal. dulc. ãa *P.* 30,
Pulpae Cassiae *P.* 8,
Aquae Naphae *P.* 5.
M. l. a. Quaque hora cochlear minus contra affectiones catharrhales.

Elixir acidum.

Elixir acidum Halleri. Elixir acidum Dippelii. Acidum Halleri. Aqua Rabelii *Ph. Hb.* Mixtura sulphurica acida *Ph. Hb., Bor.* Acidum sulphuricum alcoholisatum. (Elixir acidum rubrum). Liquor acidus Halleri. Haller'sches Sauer.

℞p. Spirit. Vini rectfss. *P.* 3.
Paullatim instilla
Acidi sulphurici rectf. *P.* 1.
Serva in vase epistomio vitreo munito.
Ph. Bor., Belg., Hb., Sl. H., Gall, Fenn., Hass.
Ph. Bav., Austr., Bad., Wrtb., Hann., Dan., Bat., Ph. mil. Austr. (Elixir acid. Halleri *Ph. Hb., Belg.)* Spir. V. rectfss. et Acidi ãa.
Ph. Norv., Sax. Spir. V. rectfss. 4, Acid. 1.

Elixir acidum rubrum *Ph. Dan.*

Tinctura antiscorbutica.

℞p. Spirit. Vini rectfss. *P.* 64,
Acidi sulphurici rectf. *P.* 16,
Coccionellarum pulv. 1.
Misce, digere et filtra.

Elixir ad longam Vitam.

Tinctura Aloës composita *Ph. Hass.* Elixir amarum Hjaerneri. Elixir sacrum. Elixir Suecicum. Elixir Jernitzii. Guttae Jenenses.

℞p. Aloës lucidae *P.* 30,
Boleti Laricis,
Rad. Rhei,
— Zedoariae,
— Gentianae rubrae,
— Galangae,
Myrrhae,
Electuar. Theriac. aa *P.* 8,
Croci *P.* 6,
Sacchari albi *P.* 96.

Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 1152.

Macera per aliquot dies, tum exprime et filtra. *Ph. Bor. vet.*

℞p. Aloës *P.* 5,
Myrrhae,
Rad. Rhei,
— Gentianae,
— Zedoariae,
— Galangae,
Agarici,
Croci aa *P.* 1,
Electuar. Theriacae *P.* 2,
Sacchari albi *P.* 20.

Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 96,
Aquae destill. *P.* 48.

Digere etc.

Ph. Bav., Hass. Aloës 9. Rd. Gent., — Rhei, Zedoar., Croci, Agarici, Elect. Theriac. aa 1, Spirit. V. rectf. 192 (256 *Ph. Hass.*)

Ph. Wrtb. Compositio eadem *Ph. Bav.* sine Elect. Theriac.

Elixir aloëtico-febrifugum Recamieri.

℞p. Aloës,
Myrrhae grosse pulv. aa *P.* 1,
Aquae destill.,
Spiritus V. rectf. aa *P.* 45.

Digere per diem unum, tum filtra. Tincturae limpidae adde
Chinini sulphurici *P.* 3,
Acidi sulphurici diluti *P.* 2,
Tincturae Opii crocatae *P.* 1,
et misce.

Elixir amarum.

℞p. Extracti Trifolii,
Extr. Aurant. cort. aa *P.* 12.

Solve in
Aquae Menthae pip.,
Spiritus V. rectf. aa *P.* 16.

Tum adde
Spiritus aetherei *P.* 1.

Ph. Bor. vet.

Elixir amarum (ordinar.)

Ph. mil. Bor.

℞p. Extracti Absinthii vel Trifolii *P.* 2.

Solve in
Aquae Menthae pip. *P.* 32.

Tum adde
Tincturae Aurant. Pomor. immat. *P.* 1.

Signa Cochlear unum ter quaterve uno die sumatur.

Elixir amarum concentratum

Ph. mil. Bor.

℞p. Extracti Absinthii vel Trifolii,
Aquae communis aa *P.* 32,
Tincturae Aurant. Pomor. immat. *P.* 16,
Olei Menthae pip. *P.* 1/4,
Sacchari albi pulv. *P.* 4.

Solve et misce.

Nota. Hujus Elixirii *P.* 1 et Aquae communis *P.* 6 commixtae constituunt **Elixir amarum ordinarium.**

Elixir Americanum.

℞p. Rad. Helenii *P.* 80,
Folior. Aurant. *P.* 40,
Florum Sambuci *P.* 30,
— Tiliae *P.* 20,
Bacc. Juniperi,
Hb. Rorismarini,
Opii aa *P.* 15,
Rad. Asari *P.* 10,
Spirit. V. rectfss. *P.* 1200,
Aquae *P.* 600.

Maceratione f. l. a. elixirium.

Elixir ammoniato-opiatum.

Elixirium pectorale *Ph. Bad.* Elixir. pectorale Reg. Daniae.

Rp. Elixirii e Succo Liquiritiae *P.* 40,
Tincturae Opii crocatae *P.* 1.

M. *P.* 240 mixtionis contineant solubile ex Opii Parte una. *Ph. Hb., Bor. vet.*

Elixir antapoplecticum Jacobinorum.

Rp. Tinct. amarae,
— aromaticae āā *P.* 500,
— Angelicae,
— Aloës āā *P.* 20,
Succi Liquiritiae,
Aquae Rosar. āā *P.* 10,
— Cinnamomi *P.* 200,
Olei bacc. Juniperi,
— Anisi āā *P.* 2.

Misce, sepone et filtra.

Elixir antarthriticum.

Rp. Extracti Trifolii *P.* 1,
Tincturae amarae *P.* 6,
Elixir. acidi Halleri,
Aquae destill. āā *P.* 1.

Solve et misce. *(Ph. Norv.)*

Ph. Dan. Extr. Trif. 1, Tinct. Trifolii 6, Elix. acid. rubri 1.

Elixir antarthriticum Caraïbaeorum.

Ratafia des Caraïbes. Tinctura Emerigonis.

Rp. Spirit. Sacchari Indici *P.* 15,
Tinct. Guajaci ligni *P.* 1.

M.

Elixir antarthriticum Herlikoferi.

Rp. Tinct. Colchici seminis,
Tinct. Colchici bulbi āā *P.* 1,
Spirit. Vini rectif. *P.* 2.

M.

Elixir antasthmaticum Aaskovii.

Essentia s. Tinctura Digitalis composita.

Rp. Fol. Digitalis *P.* 2,
Rad. Liquirit. *P.* 4,
Spirit. V. rectf.,
Aq. Foeniculi āā *P.* 5.

Digere et filtra. *Ph. Norv.*

Ph. Dan. Fol. Digit. 2, Rd. Liquir. 4, Ligni Sant. rubr. 1, Sp V. rectf., Aq. Foenic. āā 12.

Elixir antasthmaticum Boerhavii.

Rp. Rad. Enulae,
— Calami āā *P.* 10,
— Irid. Florent. *P.* 3,
— Asari *P.* 2,
Sem. Anisi vulg. *P.* 3,
Succi Liquiritiae *P.* 8,
Camphorae *P.* $^1/_3$,
Spirit. Vini rectf. *P.* 300.

Macera per hebdomadem, saepius agita et exprimendo cola. Colatura filtretur.

Elixir antasthmaticum Lemorti.

Rp. Tincturae Opii benzoicae *P.* 64,
Kali carbonici *P.* 2,
Succi Liquirit. *P.* 4,
Syrupi simpl. *P.* 8.

Misce, agita et filtra.

Elixir anticatarrhale Hufelandi.

Rp. Extracti Cardui bened. *P.* 60,
Extracti Dulcamarae *P.* 20.
Solve in
Aquae Foeniculi *P.* 480,
Aquae Amygdal. am. conc. *P.* 60.

M. D. S. Quater quoque die guttae 60.

Elixir antiscrophulosum.

Tinctura Gentianae ammoniacalis *Ph. Gall.*

Rp. Extracti Gentianae *P.* 4,
Ammoni carbonici triti *P.* 1,

Spiritus V. rectf. *P.* 100,
Aquae *P.* 25.

Macera per diem unum, saepius agita et filtra.

Elixir antiscrophulosum Perylhei.

Paretur eodem modo quo Elixir praecedens, nisi quod loco Ammoni carbonici Natrum carbonicum crystallisatum sumatur.

Elixir aperitivum Clauderi.

Rp. Aloës,
Myrrhae aa *P.* 2,
Croci *P.* 1,
Kali carbonici *P.* 4.

Incisae et pulveratae digerantur per aliquot dies in
Aquae Sambuci *P.* 26,
Spiritus V. rectfss. *P.* 4.

Tum sepone loco frigido et filtra. *(Ph. Dan.)*

Elixir aperitivum
Ph. paup. (s. Hufelandi).

Rp. Aloës,
Myrrhae pulv.,
Resin. Guajaci aa *P* 4.

Grosse pulveratis adde
Rad. Rhei conc. *P.* 4,
Croci conc. *P.* 2,
Kali carbonici,
Ammoni muriatici aa *P.* 8,
Spiritus Cochleariae *P.* 48,
Aquae destill. *P.* 144.

Macera per aliquot dies, saepius agita, tum cola.

Elixir Aurantiorum compositum.

Vinum Aurantiorum compositum. Vinum amarum. Elixir stomachicum. Elixir viscerale Hoffmanni.

Rp. Flaved. Cort. Aurant. *P.* 6,
Cass. cinnam. *P.* 2,
Kali carbonici *P.* 1,
Vini Hispanici *P.* 48.

Mixtas macera per 6 dies. In colatura expressa solve
Extracti Gentianae,
— Absinthii,
— Trifolii fibr.,
— Cascarill. aa *P.* 1,

dein sepone et filtra. *Ph. Bor., Bav. (Hb.)*

Ph. Sax. Coletur et addatur Olei Citri *P.* $\frac{1}{4}$ solut. in Spirit. aether. *P.* 2.

Ph. Hass., Wrtb. Flav. C. Aur. 4$\frac{1}{2}$, Vini 24, Sp. V. rectf. 2. Macera. In colat. solve Extr. Absinth.,— Card. ben.,— Centaurei,— Gent. aa 1. Sepone et filtra.

Ph. Sl. Hols. praecipit compositionem Ph. Wrtb., loco Spirit. V. rectf. autem Tincturam Aurant cort.

Ph. Bad. Flav. c. Aur. 4, Pom. Aur. immat, Cass. cinn. aa 2, Kali carb. 1, Vini 48. Digere. In colat. 44 solve Extr. Abs., — Gent., — Cent., — Trifol. aa 1. Sepone et decantha.

Ph. Hann. Cort. Aur. 4, Pom. Aur. immat., Cass. cinn. aa *P.* 2, Kali carb. 1, Vini Malacensis 48. Macera. In colatura solve Extr. Gent., Extr. Absinth., Extr. Trifol., Extr. Cascarill. aa 1, Ol. Citri $\frac{1}{4}$, solut. in Spirit. aether. 1. Elixir turbidum.

Ph. Belg. Flav. C. Aur. 6, Vini q. s. In colaturae 95 solve Extr. Card. ben.,— Cascar., — Centaur., — Gent., — Myrrh. aa 1.

Elixir Aurantiorum venale.

Elixir viscerale (s. temperatum s. balsamicum) Hoffmanni. Elixir stomachicum Viennense. *Vin amer alcoolisé.*

Rp. Tinct. Aurantior. Pomor. immat.,
Tinct. Cinnam. *P.* aa 8,
Spiritus aetherei *P.* 4,
Spiritus V. rectf. *P.* 64,
Aq. Cinnam. vinos. *P.* 32,
Olei Citri cort.,
Olei Aurant. cort. aa *P.* 1/3.

Mixtis adde miscelam paratam e
Kali carbonici *P.* 2,
Extracti Absinthii,
Extracti Trifolii aa *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 24.

Macera, saepius agita, tum filtra.

Elixir balsamicum Werlhofii.

Rp. Cort. Chinae fusci,
Cort. Aurant. aa *P.* 50,

Myrrhae *P.* 10,
Croci *P.* 5,
Kali carbonici *P.* 15,
Vini Hispanici *P.* 600.

Macera per aliquot dies. In colatura solve
Extracti Gentianae,
— Cardui ben. aa *P.* 10.

Post sedimentationem filtra.

Elixir carminativum Dalbyi.

Rp. Tinct. Opii simpl. *P.* 20,
Tinct. Asae foet. *P.* 10,
Tinct. Castor. Canad. *P.* 30,
Olei Carvi *P.* 5,
Olei Menth. pip. *P.* 10,
Magnesiae ustae *P.* 5,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 100,
Syrupi Sacchari *P.* 150.

Misce, sepone et decantha.

Elixir Cocae.
Elixir Foliorum Erythroxyli Cocae *Lamarkii.*

Rp. Foliorum Cocae conc *P.* 12,
Spirit. Vini rectf. *P.* 70.

Digere per diem unum et exprimendo cola. Residuo ex expressione affunde
Aquae communis *P.* 30.

Coctione peracta cola exprimendo. In colatura solve
Sacchari albi *P.* 30,

tum tincturam antea obtentam commisce cum hoc syrupo. Partes 10 elixirii continent solubile e *P.* 1 Foliorum Cocae.

Elixir dentifricium Heideri.

Rp. Spirit. Melissae *P.* 48,
Tincturae Myrrhae,
Tinct. Chinae aa *P.* 1,
Olei Menth pip. $^1/_6$.

Misce.

Elixir foetidum Fuldii.
Tinctura Castorei Thebaica.

Rp. Castorei *P.* 20,
Asae foet. *P.* 10,
Liq. Ammoni caust.,
Opii pulv. aa *P.* 5,
Spirit. V. rectf. *P.* 150.

Digere et filtra.

Elixir Gari.
Liquor Gari.

Rp. Spiritus Gari *P.* 8,
Syrupi Flor. Aurant. *P.* 10,
Tincturae Croci *P.* 1.

M.

Elixir contra haemorrhagiam postpueralem Godefroyi.

Rp. Extracti Secalis cornuti *P.* 4,
Syrupi Cort. Aurant. *P.* 25,
Aquae Melissae,
Spiritus Melissae aa *P.* 100.

M. Detur quaque hora cochlear.

Elixir haemorrhoidale Daubitzii.

Rp. Elixirii ad long. Vitam *P.* 40,
Tinct. aromaticae *P.* 5,
Spirit. Aetheris acet. *P.* 1,
Aquae Anisi *P.* 50,
Syrupi Sacchari *P.* 30.

M., sepone per aliquot dies et filtra.

Rp. Fruct. Anisi,
Fruct. Foeniculi aa Dr. $^1/_2$,
Cort. Cass. cinnam. Dr. 2,
Rad. Gentianae,
Caryophyllorum aa Dr. 1,
Herbae Menth. pip.,
Rhizomatis Galang. aa Dr. 2,
Cort. Rhamni Frang. Dr. 3,
Fruct. Colocynth. Dr. $2^1/_2$—3,
Spirit. Vini rectfss. Unc. 8,
Aquae Unc. 16,
Sacchari Unc. 5,
Aetheris acet. Gutt. 15.

Macera, exprime et filtra.

Elixir pectorale *Ph. Norv.*

Rp. Extracti Liquirit. *P.* 6,
Sem. Anisi *P.* 1,
Ammoni carbonici *P.* 2,
Aq. Foenicul. *P.* 12,

Spirit. V. rectf. *P.* 30,
Aquae destill. *P.* 6.
Macera et cola.

Elixir pectorale Ph. paup. s. Hufelandi.

Rp. Croci *P.* 3,
Benzoës,
Myrrhae,
G. Ammoniaci,
Sem. Anisi,
Succi Liquir. dep. aa *P.* 4,
Rad. Helenii,
Rad. Iridis Flor.,
Bulbi Scillae aa *P.* 8,
Spirit. Vini rectf. *P.* 93.
Macera per hebdomadem, saepius agitando, tum filtra. Sit limpidum.

Elixir pectorale Wedelii.

Rp. Bulbi Scillae,
Rad. Enulae,
Succi Liquiritiae aa *P.* 4,
Sem. Anisi,
Benzoës,
G. Ammoniaci,
Myrrhae aa *P.* 2,
Croci *P.* 1.
Contusas et concisas digere per aliquot dies cum
Spiritus V. rectf. *P.* 96,
saepius agita, denique filtra.

Elixir Pepsini compositum.

Rp. Pepsini *P.* 5,
Syrupi cort. Aurant. *P.* 50,
Tinct. Rhei vinos. *P.* 10,
Tinct. aromaticae *P.* 3,
Tinct. amarae *P.* 5,
Spirit. Vini Gallici,
Vini Hispanici aa *P.* 50.
Misce. Ante coenam 1—2 cochlearia minora.

Elixir polychrestum Hallense.

Rp. Extr. Rhei comp. *P.* 1.
Solve in
Mixturae simplicis *P.* 6.

Elixir Proprietatis.

Tinctura Aloës cum Myrrha *Ph. Belg.* Tinctura aloëtica *Ph. Hamb.* Elixir Proprietatis dulce s. sine Acido. Elixir aperitivum.

Rp. Tincturae Aloës *P.* 3,
— Myrrhae *P.* 4,
— Croci *P.* 2.
Misceantur, quoties usus poscit.

Ph. Hann. Aloës, Myrrhae, Croc. aa 1, Kali tartarici 3, Aq. dest. 7, Sp. V. rectf 14. Digere per tres dies. Filtra. *Ph. Hass.* 1, 2, 8, 14.

Elixir Proprietatis Paracelsi.

Elix. Proprietatis cum Acido. Tinctura aloëtica acida.

Rp. Elixirii Proprietatis *P.* 10,
Acidi sulphurici diluti *P.* 1.
Misceantur ex tempore.

Ph. Bor., Hass. Aloës, Myrrh. aa 2, Croci 1, Spirit. V. rectf. 24, Acid. sulph. diluti *P.* 2. Macera per octo dies et filtra. *Ph. Hann.* 2, 1, 18, 3.

Elixir Proprietatis cum Rheo.

Tinctura aloëtica rhabarbarina.

Rp Elixirii Proprietatis *P.* 3,
Tincturae Rhei spirit. *P.* 1.
Misce.

Ph. Hann. Aloës 6, Myrrh. 2, Croc. 1, Rd. Rhei 4, Vini Malacensis 64, Acidi hydrochlorici *P* 8. Macera per octiduum et cola. Sit turbidum.

Elixir Raulini.

Elixir de Raulin.

Rp. Elixirii Aurant. comp.,
Tinct. Rhei aquos,
Elixirii long. Vitae aa *P.*
Misce et filtra.

Elixir purgativum Daffyi.

Rp Folior. Sennae *P.* 15,
Rad. Jalapae *P.* 20,
Cort. Frangulae *P.* 30,
Sem. Coriandri,

Sem. Carvi,
Sem. Anisi,
Rad. Liquirit. āā P. 10,
Radicis Galangae P. 5,
Sacchari albi P. 30,
Spirit. V. rectf. P. 400.
Digere et filtra.

Elixir purgativum Radcliffei.

Rp. Aloës P. 20,
Radicis Rhei P. 10,
Cassiae cinnameae,
Radicis Zingiberis,
Radicis Zedoariae āā P. 5,
Coccionellarum P. 3,
Syrupi Spinae cervinae P. 100,
Spirit. Vini rectfss.,
Aquae communis āā P. 150.
Macera per aliquot dies et filtra.

Elixir Stoughtonii.

Elixir stomachicum Stoughtonii. Stoughton's Magen-Elixir. Menschenfreund.

Rp. Herbae Absinthii,
Cort. Aurantiorum,
Rad. Gentianae āā P. 25,
— Rhei P. 10,
Cort. Cascarillae,
Aloës āā P. 5,
Spirit. V. rectf. P. 500,
Aquae q. s.,
ut fiant post macerationem colaturae filtratae P. 1000.

Stoughton's
Magen-Elixir
genannt
„Menschenfreund"
einzig und allein nach der Original-Vorschrift des Erfinders († 1646) fabrizirt.

Unter allen Compositionen zur Stärkung des Magens, zur Beförderung und Wiederherstellung der Verdauung hat sich das Magen-Elixir des Professors Stoughton aus Leyden einen so großen und wohlverdienten Ruf erworben, daß man demselben den Namen „Menschenfreund" beilegte und ihm vor allen sogenannten Magenbittern den Vorzug gab. Es hat sich als probat bewährt gegen viele selbst hartnäckige Leiden welche von Schwächen des Magens und der Verdauungs-Organe herrühren, zur Stärkung des Magens, zur Beförderung und Wiederherstellung des Appetits, zur Vertilgung von Würmern, gegen manche Arten von Hämorrhoiden, so wie zur Reinigung des Blutes, Absonderung des Schleimes, Stärkung des Unterleibes und somit zur Hebung vieler aus Schwäche des Unterleibes entstehenden Krankheiten und zur Beförderung eines sanften und regelmäßigen Stuhlgangs. Als Schutzmittel gegen klimatische Veränderungen darf dies Elixir auch allen Seereisenden, besonders den Auswanderern, empfohlen werden, so wie auch gegen ansteckende Krankheiten und hat sich als solches ganz vorzüglich gegen die Cholerine und in der Zeit der Cholera häufig bewährt.

Das Stoughton'sche Magen-Elixir wird in obengenannten Fällen am wirksamsten angewandt, wenn man täglich drei- oder viermal ein bis zwei Eßlöffel davon ohne alle Beimischung nimmt, Morgens nüchtern, eine oder zwei Stunden vor dem Mittagsessen und gleich vor dem Schlafengehen. Man muß aber bei diesem Gebrauche sich selbst beobachten, um die Dosis zu verstärken oder zu verringern.

Gießt man einige Tropfen von diesem Elixir in Wein, Rum, Cognac, Branntwein, so macht man diese Spirituosen zum angenehmsten und stärkendsten Liqueur und ist für diejenigen, welche des Morgens oder vor dem Schlafengehen einen Liqueur zu trinken gewöhnt sind, als Gesundheits-Liqueur ganz besonders zu empfehlen.

Elixir e Succo Liquiritiae.

Elixir pectorale. Elixir pectorale Reg. Daniae. Elixir Ringelmannii.

Rp. Succi Liquirit. depur. P. 1.
Solve in
Aquae Foeniculi P. 3.
Tum admisce
Liquoris Ammoni anisati P. 1.
Elixir sit turbidum. Bene agitatum dispensetur. *Ph Bor. vet., Hann., Hass., Dan.*

Elixir viscerale Kleinii.

Rp. Tinct. Aurant. cort. P. 12,
Kali acetici soluti,
Syrupi Sacchari āā P. 6.

Mixtis adde liquorem paratum ex
Extracti Cardui bened. *P.* 3,
— Centaurei minoris,
— Cort. Aurantii,
— Cascarillae aa *P.* 1,
— Myrrhae *P.* ½,
Aquae destillatae,
Vini Hispanici aa *P.* 36.
Sepone per aliquot horas et filtra.

℞p. Cort. Fruct Aurant. expulpati *P.* 8,
Myrrhae pulv. *P.* 1,
Vini Xerensis *P.* 80,
Extracti Cardui bened. *P.* 3,
— Cascarillae *P.* 1,
Kali acetici *P.* 2.

Paretur e cortice Aurantii conciso, Myrrha et Vino l. a. tinctura, in qua solvantur extracta et Kali aceticum. Postquam subsederint, filtra. *Schachtii suppl. Ph. Bor.*

Elixir viscerale Ph. paup.

℞p. Extracti Absinthii,
— Gentianae,
— Centaurei min.,
Extracti Trifolii,
Tincturae aromat. aa *P.* 10,
Aquae aromat. *P.* 160,
Aquae destill. *P.* 20.
M. et solve.

Elixir viscerale
Rosensteinii.

℞p. Tinct. cort. Aurant. *P.* 10,
Tinct. Rhei aquos. *P.* 30,
Kali acetici soluti *P.* 10,
Aquae Chamomillae,
Vini Gallici aa *P.* 60,
Extracti Gentianae *P.* 5.
Misce, solve et filtra.

Elixir Vitae Matthiolii.

℞p. Aquae aromaticae,
Aquae Cinnamomi vinosae *P.* 48,
Elaeosacchari Macidis,
— Foeniculi,
— Anisi stellati,
— Menth. pip. aa *P.* 3,
Tinct. Cinnamomi,
— aromaticae aa *P.* 9.
Misce, solve et filtra.

Emaculatio.

Praecepta emaculandi.

I.

Maculae rubrae rubidaeque in telis nigris, fuscis, violaceis, purpureis et similiter coloratis ab acidis oriuntur.

Maculae hujuscemodi ope alcali (Liquoris Ammoni caustici) delentur.

Nota. Colores Indigo et Coerulei Berolinensis acidis plerumque non mutantur.

II.

Colores flavi et citrini ex acidis pallent. Maculae hoc modo ortae ope alcalium dilutorum (Liquoris Ammoni caust. diluti) delentur.

Nota. Color Orleanae acidis in pigmentum aurantiacum mutatur.

III.

Alcalia pigmentum Ligni Campechiani et Brasiliani, atque pigmentum coccineum (Scharlach) in violaceum, pigmentum viride in flavum, flavum in fuscum, Orleanae pigmentum autem in puniceum (hochroth) mutant.

Maculae alcalinae acidis volatilibus (Aceto destillato, Acido hydrochlorico valde diluto) delentur.

IV.

Sudor plerumque uti alcalia, interdum etiam uti acida, colores mutat. Saepius maculae a sudore profectae solutione aquosa Stanni chlorati dilutiore optime exstinguuntur.

V.

Maculae ab urina profectae vel Aceto destillato, vel Succo Citri, vel Spiritu Vini rectificato delentur.

VI.

Maculae a succo fructuum, vino rubro etc., profectae in telis linteis albis Aqua Chlori, Liquore Kali (s. Natri) hypochlorosi aut Acido sulphurico fortius diluto delentur. Hae maculae in telis co-

loratis ope Liquoris Ammoni caustici valde diluti interdum exstinguuntur.

Maculae e succo putaminum viridium nucum Juglandium effectae tractentur primum solutione Vitrioli Martis, tum Oxalio, denique Calcaria hypochlorosa humida.

VII.

Maculae ferrugineae (Rost- und Eisenflecke) in telis albis Oxalio aut Acido hydrochlorico diluto, optime vero solutione Stanni chlorati delentur. Oxalium efficacius est, si telam madidam laminae stanneae calefactae intendis et Oxalio pulverato fricas. Item macula Oxalio pulverato conspersa et madefacta, si pars affecta fricatur et premitur ferro polito (velut clave), facilius deletur.

Linteum maculis ferrugineis copiosis inspersum hoc modo tractatur. Solve Acidi oxalici *P.* 10 in Aquae pluvialis *P.* 100 ad 120. Admixtis Acidi hydrochlorici puri *P.* 20, immitte Stanni granulati s. limati circiter *P.* 6 et conquassa. Huic liquori linteum per horae partem octavam immerge, tum aquae magna copia elue.

Maculae ejus generis vetustissimae, si hoc modo non tolluntur, solutione Kalii sulphurati humectentur et post horam dimidiam Acido sulphurico diluto vel Acido hydrochlorico diluto eluantur. Si ne tum quidem tolluntur, macera telam linteam in Aquae partibus 500, quae Kalii ferrocyanati flavi partem 1, et Acidi sulphurici conc. partem unam continent. Tela elota tum in Liquore Kali caustici fortius diluto maceretur et denique eluatur.

Maculae e Nigramento gallaceo ope Oxalii delentur. Maculae e Nigramento alizarinico (Indicum continente) in charta primum Aqua Chlori tum Acido hydrochlorico puro diluto, in linteo autem primum Calcaria hypochlorosa humectata et deinde Acido hydrochlorico diluto tractandae sunt.

Maculae e Mangani salibus exortae Acido hydrochlorico diluto delentur.

Sel essentiel de citron

ad delendas maculas ferrugineas.

℞p. Tartari depurati *P.* 1,
Oxalii *P.* 2,
Olei Citri *P.* 1/60.
M. f. pulvis.

Encrivore

ad delendas maculas e nigramento in charta.

℞p. Acidi oxalici *P.* 1,
Aquae destillatae,
Spirit. Vini rectfss. āā *P.* 8.

VIII.

Maculae ex oleis, cibo pinguiore et pigmentis oleosis in telis laneis ope chartae bibulae Oleo Terebinthinae imbutae fricando, aut Bolo alba (Argilla), atque Magnesia carbonica tractantur. Loco Olei Terebinthinae Benzinum adhibere licet. Maculae vel e pinguedine solida vel vetustae addendo Oleum Ricini et calefaciendo antea molliendae sunt.

Maculae oleosae vel pingues in telis bombycinis et teneris ope Benzini vel Boli albae tolluntur.

Nota. Magnesia benzinata vel Bolus alba s. Magnesia alba mixta cum Aquae quantitate sufficiente in pultem molliorem redacta super maculas extendatur; tum seponendo (loco tepido) exsiccata auferatur ope scopulae setosae. Idem, si opus est, repetatur.

Altera ratio maculas pingues ex telis bombycinis delendi est haec. Maculam margine lato e solutione Gummi Arabici (10 Aq. 1 Gummi) ope penicilli circumscribe. Margine gummoso exsiccato, maculam ope spongiae Aethere puro imbutae absterge.

IX.

Maculae e substantiis variis, partim unguinosis, partim resinosis (velut Pice, Axungia curruli, Cereamento) optime ope Globulorum emaculatoriorum vel Aquae Coloniensis eluendo auferuntur. Ceterum maculam vitello ovi oblinas, eoque siccato, eluas. Id saepius repetatur.

Mixtiones sequentes ad auferendas maculas hujusmodi commendandae sunt.

℞p. Olei Terebinthinae rectf.,
Aetheris āā *P.*
M.

℞p. Olei Terebinthinae,
Aetheris,
Spiritus V. alcohol.,
Liquoris Ammoni caustici spirit. āā *P.*
M.

Aqua emaculatoria.

Fleckwasser.

℞p. Benzini *P.* 80,
Spirit Vini absoluti *P.* 20,
(Aetheris *P.* 1),

Liq. Ammoni caust. spirit.
P. ½.

Misce.

Aqua emaculatoria Broenneri.

Brönner's Fleckwasser.

℞p. Benzini optimi q. v.

Detur ad lagenam.

Gebrauchs-Anweisung zu Brönner's Fleckwasser.

Ph. Bor., Bad., Hann., Wrtb., Sl. H., Graec. Empl. Plumbi 24, Cerae 3, Ammoniaci 2, Galbani 2, Terebinth. 2. *Ph. Fenn.* 24, 3, 1, 1, 1. — *Ph. Hass.* 52, 4, 4, 4, 4. — *Ph. Dan.* 24, 4, 2, 2, 2, tinctum Orleana in Spiritu soluta. *Ph. Hb.* 24,3,2,2,2 et addit Croci $\frac{1}{32}$, Boli Armenae $\frac{3}{16}$.

Ph. Bav. Empl. Plumbi 24, Cerae 2, Ammoniaci, Galbani ãã 1, Res. Pini, Terebinth. ãã 2.

Ph. Austr. Empl. Plumbi 24, Ammoniaci 3, Terebinth. 1, Cerae 4, Res. Pini 2.

Ph. Brit. Empl. Plumbi 8, Ammoniac., Galb., Cerae ãã 1.

(Ad. us. mercat.)

℞p. Empl. Plumbi simpl. *P.* 96,
Cerae flavae *P.* 12,
Resinae Pini *P.* 6,
Sebi taurini *P.* 2.
Liquatis et quodammodo refrigeratis inter agitationem admisce
Ammoniaci dep. *P.* 2,
Galbani dep. *P.* [illegible],
Terebinth. comm. *P.* 12,
Aquae *P.* 6,
antea digerendo per aliquot horas in balneo vaporis et agitando optime mixtas, atque adhuc calidas dein

Ochrae fusc. praep., subtilissime contritae *P.* 2 ad 4.
Fiat emplastrum, in magdalides, aquae ope, malaxandum.
Nota. Hieme recipe Sebi taurini *P.* 3.

Emplastrum Plumbi simplex.

Empl. Lithargyri s. Diachylon simplex. Empl. simplex.

℞p. Olei Olivarum *P.* 120,
Aquae destill. *P.* 3.
In ahenum cupreum amplum, ad tertiam partem replendum, immissas leni igne calefac usque ad calorem 100° C. aequantem, vel donec crepitare incipiant. Tum adde
Lithargyri praep., per cribrum trajecti et a Minio liberi *P.* 72
(vel Lithargyri recens pulverati),
Plumbi acetici cryst. *P.* 4,
Aquae destill. fervidae *P.* 30.
Coque leni igne inter perpetuam agitationem et pauxillum
Aquae calidae
subinde (si spuma massae coquentis collabitur) instillando, ad justam emplastri consistentiam. Malaxa, aquae ope, in magdaleones.

Emplastrum Resinae *Ph. Brit.*

℞p. Empl. Plumbi spl. *P.* 16.
Liquatis admisce
Colophonii pulv. *P.* 2,
Saponis domestici pulv. *P.* 1.

Emplastrum resinosum s. agglutinans.

℞p. Resinae Pini *P.* 24,
Elemi *P.* 4,
Terebinth. Venet.,
Olei Olivarum āā *P.* 3,
Cerae flavae *P.* 2.
Liquefactae colentur et in scatulas ligneas effundantur.

Emplastrum resolvens.

℞p. Empl. Plumbi comp.,
— Meliloti āā *P.* 16.
Leni calore colliquatis et ad 45—50° C. refrigeratis addatur
Camphorae tritae *P.* 1.
Bene commixta massa in papyraceas capsulas effundatur. *Ph. Norv.*
Ph. Dan. Empl. Pl comp., — saponat., — Hydrarg. āā *Ph. Gall.* Emplastra eadem cum Empl. Conii commisce.

Emplastrum ad Rupturas nigrum.

Emplastrum oxycroceum nigrum. *(Ad us. mercat.)*

℞p. Resinae Pini *P.* 20,
Cerae flavae *P.* 10,
Picis nigrae *P.* 5,
Sebi taurini *P.* 3.
Liquatis admisce
Eboris usti opt. praep. *P.* 2.
Fiat emplastrum, aquae ope, in magdaleones malaxandum.

Emplastrum ad Rupturas *Ph. Austr.*
Emplastrum ad Hernias.

℞p. Res. Pini 24, Cerae, Terebinth āā 6, Ol. Oliv. 3; liquatis admisce: Sanguin. Drac., Mastich., Olibani āā 3, solut. in Terebinth. 6. Semirefrig. admisce Rad. Symphyti pulv., Boli Armenae, Colcotharis āā 3.

Emplastrum saponatum s. saponaceum.

Empl. Hjaerneri. Empl. Plumbi saponatum.

℞p. Empl. Plumbi simpl. *P.* 12,
Cerae flavae *P.* 2.
Calore balnei vaporis colliquatis inter agitationem admisce
Saponis Hispan. pulv. *P.* 1.
Fiat emplastrum tenax, albidum, non lubricum. *Ph. Bor., (Ph. Belg.)*
Ph. Brit. Empl. Plumbi 36, Sapon. pulv. 6, Colophonii pulv. 1.
Ph. Austr., Bad., Wrtb., Hass, Hann., Sl. H., Hb., Sax., Batav., Graec., Dan. dant praescriptum simile, addunt autem Camphorae circiter 1 pCt. *(Ph. Fenn., Hass.* 2 pCt.)
Hoc emplastrum propter Camphoram admixtam interdum nominatur:

Emplastrum camphoratum s. Empl. saponatum camphoratum. *(Ph. Belg.)*
Empl. miraculosum *Ph. Hb.* Empl. Saponis *Ph. Hass.*

Emplastrum Hjaerneri *Ph. Fenn.*
Empl. saponaceo-plumbicum *Ph. Fenn.*
Rp. Saponis Hispanici pulv. *P.* 20,
Olei Olivarum *P.* 90.
Mixtis adde
Cerussae plumbicae *P.* 18,
Minii praeparati *P.* 36.
Quando supra ignem coctione solutae fuerint ac massa colorem castaneum duxerit, huic demum admiscentur
Terebinthinae Venet. *P.* 3.
In magdalides crassiores supra tabulam oleo Lini unctam formatur emplastrum.

Emplastrum sticticum
Crollii.

(Empl. defensivum rubrum *Ph. Dan.* 1840.)
Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 72,
Cerae flavae *P.* 4.
Colliquatis admisce
Terebinthinae Venetae,
Olibani pulv. aa *P.* 4,
Colcotharis Vitrioli praep. *P.* 6.
Fiant magdaleones.

Emplastrum sticticum.
Emplastrum stypticum.

Rp. Cerae flavae,
Resinae Pini,
Picis nigrae aa *P.* 24,
Sebi taurini *P.* 3.
Colliquatae in magdaleones redigantur. *Ph. Dan.*

Emplastrum stomachale Berolinense.

Rp. Empl. Plumbi simpl.,
— Cerussae,
Cerae flavae aa *P.* 40,
Olei Rorismarini *P.* 5,
— Menthae crisp. *P.* 3.
M. l. a. Fiant magdaleones.

Emplastrum sulphuratum.
Empl. Diasulphuris Rulandi. Empl. nigrum Bechholzii.

Rp. Resinae Pini *P.* 10,
Asphalti subt. pulv.,
Galbani dep. pulv.,
Aquae aa *P.* 4.
Inter agitationem calore balnei vaporis liquando mixtis adde
Olei Lini sulphurati *P.* 8, et
Camphorae tritae *P.* 1,
antea cum
Olei Terebinthinae *P.* 4
contritam. Agita, ut fiat massa aequabilis, quam in ollam effundas et in ea asserves.

In Schachtii suppl. Ph. Bor. notatum.
Rp. Colophonii *P.* 18.
Liquatis et semirefrigeratis admisce
Myrrhae pulv.,
Asphalti pulv. aa *P.* 4.
Adde
Ammoniaci dep.,
Galbani dep.,
Sagapeni dep. aa *P.* 4,
in
Terebinthinae comm. *P.* 6
calore balnei vaporis solutas. Tum inter agitationem admisce
Olei Lini sulphurati,
Olei Terebinth. sulphurati aa *P.* 8,
et sub finem
Camphorae in Olei Olivar. pauxillo solutae *P.* $1\frac{1}{2}$.
Fiat emplastrum nigrum, molle.

Emplastrum Tartari stibiati.
Empl. stibiatum.

Rp. Cerati Resinae Pini *P.* 7,
Tartari stibiati subtilissime pulv. *P.* 1.
M. Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb., Sl. H., Hann.*

Ph. Norv., Dan. Empl. adhaesivi 3, Tart. stib. 1.

Formula magistralis Berolin.

Rp. Empl. Plumbi comp. *P.* 4,
Tartari stibiati subtilissime
M. pulv. *P.* 1.

Emplastrum contra tineam.

Grindpflaster.

Rp. Resinae Pini Burg. P. 32,
Olei Olivarum P. 3.
Colliquatis immisce
Farinae triticeae P. 16.

Effunde in cistulas papyraceas et massam refrigeratam in taleolas disseca. Sit coloris subfusci. *Suppl. Ph. Bor. Schachtii.*

Emplastrum de Tribus.

Rp. Empl. mercurialis,
— Conii,
— Meliloti aa P.
M. l. a.

Emplastrum contra Tussim convulsivam.

Keuchhustenpflaster.

Rp. Resinae Pini P. 112,
Cerae flavae P. 64,
Picis nigrae P. 16,
Sebi ovilli P. 4.
Liquatis adde
Opii pulverat. P. 5.
Semirefrigeratis admisce mixtionem e
Camphorae,
Olei Caryophyllorum,
— Menthae pip.,
— Thymi,
— Rosmarini,
— Cass. cinnam. aa P. 1
paratam.

Usus. Tenuiter supra linteum, forma palmae minoris, extensum scrobiculo cordis (anticardio) applicatur. Septimo quoque die emplastrum recens paratum adhibetur; curatio laxativis subinde sumendis adjuvatur.

Emplastrum contra Tussim Gölesii.

Rp. Gummi Arab. 9, Theriac., Rad. Belladonn., Tinct. Opii croc. aa 2, Mellis q. s. M. f. massa, quae supra linteum extensa praecordiis applicatur.

Emplastrum vermifugum.

Wurmpflaster.

Rp. Cerae flavae P. 100,
Resinae Pini Burg.,
Terebinthinae aa P. 25.
Colliquatis admisce
Herbae Sabinae,
Radicis Asari aa P. 15,
antea in pulverem subtilem redactas. Dein adde agitando liquorem, commiscendo solvendoque leni calore paratum ex
Aloës pulverati P 20,
Extracti Colocynthidis P. 10,
Olei Absinthii aeth. P. 2,
Spiritus V. alcoholisati P. 20.

Digere, donec Spiritus ex parte vaporatione consumptus fuerit. Massa agitata in scatulas e ferro stannato confectas immittatur.

Emplastrum supra linteum extensum abdomini applicetur.

Emplastrum vesicatorium Drouoti.

Empl. (s. Taffetas s. Sericum) vesicatorium s. epispasticum Americanum *Ph. Hamb.*
Empl. Mezerei cantharidatum
Ph. Bor. Taffetas vesicans *Ph. Hann.*
Empl. Drouoti.

Rp. Cort Mezerei concisi et contusi P. 54,
Aetheris acetici P. 144.

Macera per dies octo, exprime et filtra. Porro

Rp. Cantharidum contusar. P. 54,
Aetheris acetici P. 144.

Macera pari modo, exprime et filtra. In tincturarum commixtarum P. 72 (septuagenis binis) solve
Sandaracae P. 12,
Mastiches P. 4½,
Terebinth. Venet. P. 3,
Olei Lavandulae P. 1.

Solutione peracta, tinctura epispastica supra taffetas cera obductum (venale) tenuius, longitudinis 30 pollicum et 20 latitudinis, si Grammat. 93 vel Drachmas 25 solutionis adhibes, penicilli ope obliniatur, et haec operatio repetatur, usque ad perfectam tincturae consumtionem. Scindatur in pannulos longitudinis pollicum 5 et latitudinis 4. *Ph. Hamb.*

Rp. Cantharidum pulv. P. 6,
Cort. Mezerei conc. P. 2,
Aetheris acetici P. 16.

Macera per aliquot dies, saepius agita et filtra. In colatura solve

Mastiches *P.* 1.

Hic liquor penicilli ope Emplastro adhaesivo Anglico ita illinatur, ut triginta grammatibus Cantharidum adhibitis tela pollices sedecim lata et viginti septem longa i. e superficies pollicum quadratorum quadringentorum triginta duorum (432□″) inducatur. *Ph. Bor.*

℞. Cantharidum pulv. *P.* 12.

In vas deturbatorium immissae sensim affundendo

Carbonei sulphurati *P.* 24

extrahantur, dein aëri expositae siccentur. Pulveri residuo affunde

Aetheris acetici *P.* 24.

Macera per dies octo, exprime et liquorem filtra. Pulveri residuo post expressionem superfunde tincturam, leni digestione paratam e

Cort. Mezerei minutim conc. *P.* 4 et
Aetheris acetici *P.* 16.

Macera denuo per tres dies, tum fortiter exprimendo cola. Colatura filtrata cum priore tinctura e Cantharidibus ope Aetheris acetici effecta misceatur. In mixtura sic obtenta solve

Sandaracae *P.* 1,
Mastiches *P.* 2,
Terebinth. Venet. *P.* 1/4,
Balsami Copaivae *P.* 1/8.

Hac solutione penicilli ope, iterum iterumque aequaliter illinatur

Tela bombycina nigra (Taffet),

quae antea solutione colata, parata ex

Ichthyocollae *P.* 1 et
Aquae *P.* 15,

ope penicilli, ter oblita, dein siccata est. Ad obducendam

Telam bombycinam pollicum quadrat. 450—500

sufficiat

Solutionis epispasticae tantum,

quantum ex Cantharidum 45 Grammat. (Drachmis 12) paratum est.

Signa: Ante applicationem latus nitidum emplastri Spiritu Vini humectetur.

Emplastrum de Vigo cum Mercurio.

Empl. cum Hydrargyro. *Emplâtre mercuriel Ph. Gall.*

℞. Empl. Plumbi simpl. *P.* 316,
Cerae flavae,
Resinae albae āā *P.* 16,
Ammoniaci sbt. pulv.,
Olibani sbt. pulv.,
Myrrhae sbt. pulv. āā *P.* 6.

Leni calore liquatis, mixtis et semirefrigeratis admisce

Croci sbt. pulv. *P.* 3.

Dein adde

Hydrargyri vivi *P.* 96,

antea diligente agitatione cum

Terebinthinae *P.* 16,
Styracis liquidi *P.* 48,
Olei Lavandulae *P.* 2

extinctas. Agita, dum mixtio refrigerat, et malaxando in magdaleones redige.

Ex tempore.

℞. Empl. Hydrargyri *P.* 30,
Empl. Plumbi comp.,
Empl. oxycrocei,
Cerae flavae,
Styracis liquidi āā *P.* 2,
Ol. Lavandulae *P.* 1/20.

Colliquando agitandoque in lebete ferreo misceantur.

Emplastrum de Vigo sine Mercurio.

Loco Empl. ranarum Vigonis.

℞. Empl. Plumbi comp. *P.* 60,
Empl. Conii *P.* 10,
Olei Laurini unguinosi,
Cerae flavae āā *P.* 5.

Colliquatis admisce

Rad. Helleb. viridis,
Olibani,
Sandaracae,
Myrrhae āā *P.* 2,
Camphorae *P.* 1/4,

antea in pulverem subtilem commixtas. Dein adde

Styracis liquidi *P.* 1.

Emplastrum Zinci.

Rp. Cerussae zincicae (Zinci oxydati venalis) *P.* 2,
Olei Olivar. Prov. *P.* 3.
Conterendo exacte mixtis adde
Olei Olivar. Prov. *P.* 5,
Acidi stearinici *P.* 8,
Cerae flavae *P.* 2.

Inter agitationem calefiant, donec in massam aequabilem coiërint. Dein sensim instilla inter agitationem
Aquae destill. *P.* 1.

Malaxando fiat emplastrum, in magdalides formandum.

Rp. Saponis oleïnici q. v.
Solve in
Aquae communis calidae
quantitate 10plici. Solutioni instilla tamdiu liquorem, paratum ex
Zinci sulphurici *P.* 1,
Aquae communis *P.* 10,
quamdiu praecipitatum exoritur, quod aqua bene ablutum et calore leni ab humiditate liberatum loco Emplastri Plumbi simplicis ad Emplastrum Plumbi compositum parandum adhibeatur.

Emulsio Ammoniaci,
Asae foetidae, Guajaci etc.

Emulsio Gummi-resinae alicujus. Lac Ammoniaci, Asae foet. etc. Emulsio ammoniacalis.

Rp. Gummi-resinae *P.* 4,
Gummi Arab. *P.* 2.

In mortario lapideo mixtis inter terendum paulatim adde
Aquae destill. calidae *P.* 64.

Fiat emulsio, quae decanthata dispensetur. Paretur, quoties usus poscit.

Ph. Dan. Emulsio ammoniacalis. Ammoniaci, Gm. Arab. āā 2, Aq. Petroselini 48, Oxymellis scillitici 8. Dentur pro partibus drachmae.

Ph. Norv. Emulsio Doremae. Ammoniaci dep., G. Arab. āā 1, Aq. 24, Oxym. scill. 4. Colatura expressa.

Ph. Fenn. Gummi-resinae 1, Aq. Menth. pip. 16.

Ph. Hann. Ammoniaci 2, G. Arab. 3, Aq. Pulegii 32.

Emulsio Amygdalarum.

Emulsio amygdalina s. simplex s. communis. Mixtura Amygdalae *Ph. Brit.*

Rp. Amygdalarum dulcium excorticatarum *P.* 1,
Aquae communis q. s.,
ut sit colatura
Partium 8.

Fiat l. a. emulsio. Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb., Hass.*

Ph. Bav., Wrtb. Amygd., Sacch. āā 1, Aq. 12.

Ph. Austr. Amygd. 2, Sacch. 1, Aq. 24. Aequali modo parentur emulsiones seminum oleosorum.

Ph. Sax., Sl. H., Hass. Amygd. 1, Aq. 8, Sacch. $\frac{1}{2}$. (*Ph. Fenn.* Sacch. $\frac{1}{4}$).

Ph. Norv. Amygd. 2, Aq. 16, Syr. Rub. Id. 1.

Ph. Bad. Amygd. 6, Amygd. amar. 1, Sacch. $1\frac{1}{2}$, Aq. 12.

Ph. Belg. Amygd. 10, Sacch. 4, Aq q. s. Colat 100.

Ph. Batav. Amygd. 8, Aq. 48, Sacch. 2. Aq. Flor. Aur. 1.

Ph. Brit. Pulv. Amygdal. comp. 5, Aq. dest. 40*v*.

Ph. Dan. Emulsio communis. Sem. Papav., Amygdal. dulc. āā 6, Aq. 96, Sacch. 4. Pro partibus dentur drachmae.

Eodem modo parentur:

Emulsio Cannabis sem.
— **Cucurbitae** sem.
— **Melonum** sem.
— **Papaveris** sem.

Emulsio Amygdalarum composita.

Rp. Amygdal. dulcium *P.* 4,
Sem. Hyoscyami *P.* 1.
Fiat cum
Aquae Amygdal. dilut. *P.* 64
l. a. emulsio. Colaturae adde
Sacchari albi *P.* 6,
Magnesiae ustae *P.* 1.

Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb., Hann., Sl. H.*

Emulsio antiphlogistica contra gonorrhoeam.

Emulsion gegen Tripper im Entzündungsstadium. Emulsio papaverina.

Rp. Emulsionis Sem. Papaveris *P.* 48,

Natri nitrici *P.* 2,
Syrupi emulsivi *P.* 4.

Solve et misce. S. Altera quaque hora cochlear unum.

℞p. Emuls. Olei Papaveris *P.* 48,
Natri nitrici *P.* 2,
Kali sulphurici *P.* 4,
Syrupi Sacchari *P.* 8.

Solve et misce. S. Altera quaque hora cochlear unum.

Emulsio camphorata.

℞p. Camphorae tritae *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 80.

Mixtis inter assiduam triturationem addantur

Emulsion. Amygdal. *P.* 420.

Ph. Norv.

Ph. Suec. Camph. 1, G. Arab. 5, Emuls. Amygd. 480.

Ph. Fenn. Camph. 1, Sp. V. rectfss. 2, Gm. Arab. 5, Emuls. Amygd. 240.

Emulsio communis
Ph. milit. Bor. et Ph. Austr.

℞p. Amygdalarum dulcium, (vel Sem. Cannab., vel Sem. Papav.) *P.* 2,
Aquae communis *P.* 24,
Sacchari albi *P.* 1.

Fiat l. a. emulsio. Portio exaequat Uncias 12 aut Grammat. 360.

Emulsio Guajaci
s. guajacina.

Mixtura antarthritica Bergeri.

Ph. Sl. H. Resin. Guaj. 2, G. Arab. 1, Aq. M. pip. 18 (48 *Ph. Suec.*) Sacch. 3.

Ph. Norv., Dan. Res. Guaj. 3, Gm. Arab. 1, Aq. Menth. crisp. 48. Colat.

Ph. Fenn. Res. Guaj. 2, Gm. Arab. 1, Sacch. 6, Aq. Menth. pip. 36.

Emulsio gummosa.

Emulsio Amygdal. gummosa. Emulsio Arabica.

℞p. Emuls. Amygdal. *P.* 32,
Gummi Arab. *P.* 1.

Solve. Paretur quoties usus poscit. *Ph. Hb., Belg.*

Ph. Bad, Bav. Emuls. 12, G. Arab. 1.

Ph. Suec., Fenn. Emuls. 24, G. Arab. 1.

Emulsio hydrocyanica
Ph. Suec., Fenn.

℞p. Amygdalini *P.* 1.

Affunde

Emuls. Amygdal. *P.* 80.

Macera per horam unam.

Nota. Continet 1 HCy in 1440 liquoris.

Emulsio laxativa
Viennensis.

℞p. Emulsion. Amygdal. *P.* 6,
Mannae electae *P.* 2,
Aq. Cinnamomi *P.* 1/4.

Solve et misce l. a.

Emulsio oleosa.

℞p. Olei Amygdalar. *P.* 2,
Gummi Arabici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 13.

Fiat l. a emulsio. Paretur quoties usus poscit. *Ph. Hb., Sl. H., Sax., Hass.*

Ph. Bad. Ol. Amygd. 2, G. Arab. 1, Aq. 7. (*Ph. Bav.* Aq. 11½.)

Ph. Austr. Ol Amygd. 2, G. Arab. 1, Syr. Sacch. 2, Aq 48.

Ph. Norv. Ol. Amygd. 4, G. Arab. 1, Aq. 10.

Ph. Fenn. Ol. Amygd. 2, Gm. Arab. 1, Aq. 6, Syr. Amygdal. 1.

Ph. milit. Boruss.

℞p. Olei Olivar. Prov. *P.* 2,
Gummi Arab. *P.* 1,
Aquae communis *P.* 16,
Sacchari albi *P.* 1.

Fiat l. a. emulsio. Portio est aequalis Unciis 10 vel Grammat. 300.

Signa. Detur cochlear unum ad duo secunda vel tertia quaque hora.

Emulsio oleosa concentrata.
(Ad recepturam.)

℞p. Olei Amygdal. *P.* 24,
Gummi Arab. pulv. *P.* 12,
Aquae destill. *P.* 18.

Misce l. a., ut fiat emulsio. Dein adde

Aquae destill. *P.* 18.

Serva in lagenis obturatis loco frigido, tempore aestatis autem ne ultra 8 dies.

Signa: Sumatur 3plum Olei.

Emulsio pro Papillis mammarum sauciarum.

Balsamum mammillare album. Weißer Brustwarzenbalsam.

℞p. Olei Amygdalar. *P.* 120,
Gummi Arab. *P.* 60,
Aquae dest. *P.* 90.

Misceantur l. a, ut fiat emulsio, cui adjicias

Balsami Peruv. *P.* 60,
Gummi Arab. *P.* 30,
Aquae destill. *P.* 45.

Tum statim bene agitentur, ut in emulsionem coëant. Dein admisce paulatim atque agitando

Aquae Rosarum *P.* 200,
Glycerini *P.* 100,
Spirit. V. rectf. *P.* 60.

Serva in lagenis loco frigido. Emulsio agitata dispensetur.

Emulsio Papaveris.

Formul. magistr. Berol. in usum pauperum.

℞p. Sem. Papaveris *P.* 4,
Aquae *P.* 44 vel q. s.,
Syrupi Sacchari *P.* 4.

Fiat emulsio, quae aequet *P.* 48.

Emulsio salina *Ph. Fenn.*

℞p. Amygdalarum dulcium excortic. *P.* 4,
Mellis depurati *P.* 6.

In mortario lapideo conterendo exacte mixtae diluantur

Aquae destill. q. s.,

ut, solutis in emulsione

Kali tartarici *P.* 1 1/2,

fiat colatura Partium 48.
(Pro partibus dentur Drachmae).

Enema Aloës.

Clysma s. clyster Aloës.

℞p. Aloës *P.* 2/3,
Kali carbonici *P.* 1/4,
Mucilag. Amyli *P.* 80*v*.

M. et solve. *Ph. Brit.* (Pars=Drachm.)

Enema Asae foetidae.

Enema foetidum.

℞p. Tinct. Asae foet. *P.* 6*v*,
Mucilag. Amyli *P.* 48*v*.

M. *Ph. Brit.* (Pars=Drachm.)

Enema Asae foetidae compositum.

℞p. Asae foetidae *P.* 2,
Vitelli ovi *P.* 32,
Kali carbonic. *P.* 1,
Infus. Specierum resolventium *P.* 320.

M. l. a. *Ph. Ross.*

Enema commune.

℞p. Crimnorum Avenae (alicae avenaceae) *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 24.

Coquantur ad colaturam *P.* 12, in quibus solvantur

Salis culinaris *P.* 2.

Tum conquassando admisce

Olei Olivarum *P* 2.

Ph. Fenn.

Enema Magnesiae sulphuricae.

℞p. Magnesiae sulphuricae *P.* 1,
Mucilag. Amyli *P.* 15*v*.
Olei Olivarum *P.* 1*v*.

M. et solve. *Ph. Brit.*

Enema Nicotianae.

Enema Tabaci.

℞p. Fol. Nicotianae *P.* 1,
Aquae destill. fervid. *P.* 64.

Sepone per horae quadrantem et cola *Ph. Fenn.* (Pars=Drachm.)

Nota. Ut vis narcotica periculosa prohibeatur, suadeo tibi *P.* 96 Aquae sumas.

Ph. Brit. Fol. Tabaci 1, Aq. ferv. 200. Digere per semihoram et cola. (Pars=Scrupul.)

Enema Opii.

℞p. Amyli *P.* 4,
Aquae frigidae *P.* 8.

Mixtis admisce

Aquae destill. fervidae *P.* 64.

Quum in unum coierint, addatur

Tincturae Opii *P.* 1.

Ph. Fenn. (Pars=Drachm. ½).
Ph. Brit. Tinct. Opii 1*v*, Mucil. Amyli 128*v*. (Pars=Drachm. ½).

Enema Terebinthinae.

Rp. Olei Terebinthinae *P.* 1*v*,
Mucilag. Amyli *P.* 15*v*.
Conquassando misce. *Ph. Brit.* (Pars=Unc.)

Esca Vulpium.

Fuchs-Witterung.

Rp. Camphorae,
Asae foetidae aa *P.* 80,
Zibethi *P.* 10,
Rad. Iridis Florent.,
— Valerianae aa *P.* 120,
Sem. Foeniculi *P.* 960,
Olei Anisi *P.* 8.
M. f. pulvis.

Rp. Olei Oliv. Prov. *P.* 48,
Tinct. Moschi *P.* 6.
M.

Essentia Ananas.

Ananasessenz.

Rp. Aetheris butyrini *P.* 10,
Spiritus V. rectf. *P.* 100,
Essentiae Citri cort. rec. *P.* 2,
Essent. Aurant. cort. rec. *P.* 1.
M.

Nota. Ad parationem potionum sacchararo, commiscendo cum hac essentia, quantitates parvae Acidi citrici addantur.

Essentia Aurantiorum corticis recentis.

Rp. Cort. Aurantiorum recentis concisi *P.* 1.
Affunde
Spirit. Vini alcoholisati *P.* 4.
Macera per dies tres, exprime et filtra.

Eodem modo paretur

Essentia Citri corticis recentis.

Essentia Cydoniorum.

Aether pelargonicus dilutus Quittenessenz.

Rp. Olei Rutae *P.* 3,
Acidi nitrici (p. sp. 1,2) *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 5.
Conquassando optime mixtae in cucurbitam vitream ingerantur et ad ebullitionem calefiant. Tum sepone per hebdomadem et primum saepius agita. Post hoc tempus stratum aquosum inferius l. a. separa et, calefaciendo maxima parte Acidi nitrici adhaerentis evaporata, cum
Spiritus V. alcohol. *P.* 10
commisce. Sepone loco tepido (20—30° C.) per 4 hebdomades, tum destillando elice *P.* 11—12.

Essentia Fragorum.

Erdbeeressenz.

Rp. Essentiae pyreo-aethereae *P.* 1,
Essentiae Iridis Florentinae
M. *P.* 3.

Essentia fumalis.

Tinctura fumalis, Räucheressenz, Räucherbalsam.

I.

Rp. Tinct. Benzoës *P.* 32,
Olei Bergamottae,
Balsami Peruv. aa *P.* 8,
Styracis liquidi,
Olei Citri cort.,
— Caryophyll. aa 4,
— Neroli *P.* 3,
— Lavandulae,
— Cassiae cinn. aa *P.* 1,
— Rosarum *P.* ½,
Moschi *P.* $^1/_{15}$,
Spiritus V. rectfss. *P.* 48.
Mixtae stent per aliquot dies, tum filtrentur.

II.

Rp. Balsami Peruviani *P.* 2,
Tinct. Benzoës *P.* 8,
Aquae Coloniensis *P.* 12,
Acidi acetici conc. *P.* ½,
Tinct. Moschi *P.* $^1/_{20}$.
M.

III.

Rp. Corticis Cascarillae,
Seminum Amomi,
Olibani aa *P.* 4,
Benzoës *P.* 12,
Styracis liquidi,

Nucum moschat. $\widehat{aa}$ *P.* 6.
Contusis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 248.
Digere per biduum, tum exprimendo cola. Colaturae admisce
Olei Caryophyllorum,
— Cassiae cinnamomeae,
— Bergamottae,
— Citri corticis,
— Lavandulae $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Balsami Peruviani *P.* 8,
Moschi *P.* $^1/_{20}$—$^1/_{15}$.
Sepone per aliquot dies et saepius agita, tum filtra.

Essentia Iridis Florentinae.

Rp. Radicis Iridis Florentinae optimae concisae *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 6.
Immitte in vas destillatorium et elice calore balnei vaporis *P.* 5, quas superfundas
Rad. Irid. Flor. concis. *P.* 1.
Macera per aliquot dies, exprime et filtra.

Essentia Malorum Gallicorum.

Renettenessenz.

Rp. Essent. pireo-aeth. *P.* 20,
Aetheris valerian. *P.* 1—2.
M.

Essentia pireo-aetherea.

Oleum Pirorum. *Pear oil.* Birnenöl. Birnenessenz.

Rp. Amyloxydi acetici *P.* 30,
Aetheris acetici *P.* 3,
Spiritus V. rectf. *P.* 165.
M.

Nota. Ad parationem potionum saccharo, commiscendo cum hac essentia, quantitates parvae Acidi citrici addantur.

Essentia pomato-aetherea.

Oleum Pomorum. *Apple oil.* Aepfelöl. Aepfelessenz.

Rp. Amyloxydi valerianici *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 7.
M.

Nota. Cf. notam sub Essent. pireo-aeth.

Essentia Prunorum Brigantiacorum.

Reineclaudenessenz.

Rp. Essent. pireo-aeth. *P.* 300,
Aquae Amygdalarum amar. concentratae *P.* 20,
Olei Bergamottae *P.* 1.
Mixtae stent per aliquot dies, dein filtrentur.

Essentia Ribium rubrorum.

Rp. Essent. Rubi Idaei *P.* 200,
Essent. pireo-aeth. *P.* 100,
Essent. Cort. Citri rec. *P.* 5.
M.

Essentia Rubi Idaei.

Himbeeressenz.

Rp. Essent. Irid. Flor. *P.* 30,
Aq. Rubi Id. octupl. *P.* 40,
Essent. Ananas *P.* 5.
M.

Essentia salita.

Rp. Kalii chlorati *P.* 6,
Natrii chlorati *P.* 2,
Kalii jodati,
Kalii bromati $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Natrii jodati *P.* $^1/_3$.
Solve in
Aquae destill. *P.* 32.
Tum adde
Acidi sulph. dilut. *P.* $^1/_{60}$.

Explementum Dentium.

Caementum dentarium. Zahnkitt.

Rp. Sandaracae *P.* 2,
Mastiches *P.* 4.
In lagenam immissis affunde
Spiritus V. alcohol. *P.* 12.
Digere leni calore et saepius agita. Solutionem sepone per plures dies, tum decantha aut filtra et ad syrupi spissitudinem evapora. Dein admisce
Olei Cinnamomi *P.* $^1/_{60}$.

Rp. Guttae Perchae *P.* 10.
Mollitis admisce

Catechu pulv.,
Acidi tannic. ãa *P.* 2,
Ol. Caryophyllorum,
Opii pulv. ãa *P.* 1/4.

Explementum metallicum ad Dentes.

Rp. Cadmii *P.* 1,
Hydrargyri *P.* 3.
In vase clauso calore modico colliquentur.

Extractum Absinthii.

Rp. Herbae Absinthii siccatae et concisae q. v.
Commisce cum
Aquae bullientis q. s.,
ut mixtio pultem fluidiorem referat. Sepone per 24 horas, tum ope preli exprimendo liquorem separa. Residuo iterum
Aquae bullientis
quantitatem minorem quam antea affunde. Macera denuo per 12 horas et ope preli exprime. Liquores obtenti commixti, sedimentando, decanthando colandoque depurati inter assiduam agitationem ad volumen dimidium evaporando redigantur. Tum sepone loco frigido per 36 horas. Tandem fluidum, a sedimento defusum, in vase porcellaneo vel stanneo, calore balnei vaporis inter continuatam agitationem ope spathulae ligneae ad secundi (II) gradus extractorum consistentiam fac evaporet. Serva in ollis porcellaneis. Effic. 22—25 pCt.

Eadem ratione parentur:

Extractum Bardanae e radice sicca.
— **Betulae** fol. sicc.
— **Buxi** rad. sicc.
— **Cardui benedicti** ex herba sicca.
— **Chamomillae** e floribus siccis.
(*Ph. Brit.* Extr. Anthemidis. Extr. Chamomill. 120, Olei Chamomill. aeth. 1. Misce).
— **Centaurei minoris** ex herba sicca.
— **Cichorei** e radice et foliis sicc.

Extractum Dulcamarae e stipitibus sicc.
— **Fumariae** ex herb. florescente.
— **Frangulae** Rhamni e cortice sicco. Gradus IV. consist.
— **Gentianae** e rad.
— **Graminis** ex rhizomate sicco Agropyri repentis.
— **Liquiritiae** e radice echinata sicca. (*Ph. Bor.*, *Hass.* Grad. IV. consist.)
(— **Lupuli** Strob. *Ph. Hann.*)
— **Malthi.** Gr. I. consist.
— **Marrubii** albi ex hb. florescente sicc.
— **Millefolii** Achilleae hb. flor. siccae.
— **Pareirae** bravae e radice sicca.
— **Polygalae** amarae et amarellae ex hb. florescente sicca.
— **Rhamni** Frangulae e cort. sicco.
— **Rubiae** tinctoriae e rad. sicca.
— **Salviae** ex herb. sicca.
— **Saponariae** e rad.
(— **Sarsaparillae** *Ph. Hass.*)
— **Scillae** e bulbo siccato. Grad. IV. consist. *Ph. Bor.*
— **Sennae** foliorum.
— **Taraxaci** ex hb. et rad. sicc.
— **Trifolii** ex hb. sicc.
— **Uvae Ursi** (Arbuti) foliorum. Grad. IV. consist. (Suppl. *Ph. Bor.* Schachtii Grad. II.)
(— **Valerianae** *Ph. Hann.*)
— **Verbenae** officinalis ex hb. floresc. Grad. IV. consist.

Ph. Austr. Extr. Absinthii aequali modo, quo Extractum Arnicae rad. parare praecipit.

Extractum Aconiti (Herbae) (alcoholicum).

Rp. Herbae Aconiti recentis (florescentis) *P.* 20.

Concisae in mortario lapideo contundantur et ope preli fortiter exprimantur, quae operatio, additis

Aquae *P.* 3,

repetatur. Liquores mixti et colati in balneo vaporis temperaturae 50—60° Cels. therm. inter perpetuam agitationem ad

Partes 4 remanentes

evaporent, quibus refrigeratis admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 4.

Sepone tum per 24 horas et interdum agita.

Dein mixturam in filtrum linteum immitte et, liquore separato, residuum fortiter exprime, quod cum

Spiritus V. rectf. *P.* 1

mixtum denuo exprime.

E liquoribus commixtis filtratisque in congestore vaporario Spiritu Vini elicito, liquor residuus, leni calore balnei vaporis ad extracti densiorem spissitudinem (tertii gradus) inter continuatam agitationem redigatur. *Ph. Bor. vet., Bav., Hass., (Wrtb., Austr., Hb.).*

Ph. Fenn. jubet, Folia Aconiti siccata gr. pulv. Spiritu Vini rectf. inter digestionem extrahi.

Nota. Pharmacopoeae nonnullae Spiritum Vini ante evaporationem liquoris blanda destillatione elicere instituunt.

Eadem ratione parentur:

Extractum Apii Petroselini ex hb. florescente.

— **Asparagi** offic. turionum. Grad. II. consist.

— **Belladonnae** ramulorum florescentium.

— **Calendulae** offic. ex herba florescente.

— **Chelidonii** ex herb. florescente.

— **Colchici** autumnalis e bulbo rec.

Ph. Brit. Succus recens, calefactus et colando ab albumine coacto liberatus, evaporando ad Grad II. concist. redigitur.

Extractum Conii maculati e foliis et ramulis florescentibus.

— **Digitalis** e foliis et ramulis florescentibus.

— **Gratiolae** herb.

— **Hyoscyami** Scopoliae (Scopolinae atropoidis) herbae florescentis.

— **Hyoscyami nigri** e foliis recentibus et ramulis florescentibus.

— **Lactucae virosae** ex herb. florescente.

— **Plantaginis** lanceolatae ex herba.

— **Pulsatillae** (Anemones pratensis et Pulsatillae Linn.) ex hb. florescente.

— **Stramonii** ex hb. foliis et ramulis florescentibus.

— **Taxi baccatae** ex hb.

— **Toxicodendri** Rhois ex hb.

Extractum Aconiti (cum Faecula).

Rp. Herbae Aconiti rec. florescentis q. v.

Herba concisa in mortario lapideo pistilli lignei ope contundatur et ope preli fortiter exprimatur; quae operatio, addita parva aquae destillatae quantitate, repetatur. Liquores commixti et colati calore balnei vaporis, 60 gradus therm. Celsiani non superante, inter perpetuam agitationem ad quartam circiter partem vel ad syrupi spissitudinem redigantur. Quod remansit super patinas porcellaneas tenui strage expande et in furno siccatorio calore 30—40° C. ad siccitatem usque evapora. Contritum in lagenis vitreis siccis et probe clausis asserva. Eff. 3 ad 3,5 pCt. *Ph. Belg., Hann. (Ph. Gall., Lond., Sl. H., Brit., Americ.)*

Simili modo parentur **Extracta non defaecata:**

Belladonnae hb.
Chelidonii *Ph. Hann.*
Conii hb.

Digitalis fol.
Gratiolae herb. flor.
Hyoscyami hb. flor.
Lactucae sativae hb. flor. sive **Thridax**
Lactucae virosae
Nicotianae fol.
Pulsatillae ex hb. flor. Anemones pratensis.
Rhois radicantis
Rhois Toxicodendri (*Ph. Hann.* Grad. consist. II)
Stramonii.

Extractum Aconiti *Ph. Brit.*

Succus expressus ex herba Aconiti florentis recentis calore balnei vaporis ad 55° C. calefiat Massa viridis, quae interea secernitur, colando separetur. Tum liquor ad calorem 93 ad 94° C. ductus denuo coletur, ut albumen coagulatum separetur. Dein liquor ad spissitudinem syrupi tenuis evaporando redactus, admixta illa massa viridi, inter continuatam agitationem calore 60° C. non excedente ad spissitudinem extracti redigatur.

Eadem ratione parentur:

Extract. Belladonnae e foliis ramulisque recens collectis.
— **Conii** ex herba ramulisque recent.
— **Hyoscyami** ex herba ramulisque recentibus.

Extractum Aconiti ex herba sicca *Ph. Norv.*

Rp. Herb. Aconiti siccat. *P.* 1.
Concisae affunde
Aquae fervidae *P.* 1,
et agita. Sepone per diem unum, dein affunde
Spirit. V. rectfss. *P.* 3
et digere, interdum agitando, per dies duos. Tandem exprime, filtra et liquorem calore 50° C. non superante ad spissitudinem extracti mollis redige. Massae residuae Partibus quatuor admisce
Sacchari Lactis pulv. *P.* 1
et mixturam calore leni ad siccitatem pulveream redige. Serva in lagenis vitreis clausis. Pars una extracti sicci respondet parti uni extracti spissitudinis densioris.

Simili modo parentur:

Extracta Vegetabilium narcoticorum siccatorum.

Extractum Aconiti tuberum.

Extractum Aconiti *Ph. Bor.* ed. VII.

Rp. Tuberum Aconiti (Napelli) *P.* 2.
Grosso modo pulveratis affunde
Spirit. Vini rectf. *P.* 4.
Macera per octo dies in vase clauso, saepius agitando, tum exprime. Residuum, denuo affusis
Spirit. Vini rectf. *P.* 3,
eadem ratione tractetur. Colaturae commixtae filtratae, Spiritu Vini maxima ex parte elicito, evaporando ad extractum spissum redigantur. Dosis periculosa = Centigrm. 3 = Gran. ½.

Extractum Aconiti siccum.

Confer Extractum siccum narcoticum.

Extractum Aloës Acido sulphurico correctum.

Rp. Extracti Aloës *P.* 8.
Solve in
Aquae destill. *P.* 16.
Solutis guttatim admisce
Acidi sulphurici conc. puri *P* 1.
Mixtum tum evaporando leni calore et exsiccando ad quarti (IV) gradus extracti consistentiam redige. Serva in vitris bene obturatis.

Rp. Extracti Aloës sbt. pulv. *P.* 4,
Acidi sulphurici diluti *P.* 3.
M. ex tempore. Mixtio respondet Extracti Aloës Acido sulph. correcti Partibus 4½.

Extractum Aloës alcoholicum.

Aloë depurata.

Rp. Aloës contusae q. v.
Solve in Spiritus Vini rectificati quan-

titate sufficiente, tum filtra et liquorem in vase porcellaneo ad siccum evapora. *Ph. Belg.*

Eodem modo paretur:

Extractum Catechu

pro Catechu depurato. *(Ph. Belg., Gall.)*

Extractum Aloës
(aquosum).

Rp. Aloës lucidae *P.* 1.
In pulverem redactae affunde
Aquae dest. tepidae *P.* 4.

Macera per 48 horas et saepius agita, tunc liquor decanthatus coletur et in patina porcellanea calore balnei vaporis evaporando et optime exsiccando ad IV gradus consistentiam redigatur.

Extractum praebeat cum aqua solutionem subturbidam.

Eodem modo paretur:

Extractum Myrrhae.

Extractum amaricans.

Rp. Extracti Trifolii,
— Rhei,
— Centaurei min.,
— Cardui bened.,
— Millefolii $\widehat{aa}$ *P.*

M.

Ph. Aust. loco Extr. Millefolii praecipit Extractum Cichorei.

Extractum amarum.

Rp. Extract. Absinth., Gentian., Trifolii $\widehat{aa}$ *P.* — Misce. *Ph. Ross.*

Extractum Arnicae
Radicis.

Rp. Radicis Arnicae siccatae *P.* 1.
Concisis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 2

vel quantum hujus mixturae opus erit, ut perfecte immergantur. Digere per biduum et interdum agita. Tum ope preli exprime. Residuum, denuo affusis

Spiritus V. rectfss. *P.* 2 et
Aquae destill. *P.* 1,

eodem modo ut antea tractetur. Colaturae commixtae colando filtrandoque depuratae, destillatione ex balneo vaporis a Spiritu Vini separatae, adhuc calidae per pannum laxum colatae, evaporando in balneo vaporis inter agitationem ad spissitudinem *(II gradus)* extracti redigantur. *(Ph. Hb., Hann.* etc.*)*. *(Ph. Wrtb.* Flor. Arnicae 1, Rd. Arnicae 2. Commixtae extrahantur).

Eadem ratione parentur:

Extractum Agarici albi Grad. IV. consistent.
— **Apocyni** cannabini e radice.
— **Arnicae** florum.
— **Astragali** exscapi e radice.
— **Aurantiorum** corticis.
— **Aurantior. Pomor.** immatur.
— **Belae** (fructus non plane maturi siccati Aegles marmeli.)
— **Brayerae** anthelminticae s. **Kousso.** (*Ph. Fenn.* Extractio Sp. V. rectfss. efficiatur.)
— **Bucco** Fol. (Barosmae crenatae).
— **Caincae** radicis (Serpentariae Brasiliensis).
— **Calami** aromaticae s. **Acori** e radice.
— **Cannabis Indicae** ex herba.
— **Cantharidum** spirituosum.
— **Capitum Papaveris** immaturor., exemptis seminibus.
— **Capsici annui.**
— **Catechu** e pulvere grosso.
— **Chimophilae umbellatae** ex herb. rec. siccata.
— **Chinae** fuscae cort. spirituosum.
— **Cocae,** fol. Erythroxyli Cocae.

Extractum Coffeae e fabis leviter tostis et grosse pulv.
— **Colocynthidis** a seminibus liberatae. Grad. IV. consist.
— **Colombo** rad. Grad. IV. consist.
— **Conii** macul. **Seminum.**
— **Corticis adstringentis** Brasiliensis s. **Corticis Ingae.**
— **Croci.**
— **Cubebarum** *Ph. Hass.*
— **Fuci vesiculosi.**
— **Granati** rad. corticis.
— **Guajaci** e ligno.
— **Helenii** (Inulae) e rad.
— **Hellebori nigri** rad.
— **Kousso.**
— **Levistici** (Ligustici) e radice.
— **Liriodendri** Tulipiferae (Magnoliaceae) e cort.
— **Lobeliae** inflatae ex herb.
— **Lupuli** Humuli e strob.
— **Matico,** fol. Piperis angustifolii.
— **Nicotianae** rusticae vel Tabaci foliorum.
— **Oleae** foliorum.
— **Osmundi** regalis s. **Filicis floridae** e radice.
— **Papaveris** capitum, exemptis seminibus. Grad. IV. consist. *Ph. Hann.* praecipit coctionem cum aqua.
— **Pastae Guaranae.**
— **Pimpinellae** rad.
— **Pini** turionum.
— **Pyrolae umbellatae** ex hb. rec. sicc.
— **Rhei** rad. spirituosum. Grad. IV. consist.
— **Rutae** graveol. ex hb.

Extractum Sabinae Juniperi hb.
— **Sabadillae** sem.
— **Salviae** folior.
— **Sarsaparillae** rad.
— **Scillae** rad. Grad. III. consist.
— **Senegae** rad. Grad. IV. consist. (Grad. II. *Ph. Hass.*)
— **Simarubae** corticis.
— **Tanaceti** vulg. ex hb. florente.
— **Taxi baccatae** e sem.
— **Turionum Pini** silvestris.
— **Valerianae.** Grd. I.
— **Violae tricoloris** hb. flor.

Extractum Artemisiae.

Rp. Radicis Artemisiae vulgaris diligenter siccatae et grosse pulveratae *P.* 1.
Affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 4.
Digere per tres dies, tum ope preli exprime. Residuum, denuo affusis
Spiritus V. rectfss. *P.* 3
eodem modo tractetur. Colaturas commixtas filtratasque calore balnei vaporis, Spiritu destillando (ope congestoris vaporarii) elicito, ad spissitudinem mellis vel extracti tenuioris redige. Eff. 9 ad 10 pCt. (*Ph. Hann.*, *Wrtb.* Grad. extr. II.)

Eadem ratione parentur:

Extractum Petroselini e fructibus recent. Apii Petroselini (Grad. I. consist.)
— **Cannabis Indicae** (Grad. II. consist.)
— **Mezerei** e cort. minutim conciso (spissitudinis mellis *Ph. Bor.*)
— **Piperis nigri.**
— **Ratanhae spirituosum.**

Extractum Belae liquidum.

Rp. Extracti Belae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 3,
Spirit. Vini rectf. *P.* 1.
Solve et filtra. *Ph. Brit.*

Aequali modo paretur:

Extract. Pareirae liquidum.

Extractum Cantharidum acetosum.

Rp. Cantharidum grosse plv. *P.* 2.
Affunde
Spiritus V. alcohol. *P.* 12,
Aceti concentr. *P.* 1.

Digere per 24 horas et exprimendo cola. Fluidum in lebetem porcellaneum immissum inter agitationem atque leni calore ad extracti secundi (II) gradus consistentiam evaporet.

Extractum Cantharidum (aethereum).

Rp. Aetheris cantharidati q. v.
Lenissimo calore ad spissitudinem mellaginis evaporet.

Extractum Carnis.

Rp. Carnis muscularis bovinae recentis, a pinguedine accurate liberatae et in frustula dissectae *P.* 100.

In mortario lapideo per horam dimidiam contundantur, ut fiat puls tenerior, cui admisceantur

Aquae dest. frigidae *P.* 400.

Per horas duas macerata et interdum agitata preli ope exprimatur. Massae residuae carneae affunde

Aquae dest. tepidae *P.* 200

et denuo per horas duas sepone, interdum agitando. Colaturae exprimendo obtentae commixtaeque calore balnei vaporis calefiant, donec albumen, quod continent, coactum fuerit. Albumine coacto colando statim separato, liquor loco frigido seponatur, ut pinguedo adhaerens rigescat, quae colando separanda est.

Liquor ab albumine pinguedineque liberatus denuo in balneo vaporis per horas duas calefiat. Si post hoc tempus portiuncula liquoris agitati in cylindrum probatorium infusa floccos demittit, iterum colatura efficiatur. Denique liquor limpidus calore balnei vaporis ad extracti spissitudinem redigatur et post refrigerationem in ollis vitreis obturatis loco frigido servetur. Eff. *P.* 4 circiter.

Quantum fieri potest vasa et spatula metallica in paratione ne adhibeantur.

Extractum Cascarillae.

Rp. Corticis Cascarillae minutim contusi *P.* 1.
Affunde
Aquae bullientis *P.* 4.

Stent loco calido per horas 24, tum preli ope exprime. Residuo iterum affunde

Aquae bullientis *P.* 3,

digere per diem unum et exprime.

Liquores commixti, subsidendo decanthandoque depurati, leni calore inter continuatam agitationem evaporent, donec

Partes 2

remanserint, quae in lebete porcellaneo calore balnei vaporis (65—75° C.) inter agitationem ad extracti secundi (II) gradus consistentiam redigantur. Eff. 16—20 pCt.

Ph. Fenn. praecipit extractionem ope Spiritus Frumenti.

Eadem ratione parentur:

Extractum Angusturae cort.
— **Bistortae** Polygoni e radice. Grad. IV. consist. (*Suppl. Ph. Bor. Schachtii* Grad. II.)
— **Campechiani** ligni. Grad. IV. consist.
— **Chinae** cort. Grad. IV. consist. (*Ph. Hann.* Grad. II.)
— **Chinae regiae.** Grad. IV. consist.
— **Corticis adstringentis.** Grad. IV. consist.
— **Geoffroyae** cort.
— **Granati Radicis Corticis aquos.**
— **Guajaci** ligni.
— **Haematoxyli** i. q. Campechiani ligni.

Extractum Hippocastani Aesculi corticis. Grad. IV. consist.
— **Krameriae** i. q. Ratanhae.
— **Nucum vomicarum** aquosum. Grad. IV. consist.
— **Pini sylvestris** fol. (lanae).
— **Quassiae** ligni.
— **Quercus** corticis. Grad. IV. consist. *(Suppl. Ph. Bor. Schachtii* Grad. II).
— **Salicis** purpur., pentand. vel fragilis corticis. Grad. IV. consist. (*Suppl. Ph. Bor. Schachtii* et *Ph. Hann.* Grad. II.)
— **Saponariae** *Ph. Hann.* Grad. II. consist.
— **Sarsaparillae** radicis aquosum.
— **Senegae** *Ph. Hann.* Grad. II. consist.
— **Strychni seminis** aquos. i. q. Nuc. vomicarum.
— **Tormentillae** Potentillae radicis. Grad. IV. consist.

Extractum Chenopodii Vulvariae.

Rp. Herb. Chenopodii Vulvariae recens siccatae q. v.
Affunde miscelae, paratae e
Spiritus V. rectf. *P* 3 et
Aquae *P.* 1,
quantum sufficit, ut herba fluido plane contegatur. Digere per 24 horas et exprimendo cola. Residuo affunde iterum minorem quantitatem miscelae notatae, digere et exprime. Liquores commixtos et filtratos, Spiritu Vini blanda destillatione e balneo vaporis separato, inter agitationem calore balnei vaporis ad secundi gradus extracti consistentiam redige.

Eadem ratione parentur:

Extractum Chiraytae Gentianae e stipitibus.

Extractum Narcissi Pseudonarcissi florum.
— **Spartii** scoparii ex herba florente.

Extractum Sumbuli e radice minutim concisa.

Extractum Chinae frigide paratum.

Rp. Corticis Chinae fusci grosse pulv. *P.* 10.
Affunde
Aquae calidae *P.* 40.
Digere calore balnei vaporis per 24 horas et exprimendo cola. Residuo iterum affunde
Aquae calidae *P.* 30,
digere per 24 horas et exprime.
Liquores commixti calore balnei vaporis inter agitationem ad spissitudinem extracti densioris evaporent et postremo leni calore exsiccentur. Massae siccae sic obtentae, in pulverem redactae affunde
Aquae frigidae octuplum,
sepone per dies tres loco frigido et saepius agita. Dein filtra. Liquorem filtratum denique in patina porcellanea calore balnei vaporis ad syrupi densioris spissitudinem redige. *P.* 6 hujus extracti commisce cum
Spiritus V. rectf. *P.* 1,
et serva in vitris obturatis. Eff. 16—17 pCt.

Extractum Cinae (aethereum).

Rp. Florum Cinae pulv. *P.* 1.
Affunde
Aetheris *P.* 4.
Macera in vase clauso per dies tres ad quatuor et subinde agita. Tum liquorem decantha et residuum preli ope exprime. Liquores commixti, per gossypium colati aut filtrati, Aethere blanda destillatione usque ad quartam partem remanentem elicito, loco tepido ad extracti tenuioris (primi gradus) consistentiam redigantur. Asserva in lagenis vitreis. Si extractum post aliquod tempus spissescit, addendo Aetheris aliquantulum consistentia restituatur. Eff. 25 pCt.

Nota. Extractio ope apparatus extractorii depulsorii, qui ad parationem extractorum, quae dicuntur aethereorum, optime efficitur. (Conf. Commentarios Hageri.)

Eadem ratione parentur:

Extract. Cantharidum.

— **Cubebarum** (aethereum).

— **Filicis**(Aspidii)s.**Oleum Filicis.**

— **aeth. Taxi baccatae** seminis.

— **aeth. Zingiberis** rad. Grad. IV consist.

Ph. Austr. ut loco Aetheris in paratione Extracti Cinae Spiritum Vini rectificatissimum adhibeas praescribit.

Extractum Colchici acidum e Radice.

Extract. Colchici aceticum *Ph. Brit.*

Rp. Bulborum Colchici recent. *P.* 10.

Contusis affunde

Aceti concentrati *P.* 1,
Spiritus V. rectfss.,
Aquae fervidae, aa *P.* 4.

Digere loco tepido per 36 horas et interdum agita. Colatura expressa, sedimentando decanthandoque depurata, balnei vaporis calore ad secundi (II) gradus extractorum consistentiam evaporet.

Ph. Brit. Bulbor. Colchici rec. contusor. *P.* 112, Acidi acet. diluti (28 pCt.) 6. Commixtae exprimantur. Liquor expressus ad 100° C. calefactus coletur et calore 72° C. non superante ad Grad. II. consistentiam extracti redigatur.

Extractum Colchici acidum e Seminibus.

Rp. Seminum Colchici grosse pulv. *P.* 4,
Aceti concentrati *P.* 1,
Aquae,
Spiritus V. rectfss. aa *P.* 4.

Digere loco tepido per triduum, saepius agita et ope preli exprime. Residuo affunde

Aceti destillati *P.* 4,

macera et exprime. Colaturae commixtae filtratae calore balnei vaporis ad secundi (II) gradus extractorum consistentiam evaporent.

Extractum Colocynthidis compositum.

Loco Extracti catholici s. panchymagogi.

Rp. Extracti Colocynthidis sicci *P.* 3,
Aloës optimae *P.* 10,
Scammonii Halepens. *P.* 8,
Extracti Rhei sicci *P.* 4.

M., f pulvis, quem in lagenis obturatis asserves. (*Ph. Hann.* prope 1,12, 4,2 — *Suppl. Ph. Bor. Schachtii* 1, 2, 2, 1).

Ph. Hamb.

Rp. Colocynthidis a seminibus liberatae *P* 6.

Macerentur leni calore per triduum in Spiritus V. rectf. *P.* 96.

Liquori, cum expressione colato, admisce

Aloës pulveratae *P* 12,
Scammonii *P.* 4.

Miscelae, balneo vaporis ad extracti tenuioris consistentiam evaporatae, denique admisceatur

Cardamomi pulv. *P.* 1

et porro eodem modo inspissetur, ut habeat tertii gradus extractorum consistentiam.

Ph Suec. Similis compositio, tantum loco Cardamomi sumantur Caryophylli.

Ph. Hann. Similis compositio, tantum loco Cardamomi Extracti Rhei *P.* 2 admisceantur.

Ph. Brit. formulam *Ph. Hamb.* recepit, sed tamen, ut Saponis pulv. *P.* 3 liquori evaporando admisceantur, praecipit.

Ph. Fenn. Extr. Colocynth. 3, in Spirit. Vini rectf. solut, Caryophyll. 1, Scammon. 8, Aloës 16. Mixtae evaporent ad siccum et pulverentur.

Extractum Cotyledonis umbilici.

Rp. Succi recentis herbae Cotyledonis umbilici (Crassulaceae) florentis *P.* 20.

In balneo vaporis inter agitationem ad

Partes 5 remanentes

evaporent, quibus affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 2.

Sepone per aliquot dies, saepius agita, tum cola cum expressione et filtra. Liquorem limpidum calore balnei vaporis

ad extracti secundi (II) gradus consistentiam redige.

Extractum Cubebarum
(spirituosum.)

(Extractum Cubebarum *Ph. Hamb., Hann.*)

Rp. Cubebarum contus. *P.* 20.
Affunde
Spirit. V. alcoholisati,
Aetheris āā *P.* 15.

Macera in vase clauso per 3 dies, tum exprimendo cola. Colaturam hanc aetheream sepone. Residuo affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 30,
Aquae *P.* 10.

Digere per 24 horas, tum exprimendo cola. Colaturam hanc, per linteum filtratam, Spiritu maxima ex parte destillando elicito, inter agitationem calore balnei vaporis ad spissitudinem secundi gradus redige. Hoc extractum sepone.

Colaturam aethercam, primum obtentam, blandae destillationi subjice ita, ut
Partes 10
ejus remaneant, quas inter agitationem calore lenissimo ad mellaginis spissitudinem evaporatas cum extracto, antea obtento inter terendum exacte commisce et in olla vitrea obturata serva. Haec mixtio ante dispensationem semper agitetur. Eff. 30 pCt.

Extractum Cynarae
Scolymi vel Carduneuli.

Rp. Succi recentis florum et radicum Cynarae Scolymi aut Cynarae Carduneuli Linn.*) q. v.

Calore balnei vaporis calefiat, donec albumen solutum coactum fuerit, tum liquor colando depuratus in balneo vaporis inter agitationem ad extracti tertii gradus consistentiam evaporet.

Extractum Elaterii.
Elaterium.

Rp. Fructuum Elaterii (Momordicae) maturor. q. v.

Contusorum succus exprimatur et per cribrum setaceum tenuissimum coletur. Liquidum tunc leni calore et denique in balneo vaporis evaporando ad consistentiam extracti tertii gradus redigatur. Sit e viridi fuscum, cum aqua solutionem turbidam praebens, saporis amarissimi.

Ph. Bad., Austr. Succus inspissatus in Spiritu Vini solvatur, filtretur et ad gradus II. consistentiam redigatur.

*) Artischoken-Blumenköpfe und Wurzeln.

Extractum Ferri pomatum.
Extractum Ferri s. Martis.

Rp Pomorum (Pyri Mali) acidulorum *P.* 100.
In pultem contundendo redactis admisce
Stramentorum concisorum
quantum sufficit, tum exprime. Liquorem expressum subsidendo colandoque depuratum, admixtis
Ferri pulverati *P.* 4,
calore balnei vaporis tam diu digere, interdum agitando, quamdiu ferrum solvitur. Dein affunde liquori refrigerato
Aquae communis q. s.,
ut pondus mixturae exaequet
Partes 100.

Sepone per diem unum et filtra. Liquor filtratus ad extracti spissitudinem (Grad. II. consist.) calore balnei evaporet. Extracti P. 100 contineant 7 ad 8 *P.* Ferri soluti. *Ph. variae.*

Rp. Succi Pomorum acidulorum *P.* 1000.

Sepone per tres dies loco tepido (25 ad 30° C.), ut succus paulum fermentet. Liquori colando depurato admisce
Ferrum carbonicum
adhuc humidum, et aqua bene elotum, paratum praecipitando e
Ferri sulphurici cryst. *P.* 40,
solutis in Aquae destillatae *P.* 400, et
Natri carbonici cryst. *P.* 45,
solutis in Aquae *P.* 400, eo modo, ut inter eluendum praecipitatum semper strage aquae obtectum sit.

Solutione Ferri carbonici peracta, liquor calore balnei aquae evaporando agitandoque ad *P.* 200 remanentes redigatur, dein post refrigerationem diluatur
Aquae destillatae
ea quantitate, ut *P.* 800 repleantur. Post sedimentationem liquor filtratus evaporando calore balnei vaporis ad extracti spissitudinem redactus, si pondus ejusdem Partes 100 non exaequet, commisceatur cum

Sacchari pulverati q. s.,
ut Partes 100 expleantur.

Partes centenae extracti continent *P.* 7 vel 8 ferri.

Extractum fluidum.

Fluid Extract. Flüssiges Extrakt.

Extracta fluida in America septentrionali in usum pharmaceuticum recepta eo modo componuntur, ut substantia extracta e parte una herbae, radicis etc alicujus siccatae contineatur parte una extracti fluidi. Ne haec extracta corrumpantur, continent in centenis partibus partes 15 ad 40 Spiritus Vini. Modus extractionis cum eodem parationis Extracti Arnicae (Pag. 190 notato) plerumque convenit. Velut

Extractum Hyoscyami fluidum.

℞p. Herbae Hyoscyami *P.* 20.

Grosso modo pulveratas et quantitate sufficiente mixturae, paratae miscendo e Spiritus V. rectfss. *P.* 2 et Aquae 1, humectatas in vas deturbatorium (percolatorium) immitte. Tum affunde tantum Spiritus diluti antea notati, quantum ad *P.* 15 colaturae sufficit, quas sepone. Dein denuo ille Spiritus dilutus affundatur, donec Partes 40 - 50 percolatae fuerint, vel herba Hyoscyami satis exhausta sit. Haec colatura ulterior evaporando ad *P.* 5 remanentes redacta commisceatur cum colatura prius obtenta, quae *P.* 15 explet. Hac ratione liquor obtinetur, cujus partes singulae continent partes medicamentosas partis unius herbae Hyoscyami siccae.

Extractum Frangulae compositum.

Extractum Rhamni comp.

Paretur eodem modo quo Extractum Rhei compositum, nisi quod loco Extracti Rhei sumatur. Extractum Frangulae.

Extractum Fuliginis splendentis.

Paretur eodem modo, uti Extractum Aloës, e Fuligine splendente cruda.

Extractum Graminis liquidum.

Mellago Graminis.

℞p. Extracti Graminis *P.* 3.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 1.

Ph Hann. Extr 2, Aq. 1.

Ph. Hass. Extr. Gram. in Aq. frigidae quadruplo solutum filtretur et ad syrupi spissitudinem evaporet.

Eodem modo parentur:

Extractum Taraxaci liquidum s. Mellago Taraxaci.

(*Ph. Hass.* Extr. 3, solut. in Aq. 1.)

Extractum Hellebori Bacheri.

℞p. Extracti Helleb. nigri,
Kali carbonici aa *P.*

Exacte misceantur.

Extractum Hyoscyami Seminum.

℞p. Seminis Hyoscyami grossiuscule pulv. et expressione frigida ab oleo liberati *P.* 1.

Affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 3.

Digere leni calore per 24 horas, tum exprimendo cola. Residuo affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 2,

digere et exprime. Liquores commixtos filtra et, Spiritu Vini destillando elicito, ad spissitudinem extracti mollioris, calore balnei vaporis et inter agitationem, redige. Extractum sic obtentum in

Aquae destill. quadruplo

solvatur et solutio per chartam bibulam humectatam percolata, resina rejecta, calore balnei vaporis denuo ad extracti secundi gradus consistentiam redigatur. Eff. 5 pCt. *Ph. Belg., (Austr.).*

Pari modo paretur:

Extractum Belladonnae seminum.

— Stramonii seminum

s. Extract. Stramonii *Ph. Brit.*

Extractum Jalapae

Ph. Brit.

℞p. Tuberum Jalapae *P.* 1.

Grosso modo pulveratae affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 5.

Digere per aliquot dies, tum exprimendo

cola. Colaturam, Spiritu Vini destillando elicito, ad extracti spissitudinem redige.

Tuberibus post expressionem remanentibus denuo pulveratis affunde

Aquae quant. suff.,

tum macera et exprime. Colaturam filtratam ad extracti spissitudinem evaporando redige. Quo facto extractum hoc aquosum commisce cum illo extracto ope Spiritus Vini effecto et mixta inter agitationem ad extracti densioris spissitudinem (Grad. III. consist.) evapora.

Extractum Ipecacuanhae.

Emetinum impurum s. coloratum.

Rp. Radicis Ipecacuanhae grosse pulv. *P.* 1.

Affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

Macera per tres dies, interdum agita, tum exprimendo cola. Residuo affunde iterum

Spiritus V. rectfss. *P.* 2.

Macera et exprime ut antea. Liquores commixti filtrati, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, leni calore ad extracti spissitudinem evaporent. Extractum obtentum solve in

Aquae destill. *P.* 4.

Solutio filtrata calore balnei vaporis inspissetur et siccando ad extracti sicci (quarti gradus) consistentiam redigatur. Serva in lagenulis bene obturatis. Sit pulvis luteus, solutionem in aqua limpidam praebens. *Ph. Bor., Hass.*

Extractum Juglandis Nucum (Putaminum).

Rp. Nucum Juglandis regiae nondum maturarum, aut Putaminum viridium rec. nucum q. v.

In mortario lapideo, addendo aliquantulum aquae, contundantur, tum exprimantur. Succum colatum inter agitationem calore balnei vaporis evaporando ad extracti secundi gradus spisstiudinem redige. Eff. 6—7 pCt.

Extractum Juglandis Foliorum.

Paretur e foliis Juglandis regiae recentibus, Mense Julio collectis, uti Extractum Arnicae.

(*Ph. Hann.* Paretur eodem modo quo Extr. Absinthii).

Extractum Lactucarii.

Rp. Lactucarii venal. *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 4.

Digere per aliquot dies et saepius agita. Liquorem refrigeratum filtra et calore balnei vaporis ad siccitatem redige. (*Ph. Belg.*)

Extractum Martis.

Extractum Ferri tartarici.

Rp. Tinctur. Tartari ferrati q. v.

Inter agitationem ad extracti secundi (II) gradus consistentiam evaporando inspissetur. (*Ph. Gall., Sard.*)

Extractum Mezerei.

Extract. Mezerei spirituosum *Ph. Bor.*
Extr. Mezerei aethereum.

Rp. Corticis Mezerei *P.* 1.

Minutim concisae affunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 4.

Digere per aliquot dies interdum agitando, tum fortiter exprime.

Residuum, affusis

Spiritus V. rectfss *P.* 3,

eodem modo tracta.

Colaturas commixtas filtratasque, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, ad densitatem Mellis evaporando redige. Sit extractum subviride, in aqua non solubile. Eff. 12 pCt. *Ph. Bor.* (*Ph. Hann.* extr. Grad. II. consist.)

Extractum Myrtillorum Baccarum.

Rp. Baccarum Myrtillorum recent. maturarum q. v.

Conquassatae et contritae per quatuor dies loco tepido seponantur, tum exprimantur. Succus colatus dein ad extracti tertii gradus spissitudinem inter agitationem fac evaporet

Extractum Nicotianae Rademacheri.

Rp. Foliorum Nicotianae rusticae (aut Nicotianae Tabaci) recent. q. v.

Concisa et in mortario lapideo contusa

conspergantur aquae quantitate parva, et exprimantur. Succus colatus calore balnei vaporis inter agitationem continuatam ad extracti tertii gradus consistentiam evaporet.

Extractum Opii.

Extractum Opii gummosum. Extractum Meconii.

Rp. Opii Smyrnaici *P.* 1.
In frustula tenuiora concisae affunde
Aquae dest. frigid. *P.* 4.
Macera per 36 horas loco frigido et saepius agita, tum ope preli exprime et cola. Residuum, affusis
Aquae dest. frigid. *P.* 3,
denuo macera per 24 horas, tum exprime et cola Liquores commixti, subsidendo filtrandoque depurati calore balnei vaporis 60 ad 70° C. inter continuatam agitationem ad extracti densioris spissitudinem redigantur, calore leni hypocausti perfecte exsiccentur et massa sicca pulverata in lagenis obturatis caute asservetur. Eff. circiter *P.* 50.

Extractum Opii liquidum *Ph. Brit.*

Liquid extract of Opium.

Rp. Extracti Opii *P.* 1.
Digerendo solve in
Aquae destill. *P.* 16 ad 17*v.*
Liquori filtrato admisce
Spirit. Vini rectfss. *P.* 3,
ut volumen mixtionis expleat *P.* 20*v.*

Extractum Opii sine Narcotino.

Rp. Extracti Opii subt. plv. *P.* 1.
Affunde
Aetheris *P.* 10.
Macera per diem unum et saepius agita. Aethere defuso, extractum leni calore sicca et serva.

Rp. Extracti Opii *P.* 3.
Solve macerando in
Aquae frigidae *P.* 2.
Refrigeratis affunde
Aetheris *P.* 4.
Sepone per biduum et saepius fortiter agita. Dein Aethere defuso, novam quantitatem
Aetheris
affunde, macera et saepius fortiter agita. Extractio et conquassatio cum Aethere eodem modo toties repetatur, quoties Aether aliquid solvit. Denique residuum evaporando leni calore exsiccetur et servetur.

Extractum Phellandrii Seminis Ph. Hamb.

Rp. Fructuum Phellandrii aquatici contusi *P.* 5.
Coquantur in vesica destillatoria cum
Aquae communis *P.* 48,
et destillando eliciantur *P.* 20, vel quantum opus erit ad oleum aethereum expellendum (circiter *P.* $\frac{1}{24}$—$\frac{1}{16}$) Hoc separato, fluidum in vesica remanens, bene expressum et colatum, evaporet ad extracti tenuioris consistentiam, et digeratur semen residuum per 12 horas cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 10.
Fluidum spirituosum bene expressum, ad separandum Spiritum Vini tunc destillationi usque ad quartae partis remanentiam subjiciatur, et, hoc modo inspissatum, cum extracto aquoso prius obtento commixtum, evaporatione balnei vaporis ope ad extracti secundi (II) gradus consistentiam redigatur, cui refrigerato denique admiscenda erit
Olei aetherei prius obtenti *P.* $^1/_{24}$,
in pauxillo Spiritus V. rectfss. soluta. Serva in vase bene clauso.

Nota. Pars 1 hujus extracti partibus 4 Fructuum Phellandrii pulverati respondet.

Extractum Physostigmatis Seminis.

Extractum Fabae Calabaricae.

Rp. Seminum Physostigmatis venenosi (Fabarum Calabaricarum) *P.* 20.
Grossiuscule pulveratis affunde
Spiritus Vini rectfss. *P.* 60,
Aquae destillatae *P.* 20,
Aceti destillati *P.* 5.
Digere interdum agitando, vase clauso, per biduum, tum cola exprimendo. Residuo affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 30,
Aquae destillatae *P* 10.
Post digestionem per biduum fortiter exprime. Colaturae commixtae, sedimen-

tando filtrandoque depuratae, balnei aquae calore ad spissitudinem extracti (Grad. II. consist.) inter agitationem redigantur. Extractum caute servetur.

Extractum Pini maritimae Corticis.

Paretur e Cortice sicco Pini maritimae uti Extractum Arnicae. Ad extracti quarti gradus consistentiam evaporando et siccando redigatur.

Extractum Ratanhae.

Extractum Krameriae.

℞p. Radicis Ratanhae cortice crassiore praeditae *P.* 1.
Grosso modo pulveratam superfunde
Aquae frigidae *P.* 4.
Sepone per 36 horas et saepe agita, tum exprimendo cola. Residuum, affusis
Aquae frigidae *P.* 3,
iterum sepone per diem unum et exprime. Colaturae commixtae, decanthando colandoque depuratae, in vase porcellaneo, inter agitandum ope bacilli vitrei, calore balnei vaporis evaporent atque in extractum siccum (Grad. IV. extr. consist.) redigantur. Sit pulvis splendens, in aqua turbide solubilis. Eff. 12—15 pCt. *(Ph. Bor.)*

Aequali modo parentur:

Extractum Cassiae e pulpa Cassiae.
— **Monesiae** e cortice Chrysophylli glycyplaei.
— **Rhei** (*Ph. Hann.* Grad. II. consist.)
— **Scillae** bulbi *Ph. Bor.*
— **Secalis cornuti** *Ph. Dan.* Grad. II. consist.

Extractum Rhei alcalinum.

℞p. Tincturae Rhei aquosae q. v.
Calore balnei vaporis ad extracti gradus secundi consistentiam evaporet.

Extractum Rhei compositum.

Massa pilularum Rhei comp. (Loco Extracti panchymagogi et catholici.)

℞p. Extracti Rhei sicci *P.* 6,
— Aloës *P.* 2,
Resinae Jalapae,
Saponis medicati āā *P.* 1.
Pulveratas et optime mixtas subige
Spiritus V. alcohol. *P.* 3.
Dein massam calore balnei vaporis exsicca et in pulverem redige, quem in lagenis bene obturatis asserves.

Extractum Secalis cornuti.

Ergotinum Bonjeani.

Paretur e Secali cornuto grosse pulverato, uti Extractum Arnicae, et inspissetur ad extracti primi gradus consistentiam. Effic. 11 pCt.

℞p. Secalis cornuti *P.* 1.
Grosso modo pulveratae affunde
Aquae destill. *P.* 4.
Macera per diem unum loco frigido, tum cola. Maceratio residui, aquae eandem quantitatem affundendo, adhuc bis repetatur. Colaturae commixtae calore balnei vaporis quam celerrime evaporando ad *P.* 1 remanentem redactae et refrigeratae commisceantur cum
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3.
Post aliquot horas liquor filtretur et calore balnei vaporis in extractum spissius redigatur. *Suppl. Ph. Bor. Schachtii, (Ph. Hann., Fenn.).*
Ph. Hass., Hb. extract. spissitudinis syrupi.

Extractum Secalis cornuti fluidum.

Extractum Ergotae liquidum *Ph. Brit.*

℞p. Secalis cornuti grosso modo pulverati *P.* 16.
In vas deturbatorium immissis sensim affunde mixturam optime agitatam, paratam ex
Aetheris *P.* 20*v* et
Aquae destill. *P.* ½,
ut oleum pingue removeatur. Dein pulverem, affusis
Aquae destill. *P.* 60*v*,
digere per duodecim horas et exprimendo cola. Colatura evaporando ad
Partes 9*v*
redacta commisceatur cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 8*v*.
Sepone per diem unum, tum filtra. Colaturae sint *P.* 16*v*.

Extractum siccum
(narcoticum)
ad pulveres mixtos parandos.

℞p. Extracti cujuslibet, gradus II—III consistentiae, *P.* 8,
Fabarum albarum pulverat., antea optime exsiccatarum *P.* 9.

Misceantur, ut fiat massa densior, quae in tenuia frustula divisa et eodem pulvere Fabarum conspersa loco calido (30—45° C.) bene exsiccetur. Tum massae in pulverem redactae admisce

Fabarum pulv. tantum,

ut miscelae pondus totius respondeat

Partibus 16.

Serva in vitris embolis suberinis bene obturatis.

Signa: Extractum NN. Sumatur duplum.

℞p. Extracti cujuslibet,
Pulveris Fabarum exsicc. āā *P.* 8,
Radicis Liquiritiae plv. *P.* 2.

Misceantur, exsiccentur et pulverentur. Tum admisce

Radicis Liquiritiae plv. q. s.,

ut pondus totius miscelae sit aequale

Partibus 16.

Signa. Sumatur duplum.

Ph. Bor., Bav. Extracti *P.* 4, Rad. Glycyrrh. subt. pulv. *P.* 3. Mixt. exsiccentur (calore 40—50° C.). Tum admisce Rad. Glycyrrhizae pulv q. s, ut pondus mixtionis sit $=$*P.* 8.

Ph. Fenn. Extracti *P.* 1, Sacch. Lactis, Rad. Liquirit. pulv. q. s. Pondus pulveris mixti sit $=$*P.* 3.

Ph. Hass. Extr. *P.* 1, Sacch. Lactis pulv. q. s. Pondus pulveris mixti sit $=$*P.* 2.

Ph. Dan. Extr. *P.* 1, Sacch. Lactis q. s. Massa siccata pulv. sit $=$*P.* 1.

Illo modo parentur:

Extractum Aconiti sicc.
— Belladonnae sicc.
— Conii mac. sicc.
— Digitalis sicc.
— Hyoscyami sicc.
— Lactucae virosae sicc.

Extractum Solani Lycopersici.

Paretur e fructibus recentibus contusis Lycopersici esculenti eadem ratione, qua Extractum Aconiti herbae *Ph Bor. vet.*, nisi quod loco Spiritus Vini rectificatissimi

Spiritus V. rectificatus

adhibeatur.

Extractum solutum.
Solutio Extracti alicujus.
(Ad recepturam.)

℞p. Extracti alicujus *P.* 4.

Solve in

Aquae destill. *P.* 5.

Tum admisce

Spiritus V. rectf. *P.* 2,

antea cum

Aquae destill. *P.* 1

commixtas. Serva loco frigido in lagenis vitreis obturatis.

Signa. Extractum NN. Sumatur triplum.

Extractum Strychni seminis spirituosum.

Extractum Nucis vomicae spirituosum.
Extractum Nucum vomicarum *Ph Bad., Norv., Austr., Dan., Brit.*

℞p. Seminum Strychni grosso modo pulv. *P.* 2,
Spiritus Vini rectf. *P.* 4.

Digere per tres dies, interdum agitando, dein cola cum expressione. Residuum, affusis

Spiritus Vini rectf. *P.* 3,

eodem modo tracta.

Colaturae commixtae filtrataeque calore balnei vaporis evaporent et optime exsiccentur. Massa contrita in lagenulis optime clausis caute servetur. Eff. 6—7 pCt. *(Ph. Bor., Bav., Austr., Norv., Americ.)*

Ph. Hb., Sl. H, Bad., Wrtb., Sax., Hann., Hass., Dan., Fenn., Batav., Suec., Gall., Graec., Spiritum Vini rectificatissimum ad parationem adhibeas, praecipiunt. *(Ph. Belg.* Sp Vini pd. sp. 0,867.)

Ph. Hb., Belg., Bad., Sl. H., Dan., Fenn., Hass., Wrtb., Suec., Gall., Graec. praescribunt spissitudinem extracti densioris. *(Ph. Norv.* Extracti sicci *P.* 4 commiscentur cum Sacchari Lactis pulv. *P.* 1.)

Ph. Fenn. Extr. Nucis vomicae spirit. pulveratum paretur aequali modo quo Extr. narcoticum siccum. 3 *P.* contineant *P.* 1.extracti. *Ph. Hass.* Extr. siccum cont. *P.* 1. Extracti spissi et Sacchari Lactis *P.* 1.

Extractum sudoriferum Smithii.

℞p. Rad. Sarsaparill. *P.* 2,
— Liquiritiae,
Ligni Guajaci,
— Sassafras,
Florum Cinae aa *P.* 1.

Contusae et mixtae eodem modo tractentur, qui ad parandum Extractum Arnicae praeceptus est.

Extractum Taraxaci liquidum *Ph. Bor. vet.*

Mellago Taraxaci.

℞p. Extracti Taraxaci *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 1.

M. et solve.

Extractum Vitis Pampinorum.

Paretur e pampinis cum foliis Vitis viniferae recentibus eodem modo quo Extractum Aconiti herbae.

Extractum Vitis Pampinorum solutum.

Essentia Extracti Vitis Pamp.
Weinrankenextrakt zu Waschungen gegen Sommersprossen.

℞p. Extracti Vitis Pamp. *P.* 1,
Aquae Rosarum *P.* 8,
Aquae Rubi Idaei *P.* 2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1.

M. et filtra.

Farina Amygdalarum.

Mandelkleie.

I.

℞p. Amygdalarum amararum excort. *P.* 80.

Concisae et lenissimo calore siccatae pulverentur. Tum adde

Farinae Tritici,
Radicis Iridis Flor. aa *P.* 40,
Natri carbonici sicci,
Boracis aa *P.* 2,
Mixturae odoriferae moschatae *P.* 3.

Misce, fiat pulvis.

II.

℞p Amygdalarum amararum excorticatarum,
Radic. Iridis Florent. aa *P.* 40,
Talci Veneti subt. pulv. *P.* 30,
Saponis optimi *P.* 10,
Boracis *P.* 5,
Mixturae odoriferae *P.* 3—4

M. f. pulvis.

III.

℞p. Farinae Tritici *P.* 192,
Radicis Iridis Flor. *P.* 80,
Natri carbonici sicci,
Boracis aa *P.* 8.

Pulveratis et mixtis adde miscelam optime agitatam, paratam ex

Olei Olivarum Provinc. *P.* 16.
Mixturae odoriferae *P.* 6,
Olei Amygdal. aeth. *P.* 1/6,
Tincturae Moschi *P.* 1/12,
Spiritus V. alcohol. *P.* 12.

Farina cacaotina.

Kontentmehl. *Poudre Content.*

℞p. Sacchari albi *P.* 500,
Sem. Oryzae *P.* 1000,
Massae Cacao *P.* 750,
Cassiae cinnameae *P.* 25,
Caryophyllorum *P.* 10,
Cardamomi *P.* 5,
Balsami Peruviani *P.* 4.

M. Fiat pulv. subtilissimus.

Farina Hordei praeparata.

Hordeum praeparatum.

℞p. Farinae Hordei bene exsiccatae q. v.

In vas (vesicam) stanneum apparatus vaporum comprimendo jactandoque ingeratur et per 12 dies calori balnei vaporis exponatur, vel donec farina colorem e luteo rubellum induerit. Tum per cribrum trajecta in vasis e lamina alba ferrea confectis obturatis asservetur.

Nota. Farina Hordei praeparata ob

abundantiam acidi silicici fortasse non satis concoquatur.

℞p. Farinam Hordei et tantum quidem in vas stanneum cylindraceum immitte ac fortiter comprime, ut vas ad duas trientes partes usque repletum sit. Tum vas suspendatur in vesica destillatoria, aqua ad duas trientes repleta, et, adaptato alembico, aqua bulliat diebus binis, singulo per horas quindecim. Strato supremo farinaceo ablato, massa siccetur et in pulverem redigatur. Sit pulvis e luteo rubellus, saporis subdulcis, valde mucilaginosi, odoris panis recentis hordeacei. *Ph. Hass.*

Farina Lini Seminis.

Paretur pulverando placentas Seminum Lini post olei expressionem residuas.

Fecula (Faecula) Herbarum narcoticarum.

℞p. Succi recentis colati herbae narcoticae alicujus q. v.

Ebullitione coagulatio peragatur, tum faecula colando secernatur et calore modico siccetur. Serva in lagenis obturatis.

Fel Tauri depuratum siccum *Ph. Bor.*

℞p. Fellis Tauri recentis,
Spiritus V. rectfss. āā *P.* 100.

Conquassando exacte mixtas sepone per diem dimidium, dein filtra. E liquore filtrato Spiritu Vini calore balnei vaporis elicito, residuo ex destillatione admisce

Carbonis animalis recens depurati

adhuc humidi (parati e Spodii venalis *P.* 10) eam quantitatem, ut liquoris macerati portiuncula exempta filtrataque coloris sit subflavi. Tum filtretur et liquor calore balnei vaporis ad siccum redigatur. Eff. *P.* 7. Serva in vasis bene clausis.

Sit pulvis e subflavo albus, eodem colore in Aqua et Spiritu Vini rectificatissimo limpide solubilis, facile humescens, ignitus residuum relinquens exiguum album, quod reactionem alcalinam praebet.

Fel Tauri inspissatum.

Extractum Fellis bovini.

℞p. Fellis Tauri recent. q. v.

Colatum calore balnei vaporis inter agitationem ad extracti gradus III. spissitudinem evaporet.

Ph. Norv. Fellis recent. 2, Sp. V. rectfss. 3. Misce conquassando et post coagulationem filtra. Liquor limpidus calore balnei aquae ad siccum evaporet, atque pulveretur.

Ph. Brit. Fellis recent. 1, Spir. Vini 2. Mixtae filtrentur etc.

Ferculum Saxoniae.

Fercolo di Sassonia.

℞p. Sem. Oryzae *P.* 400,
Sacchari *P.* 120,
Cassiae cinnam. *P.* 3.

M. Fiat pulvis subtilissimus.

Fermentum.

Hefe.

℞p. Mellis *P.* 5,
Tartari depurati pulv. *P.* 1,
Malti (polentae tostae) *P.* 16,
Aquae tepidae (50° C.) *P.* 60.

Misce agitando et loco tepido per aliquot dies sepone, donec fermentum exortum fuerit. Tum per cribrum funde.

Fermentum pressum.

Preß- oder Pfundhefe.

℞p. Malti Hordei (polentae) contriti *P.* 1,
Farinae secalinae *P.* 10.

In dolium ingestis admisce

Aquae calidae (60—63° C.) *P.* 75.

Sepone per 3—4 horas. Deinde mixtioni, ad 25° C. refrigeratae, admisce inter agitandum

Faecum Cerevisiae ascendentium

quantum libet, et sepone loco temperaturae ejusdem. Spuma tum, quae in superficiem ascendit et accrescit, sollicite auferatur atque colligatur, quamdiu oritur.

Spuma collecta ope aquae frigidae per cribrum setaceum trajiciatur, dein, largiore aqua commixta, ad sedimentandum per horas 12 seponatur, et colando et exprimendo per linteum separetur. Placentas, parte decima ponderis earum

Calcariae phosphoricae

admixta, charta densiore involutas ne

ultra 3 hebdomades loco frigido atque sicco asserves.

Hoc fermentum pressum cum

Amyli q. s.

commistum et loco tepido exsiccatum exhibet:

Fermentum pressum siccum.

Nota. Fluidum defaecatum ad Aceti praeparationem adhibeas.

℞p. Lupulini *P.* 1,
Farinae secalinae *P.* 120,
Aquae fervidae *P.* 144.

Mixtis ad 25° C. refrigeratis adde

Fermenti Cerevisiae *P.* 20.

Tum sepone loco temperato (20° C.) per 24—36 horas, ut miscela fermentet. Dein subigendo admisce

Farinae hordeaceae *P.* 120,
Calcariae phosphoricae basicae sbt. pulv. (farinae albae subtilis ossium ustorum) *P.* 130.

Fiat pasta densior, quam in liba plana redactam et tunc loco tepido exsiccatam serves.

Usus. Frustula hujus fermenti in aqua tepida per 12—16 horas macerentur, et deinde adhibeantur.

℞p. Fermenti cerevisiae circiter *P.* 120.

Per textum gossypinum cohum *(Gaze)* colatis affunde

Ammoni carbonici *P.* 2,

solutas in

Aquae *P.* 15.

Dein mixtura aqua diluatur, ut expleat *P.* 350 ad 360. Post agitationem sepone per horam unam, tum liquore decanthato massa fermenti sedimentata colligatur et aqua frigida abluatur. Quo facto recipe

Malthi Hordei (polentae) in aëre siccati, contusi *P.* 120,

quae superfundantur

Aquae *P.* 240.

Macera per diem dimidium, tum loco ad 50—60° C. calefacto sepone per horam unam et cola. Colatura, admixta agitando

Acidi tartarici *P.* $^1/_4$,

seponatur per diem unum loco tepido (20—25° C.) tum commisceatur cum illa

Massa fermenti sedimentata

et maceratio per dies duos calore 25—30° C. peragatur. Fermentatione finita, fermentum exortum in linteo collige et ope preli exprime.

Liquorem a fermento separatum fermentatione acida in Acetum transmutare potes.

Ferro-Ammonum citricum.

$3AmO,\overline{Ci}+Fe^2O^3,\overline{Ci}+HO$. Ferrum citricum cum Ammonio. Ferrum citricum ammoniatum.

℞p. Ferri citrici sicc. *P.* 10,
Acidi citrici cryst. *P.* 4.

Solve in

Aquae dest. fervid. *P.* 50.

Solutioni filtratae instilla

Liq. Ammoni caustici,

quantum requiritur, ut Ammonum aliquantulum praevaleat. Deinde liquor calore balnei vaporis ad siccum evaporet. Residuum contritum et bene siccatum statim in lagenulis obturatis serva. Effic. circiter *P.* 15. *(Ph. Bav.)*

Si vis sal lamellatum efficere, liquor leni calore ad syrupi spissitudinem redactus laminis vitreis inducatur et exsiccetur.

Ferro-Ammonum pyrophosphorico-citricum.

$3AmO,\overline{Ci}+2Fe^2O^3,3bPO^5+3$ Aq.

℞p. Acidi citrici cryst. *P.* 20,
Aquae destillatae *P.* 150.

Solutione peracta, liquori instilla

Ammoni caustici soluti *P.* 50 vel q. s.

ad perfectam neutralisationem. Dein liquori, ad +12 vel 10° C. refrigerato et in cucurbitam vitream infuso adjice

Ferrum pyrophosphoricum

recens praecipitatum et elotum, quod e *P.* 66 Natri pyrophosphorici praecipitando efficitur (vel Ferri pyrophosphorici sicci triti *P.* 45).

Macera, saepius agitando, loco frigido per tres vel quatuor dies. Tum filtra. Liquorem limpidum, calore balnei aquae (60—65° C. ad circiter *P.* 100 evaporando redactum et laminis vitreis inductum calore hypocausti (30—40° C.) exsicca, ut lamellae lucidae subviridulae obtineantur. Eff. *P.* 60 ad 65.

Ferro-Ammonum sulphuricum.

AmO,SO^3+FeO,SO^3+6HO. Ferrum sulphuricum ammoniatum. Eisendoppelsalz.
(Reagens.)

℞p. Ferri sulphurici crystallisati *P.* 100,
Ammoni sulphurici sicci *P.* 48,
Aquae destillatae *P.* 600.

In cucurbitam immissis, fiat solutio leni calore, dein instillentur
Acidi sulphurici diluti *P.* 5.

Post agitationem liquor filtretur atque evaporando seponendoque in crystalla cogatur, quae premendo inter strages chartae bibulae exacte desiccentur. Lixivium ultimum rejiciatur Serva crystalla in vitris bene obturatis. Melius hoc modo agitur:

℞p. Ferro-Ammoni sulphurici crystallisati q. v.
Solve in
Aquae destill. quadruplo.
Liquorem filtratum immisce in
Spiritus V. rectfss. Voluminis duplum

et agita. Quadrante horae praeterlapso statim praecipitatum salinum in filtro collige, Spiritus Vini rectificati paulo ablue et inter strages chartae bibulae premendo exacte desicca. Sint crystallula coloris fere expertia, in aëre persistentia Bene serventur in lagenis obturatis.

Ferro-Ammonum tartaricum.

AmO,$\overline{T}$+Fe^2O^3,$\overline{T}$+4HO. Ferrum tartaricum cum Ammonio. Ammonium ferrico-tartaricum. Ferrum tartaricum ammoniatum. Ammonium tartaricum ferratum.

℞p. Acidi tartarici *P.* 15.
In
Aquae destill. *P.* 80
solutis instilla
Ammoni caustici soluti *P.* 36 vel q. s.
ad perfectam neutralisationem Dein adjice
Acidi tartarici *P.* 15,
quae digerendo solvantur. Quo facto adjice
Ferri oxydati hydrati recens praecipitati
et ope preli exprimendo ab humido liberati *P.* 14 aut quantum requiritur ut, inter lenem digestionem agitando (semper a luce liquor remotus sit) portiuncula non soluta remaneat. Dein filtra et liquorem leni calore ad circiter *P.* 70 evaporando redatum laminis vitreis induc et calore hypocausti, a luce remoti, exsicca. Eff. circ. *P.* 55. Serva in vitris obturatis. Sint lamellae lucidae rubicundae.

Ferro-Chininum citricum *Ph. Brit.*

Citras Ferri et Quiniae.

℞p. Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 45 et
Ferri sulphurici crystallisati *P.* 23.
Solve in
Aquae destill. *P.* 300.
Liquorem frigidum sensim infunde inter agitationem in
Natri caustici soluti, pond spec. 1,33, *P* 62,
antea dilutas
Aquae destill. Volum. triplo.

Praecipitatum inde exortum, aqua exacte ablutum et preli ope ab aqua, quantum fieri potest, liberatum immitte in liquorem solvendo paratum ex
Acidi citrici cryst. *P.* 55 et
Aquae destill. *P.* 400,
digere et saepius agita, ut solutio efficiatur.
Dein recipe
Chinini sulphurici (basici) *P.* 20,
quibus solutis in
Aquae destillat. *P.* 500
et Acidi hydrochlorici *P.* 20
immisce inter agitationem
Ammoni caustici soluti
eam quantitatem, ut Ammonum paulum praevaleat. Hora una praeterlapsa praecipitatum album in filtro colligatur, aqua frigida abluatur, dein adhuc humidum in liquorem Acidum citricum et Ferrum continentem immittatur. Digere per aliquot horas, dein filtra et liquorem calore balnei vaporis ad syrupi tenuioris spissitudinem redactum et laminis vitreis vel

porcellaneis inductum calore hypocausti ad siccum redige. Sint lamellae e viridi aureae, in aëre humescentes. Serva in vitris bene obturatis.

Ferro-Kali tartaricum crudum.

Ferro-Kali tartaricum *Ph. Bor.* Globuli Tartari martiati pulverati.

Rp. Ferri limati *P.* 1,
Tartari crudi pulv. *P.* 4.

Mixtae injectaeque in vas ferreum aqua humectentur, ut fiat puls tenuior. Sepone loco calido et saepius agita, aquam, quae evaporaverit, iterum iterumque affundendo, donec massa colorem nigrum induerit et portiuncula exempta in aqua maxima ex parte soluta liquorem e viridi nigrum reddat. Tum massam loco tepido exsicca et in pulverem crassum redige. *Ph. Bor., Hann., Hass.*

Pharmacopoeae ceterae e massa globulos formes praecipiunt. Conf. Globuli Tartari martiati.

Ferro-Kali tartaricum purum.

$KaO,\bar{T}+Fe^2O^3,\bar{T}$. Tartarus martiatus purus. Tartarus ferratus (in lamellis).

Rp. Ferri oxydati hydrati (F^2O^3+3HO) adhuc humidi eam quantitatem,

quae *P.* 30 Ferri sulphurici oxydulati cryst. oxydando praecipitandoque, vel *P.* $35\frac{3}{4}$ Ferri sulphurici oxydati humidi, vel *P.* $35\frac{3}{4}$ Ferri sesquichlorati soluti pond. spec. 1,523, vel *P.* $38\frac{1}{2}$ hujus liquoris pond. spec. 1,481 praecipitando et aqua frigida bene eluendo praebent. Praecipitato, admixtis

Aquae dest. frigid. *P.* 100,

inter agitationem ope bacilli vitrei adjice

Kali bitartarici, a Calcaria liberati, pulverati *P.* 20.

Post horam unam mixtura agitata calore balnei aquae (lucem prohibendo) per horas tres digeratur, dein, affusis

Aquae destillatae tepidae *P.* 60,

per dies duos seponatur.

Liquor decanthando filtrandoque limpidus factus calore leni balnei aquae (55—65° C.) inter agitationem (lucem semper prohibendo) evaporet et syrupi spissitudine adhuc calidus ope penicilli laminis vitreis illinatur. Massa loco tepido (30 ad 40° C.) siccata colligatur et in vitris bene obturatis servetur. Eff. *P.* 26. Sint lamellae pellucidae e rubro fuscae, in aëre paululum humescentes. *(Ph. Hann., Gallic., Brit.)*

Ceterae pharmacopoeae liquorem calore balnei aquae evaporare volunt ad massam siccam.

Ph. Hass. Paretur uti Globuli Tartari martiati e Tartaro depurato et Ferro pulverato.

Ferro-Natrum pyrophosphoricum.

Natrum ferro-pyrophosphoricum.

Rp. Natri pyrophosphorici crystallisati *P.* 10.

Solve in

Aquae dest fervid. *P.* 120.

Liquori filtrato, paulum refrigerato, sensim instilla

Ferrum sesquichloratum solutum,

quamdiu praecipitatum inde exortum inter agitationem et macerationem resolvitur. Dein, admixta

Natri pyrophosphorici cryst. *P.* 1,

liquor leni calore ad Partes 100 remanentes usque evaporando redactus laminis vitreis penicilli ope illinatur et loco tepido siccetur. Sint lamellae albidae.

Ferro-Natrum pyrophosphoricum album.

$3(2NaO,HO,bPO^5)+3Fe^2O^3,6bPO^5+3HO$? Natrum ferro-pyrophosphoricum acidum.

Rp. Ferri pyrophosphorici *P.* 10,
Natri pyrophosphorici *P.* 50.

Digerendo per aliquot horas calore balnei aquae solve in

Aquae destillat. *P.* 360.

Liquori (si opus fuerit filtrato) adhuc calido instilla

Acidi nitrici puri (quod 25 pCt. Acidum siccum continet) *P.* 19 vel q. s.,

donec liquor fere coloris expers evadat. Quo facto sensim tamdiu instilla

Spiritum Vini rectfss.

quamdiu praecipitatum inde exortum agitatione resolvitur. Dein una affunde inter agitationem

Spiritus Vini rectfss. Volum $1\frac{1}{2}$.

Quo facto liquor spissus demissus, liquore spirituoso decanthato, supra laminas vitreas vel orbes porcellaneos expansus loco tepido exsiccetur. Sint lamellae albae, in aqua solubiles.


Phosphate de fer soluble de Leras.

Paretur quo modo Ferro-Natrum pyrophosphoricum album, nisi quod loco Acidi nitrici sumantur

Acidi sulphurici diluti *P.* 20

vel q. s., ut liquor fere coloris expers evadit. Liquor spissus supra laminas expansus loco tepido ita siccetur, ut lamellae pellucidae colligantur. Per longius tempus calori fortiori hypocausti expositae lamellae efflorescunt.

Ferro-Natrum pyrophosphorico-citricum.



$3NaO,\overline{Ci}+2Fe^2O^3,3bPO^5+6Aq.$

Paretur eodem modo, quo Ferro-Ammonum pyrophosphorico-citricum, nisi quod loco Liquoris Ammoni sumantur Natri carbonici crystallisati *P.* 42 in Aqua solutae, vel quantum requiritur, ut Acidum neutralisetur.

Ferro-Natrum pyrophosphoricum solutum.

Ferrum pyrophosphoricum solutum.

Rp. Natri pyrophosphorici crystallisati *P.* 72.

Solve leni calore in

Aquae destillatae *P.* 1300.

Liquori refrigerato filtrato inter agitationem instilla liquorem frigidum, solvendo paratum e

Ferri sesquichlorati crystallisati *P.* 18

(vel Liquoris Ferri sesquichlorati, pond. spec. 1,482, *P.* 24)

et Aquae destillatae *P.* 90.

Sepone per horam unam et saepius agita, ut praecipitatum exortum resolvatur. Tum admisce

Aquae destillatae

eam quantitatem, ut pondus liquoris exaequet

Partes 1500.

Filtra. Partes 100 liquoris continent *P.* 1. Ferri pyrophosphorici.

Serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

Rp. Ferri pyrophosphorici triti *P.* 1,

Natri pyrophosphorici crystall. *P.* 5,

Aquae destillatae *P.* 95.

Macera, saepius agitando, per dies duos, tum filtra.

Solution de Leras.

Paretur e *P.* 72 Natri pyrophosphorici cryst. ut supra praescriptum est, nisi quod adhuc instillentur

Acidi sulphurici diluti *P.* 100

vel q. s., ut liquor coloris expers efficiatur.

Ferrum aceticum solutum cum Ferro oxydato mixtum.

Ferrum oxydatum hydrato-aceticum in Aqua *Ph. Bav.* Ferrum hydrico-aceticum. Liquor Ferri oxydati hydrato-acetici.

Rp. Ferri oxydati hydrati recens praecipitati *P.* 3

(parat. e Ferri sesquichlorati soluti, pd. spec. 1,5 addendo Ammonum causticum).


Misce cum

Aquae destillat. *P.* 13,

Ferri acet. oxydati solut. *P.* 8

et serva. *(Ph. Bav.)* Antidotum salium Arsenici.

Ferrum aceticum siccum.



$Fe^2O^3,HO,2\bar{A}+Fe^2O^3,\bar{A}+2HO.$

Ferrum aceticum solutum evaporet in vase porcellaneo plano, calore 25° C. non excedente, ad siccum idque ita, ut centenae partes liquoris praebeant *P.* 25. Remanens massa contrita asservetur. Sit pulvis coloris rufi, in aqua lente sed tamen perfecte solubilis, a ferro oxydulato liber. Praeceptum in *Suppl. Ph. Bor. VII. edit. Schachtii* receptum.

Ferrum aceticum solutum.

$Fe^2O^3,\bar{A}^2+HO+56,5Aq.$ Liquor Ferri acetici.

Rp. Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 6

(vel Ferri sulphurici crystall. oxydulati *P.* 5 in sulphatem ferricum conversas; vel Ferri sesquichlorati soluti pond. spec. 1,523 *P.* 6, vel hujus liquoris pond. spec. 1,481, *P.* $6\frac{2}{3}$).

Solve in

Aquae destill. frigid. *P.* 30.

Liquorem inter assiduam agitationem sensim affunde mixtioni, paratae ex

Ammoni caustici soluti *P.* 12 et

Aquae destill. frigid. *P.* 60.

Praecipitatum inde exortum, in linteo collectum, aqua frigida exacte elotum, leniter preme, tum, linteo charta bibula involuto, pressio repetatur, quamdiu charta humescat vel donec massa pressa par sit

Partes 4 vel $4^1/_2$.

Praecipitatum hoc modo ab aqua adhaerente maxima ex parte liberatum statim in lagenam ingeratur et, affusis

Aceti concentrati (pond. spec. 1,037—1,038) *P* 8

(vel Aceti concentrati, pond. spec 1,040, *P.* 7), loco frigido, lucem prohibendo, seponatur, saepius agitando, donec quantulacunque Ferri oxydati hydrati portiuncula non soluta remaneat. Dein cola per linteum et hoc ipsum ea copia Aquae destillatae elue, ut colatura par sit

P. $12^1/_2$.

Serva in lagenis vitreis optime obturatis, a luce remotis, loco frigido. Pond. spec 1,134—1,138. Partes centenae liquoris contineant Ferri *P.* 8. *(Ph. Bor.)*

Si Aceti concentrati pond. spec. 1.040 *P.* 7 affundis, colatura par est

P. $11^1/_2$ vel 12

et pond. spec. 1,140—145. *Ph. Bav., Austr. (Hass.)*

Si colatura aqua diluitur, ut par sit

P. 15 vel $15^1/_2$,

pondus specif. 1,111 ad 1,114 efficitur. *(Ph. Hann.)*

Ph. Dan. pd. sp. 1,100.

Ph. Norv. Solutio Acetatis ferrici continet 10 pCt. $Fe^2O^2,\bar{A}^3$.

Nota. Addendo partibus contenis liquoris *P.* 1 Acidi citrici crystallisati conservatio valde adjuvatur.

Ferrum aceticum liquidum.

Ad usum technicum.

Paretur aequali modo quo liquor supra notatus, nisi quod praecipitatum minus fortiter exprimatur et Aceti concentrati *P.* 10 affundantur. Colatura ad *P.* 25 aqua frigida dilutas, continet in centenis partibus *P.* 4 Ferri.

Ferrum arsenicicum.

$2FeO,Fe^2O^3,2AsO^5+5HO$. Ferrum oxydulatum arsenicicum. Arsenias ferri.

℞. Arsenici albi,
Kali nitrici $\widehat{aa}$ *P.* 4.

Pulveratae et mixtae ollae porcellaneae (aut crucibulo Hassiaco) immittantur, ad dimidium tantum implendae, cui alia olla inversa, in fundo perforata, leviter supertegatur. Igne caute circumdato, massa, sub divo, primum liquescat, tum, vapores nitrosos et arsenicales (circumspecte evitandos, ne imbibantur) exhalando rubescat, et denique tranquille fluat. Crucibulo ab igne remoto, massa salina exemta in aqua fervida destillata solvatur, et solutioni filtratae admisceatur solutio aquosa filtrata

Ferri sulphurici oxydulati crystallisati,

quamdiu praecipitatum efficitur. Praecipitatum aqua destillata frigida sedulo ablutum loco umbroso siccetur, in vitro clauso sollicite servetur, atque maxima cura dispensetur. Fluidum praecipitato supernatans, Acido arsenicico adhuc impletum, aequali cura in locum separatum rejiciatur. Sit pulvis viridulus, in aqua insolubilis. *Ph. Bav., Hb.*

℞. Ferri sulphurici cryst. *P.* 9.

Solutas in

Aquae destillatae, ebulliendo ab aëre adhaerente privatae, *P.* 60

filtra. Dein solve

Natri arsenicici, calore 150° C. exsiccati *P.* 4 et
Natri acetici cryst. *P.* 3

in

Aquae destillatae *P.* 40.

Praecipitatum commiscendis liquoribus his effectum in linteo collige et aqua ablue, donec aqua defluens Baryo chlorato soluto non amplius turbetur. Dein massam ope preli exprime et loco tepido exsicca. *Ph. Brit.*

Ferrum bromatum.

FeBr. Brometum ferrosum.

℞p. Ferri pulverati *P.* 4,
Aquae destillatae *P.* 40.

In lagenam immissis paulatim instilla
Bromi 9

et interdum leniter agita, donec liquor colorem subviridem induerit. Tum filtra et liquorem limpidum celeriter evaporando ad siccitatem redige. Massa residua luteo-fusca (deliquescens) statim in lagenulis vitreis optime obturatis asservetur. *(Ph. Belg.)* Dos. ¼—1 Gran.

Ferrum bromatum solutum.

FeBr + 108 Aq. Liquor Ferri bromati.

℞p. Ferri pulverati *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 60.

In lagenam immissis affunde
Bromi *P.* 10

et interdum agita, donec liquor colorem subviridem induerit. Quo facto admisce
Aquae destill. *P.* 50

et filtra, residuum in filtro quam minimo ea aquae copia eluendo, ut liquor filtratus
Partes 135

expleat. Non nisi recens paratus dispensetur. Partes centenae continent *P.* 10 Ferri bromati.

Ferrum carbonicum pultaceum.

Paretur uti de paratione Ferri carbonici saccharati praeceptum est, nisi quod sedimentum elotum et tantum filtrando a parte maxima humiditatis liberatum, Saccharo non addito, dispenses. D. in vitro amplo orificio instructo, et embolo vitreo clauso. *(Ph. Hb.)*

Ferrum carbonicum saccharatum.

(Ferrum carbonicum mellitum.)

℞p. Natri bicarbonici *P.* 2.

Solve in
Aquae destill. fervidae *P.* 30.

Liquori colato in cucurbitam vitream (capacitatis *P.* circiter 60—80) immisso inter agitationem paulatim admisce solutionem paratam e
Ferri sulphurici cryst. *P.* 3 et
Aquae fervidae *P.* 6,

ita ut Acidum carbonicum, inde evolutum, partem vacuam lagenae impleat. Tum usque ad ebullitionem fervefac, dein cucurbitam obtura et per horam repone. Fluido refrigerato a sedimento tunc defuso, cucurbita saepius aqua cocta impleatur et fluidum a sedimento defundatur, donec hoc bene ablutum sit. Dein hoc in filtro linteo collige, ut ab aqua, quantum fieri potest, separetur et sine mora commisce cum
Sacchari albi pulv. *P.* 2.

Tum miscelam quam celerrime in patina porcellanea vel ferrea calore balnei vaporis ad siccitatem redige. Residuum in pulverem redactum in lagenis obturatis serva. Sit pulvis e viridi cinereus, cum acidis effervescens. Constat e *P.* 1 Ferri carbonici oxydulati et *P.* 2 Sacchari. *(Ph. Dan., Hann, Hb, Sl H.)*

Ph. Bav., Brit. Loco Sacchari *P.* 2 admisce Sacchari *P.* 1½.

Ph. Austr., Wrtb. Loco Sacchari *P.* 2 admisce Sacchari *P.* 3

Ph. Bad. Loco Sacchari *P.* 2 admisce Sacchari *P.* 6.

Ferrum carbonicum mellitum

paretur eodem modo, nisi quod loco Sacchari Mellis despumati *P.* 2 admiscentur et massa ad spissitudinem extracti spissioris redigitur.

Ferrum chloratum.

FeCl + 2HO.

℞p. Ferri in filis *P.* 1.

In lagenam satis amplam immissae affunde
Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,120—1,123, *P.* 4,
Aquae destillatae *P.* 3.

Sepone loco tepido et saepius agita, donec Ferrum, quod non solutum in fundo liquoris stratum est, non amplius bullulas gasiferas emittat. Tum filtra et liquorem in patinam porcellaneam infusum inter agitandum ad siccum evapora. Residuum siccum, terendo in mortario porcellaneo in pulverem subtilem redactum, supra orbem porcellaneum sternatur et inter agitandum radiis solis tamdiu exponatur, donec pulverem perfecte siccum album praebeat atque portiuncula in aqua soluta Kali ferrocyanato soluto addito non amplius colore caeruleo tingatur. Pulvis statim in lagenulas longiores accurate ob-

turandas immittatur et lagenulae loco radiis solis obvio serventur.

Ferrum chloratum solutum.

FeCl+24,056 Aq. Liquor Ferri chlorati.

Rp. Ferri in filis *P.* 110.

Immitte in cucurbitam vitream, quae continet

Acidi hydrochlorici (Acidi sicci 25 pCt. continentis) *P.* 520.

Quum gasis evolutio cessaverit, cucurbita per aliquot horas stet in balneo vaporis, tum liquor celerrime filtretur et,

Acidi hydrochlorici *P.* 1

admixta, diluatur

Aquae destillatae

ea quantitate, ut

Partes 1000

repleantur. Liquor in lagenis, e vitro coloris experte confectis, plane repletis obturatisque loco radiis solis pervio asservetur. Continet in centenis partibus *P.* 10 Ferri. Pond. spec. 1,226—1,230. *Ph. Bor.*

FeCl+21,86 Aq.

Rp. Ferri in filis *P.* 2,

Acidi hydrochloric. puri (pd. spec. 1,120) *P.* 10,

Aquae destill. *P.* 5.

In lagenam immissae stent per 24 horas loco tepido et interdum leniter agitentur. Tum liquorem celerrime filtra et, addita

Acidi hydrochlorici *P.* $^1/_{48}$,

in lagenis minoribus optime obturandis loco aprico asserva. Pd. spec. 1,250—1,255. Continet in 100 partibus 10,8 partes Ferri metallici vel 24,5—25 partes Ferri chlorati sicci. *Ph. Bav., Hass.*

Ferrum citricum (oxydatum).

$2Fe^2O^3,\overline{Ci}^2+Fe^2O^3\overline{Ci}^2+12HO$.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 20.

Solutis in

Aquae destill. *P.* 60

sensim adjice

Ferri oxydati hydrati recens praecipitati *P.* 18

aut eam quantitatem, ut digerendo loco tepido (30—40° C.) et inter agitationem portiuncula parva non soluta remaneat. Dein digere calore balnei aquae per tres horas et sepone. Post tres dies filtra. Liquor calore balnei aquae ad syrupi spissitudinem redactus orbibus porcellaneis vel laminis vitreis inducatur et calore hypocausti exsiccetur. Sint lamellae hyacinthinae. Eff. *P.* 28. (*Ph Austr., Belg.* ut liquor ad siccum evaporet, praecipiunt).

Ferrum citricum solutum.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 10.

Solutis in

Aquae destillatae *P.* 30

immisce

Ferri oxydati hydrati recens praecipitati *P.* 9

aut eam quantitatem, ut macerando loco tepido agitandoque portiuncula parva non soluta remaneat. Dein digere calore balnei aquae per aliquot horas et sepone. Post aliquot dies filtra, et colaturam evaporando leni calore ad *P.* 41 redige, quas serva. Partes centenae liquoris continent *P.* 33⅓ Ferri citrici. (*Ph. Belg*)

Ferrum citricum cum Magnesia.

Ferrum magnesico-citricum.

Rp. Ferri citrici siccati *P.* 30,

Magnesiae citricae *P.* 35.

Pulveratis mixtisque affunde

Aquae destill. frig. *P.* 20,

quae solutam continent

Acidi citrici *P.* 1.

Mixtura saepius agitata calore 30° C. nunquam excedente ad syrupi spissitudinem redacta laminis vitreis inducatur et loco tepido exsiccetur, ut lamellae colligantur.

Rp. Ferri citrici *P.* 30,

Magnesiae citricae *P.* 35.

Conterendo mixtis instilla

Spiritus V. rectificati q. s.

ut fiat massa pultiformis, quae calore non adhibito exsiccetur.

Ferrum cyanatum.

$3FeCy,2Fe^2Cy^3+Aq$. Ferrum hydrocyanatum s. zooticum.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 2.

In
Aquae destillatae *P.* 20
solutis instilla
Ferr. sesquichlorat. solut.,
quamdiu praecipitatum inde efficitur, quod filtrando separatum et bene elotum siccetur.

Ferrum cyanatum solubile.

Paretur uti Ferrum cyanatum, eo quidem discrimine, ut Ferro-Kalium cyanatum inter praecipitationem semper praevaleat. Solutioni, quae Kalii ferro-cyanati *P.* 10 continet, admisceantur Liquoris Ferri sesquichlorati, pond. spec. 1,480, *P.* 3. Praecipitatum tamdiu eluatur, donec aqua defluens coerulescat.

Ferrum jodatum.

FeJ+4HO. Jodetum ferrosum.

℞p. Ferri purissimi *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 20.

In patinam porcellaneam immissis inter agitandum ope bacilli vitrei paulatim adjice
Jodi puri *P.* 15.

Conjunctione Jodi cum Ferro peracta, liquorem non filtratum statim calore balnei aquae ad siccitatem redige et massam agitatam residuam in lagenulis optime obturatis asserva. Est solubilis in aqua et Spiritu Vini, Ferri aliquantulum relinquens. *(Ph. Bad., Belg.)*

Ferrum jodatum liquidum s. solutum.

Ferrum jodatum recens praeparatum.
(Ad recepturam.)

℞p. Ferri pulv. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 10.

In mortarium porcellaneum aut lagenam immissis adde
Jodi puri *P.* 4.

Modice calefiant, donec fluidum initio e rubro fuscum colorem dilute viridulum induat. Tum filtra.

Hic liquor, exaequans
Ferri jodati sicci *P.* 5,
semper recens paretur et mixturae a medico ordinatae l. a. admisceatur. *Ph. Hb.*

Ph. Norv. *P* 3 hujus liquoris dilutae *P.* 7 Aquae praebent Solutionem Jodeti ferrosi.

Ferrum jodatum saccharatum.

℞p. Ferri pulverati *P.* 1.
Affunde
Aquae destill. *P.* 5.
Tum paulatim adjiciantur
Jodi *P.* 4.

Leniter incalescant inter agitationem, donec color e rubro fuscus in dilute viridulum mutatus sit. Liquorem citissime filtra, filtrum aquae destillatae pauxillo affuso abluendo, et statim commisce cum
Sacchari Lactis pulv. *P.* 12.

Miscela tunc calore balnei vaporis inter agitationem evaporet et massae tenaci addantur
Sacchari Lactis *P.* 8.

Tum evaporando, agitando et terendo in pulverem redigatur, qui statim in lagenas parvas, optime obturandas, immittatur. Sit pulvis e subflavo albus. Partes 6 continent Partem 1 Jodi. *Ph. Bor. vet., Bav., Austr., Hann., Hass., Fenn. Dan.*

Ph. Hb. Paretur eodem modo, nisi quod tantum Jodi *P.* 2 adhibes. Partes 10 continent Partem 1 Ferri jodati sicci.

Ferrum lacticum (oxydulatum.)

FeO,$\overline{\text{L}}$+3HO.

℞p. Seri Lactis acidi turbidi, fermentatione spontanea obtenti et a partibus crassioribus caseosis colando privati *P.* 500,
Sacchari coquinarii (Melis),
Ramenti grossiusculi Ferri, a pulvere liberati, āā *P.* 25.

In lagenam amplam vel ollam immissis adde
Casei vetusti *P.* 10,
antea conterendo cum
Aquae *P.* 150

mixtas. Miscela, quotidie saepius agitata, seponatur eo loco, cujus tepor gradus 25 ad 40 thermometri Celsiani nunquam excedit. Diebus quatuor vel quinque praeterlapsis denuo adjice
Sacchari coquinarii *P.* 25
et agita. Quoque die quarto vel quinto adde copiam eandem Sacchari, donec *P.*

125 adhibitae fuerint. Aqua evaporatione consumpta interdum restituatur.

Fermentatione cessante et affusis

Aquae fervidae *P.* 200,

massam liquidam totam in lebetem cupreum vel ferreum immissam usque ad ebullitionem fervefac atque fervidam per linteum cola. Residuum denuo cum

Aquae fervidae *P.* 250

commixtum coquendo tractetur et liquor fervidus coletur.

Colaturis adhuc calidis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 400.

Post agitationem sepone per diem unum loco frigido. Massam salinam pultiformem inde exortam, in vas deturbatorium (*Percolator)* translatam, primum affundendo Spiritum Vini rectificatum, dein affundendo Spiritum Vini rectificatissimum elue, tandem in colatoria lintea transmissam preli ope exprime. Placentae inde obtentae et calore hypocausti siccatae abradendo a sale rubente forsan insidente liberentur et pulveratae in lagenis vitreis obturatis serventur. Eff. *P.* 80 ad 90. Sit pulvis salinus albus.

Ferrum et Manganum lacticum.

℞p. Ferri lactici oxydulati,
Mangani lactici $\widehat{aa}$ *P.*

Misce conterendo.

Ferrum nitricum liquidum.

$Fe^2O^3,3NO^5+97,6$ Aq. Liquor Ferri nitrici *Ph. Hamb.*

℞p. Ferri puri *P.* 1,
Acidi nitrici puri *P.* 12.

In vas porcellaneum amplum (capacitatis *P.* 50—60) immittantur. Effervescentia peracta, imponatur vas balneo vaporis, quamdiu liquor vapores nitrosos exhalat, atque donec inter agitationem spissitudinem syrupi adeptus sit. Massa refrigerata diluatur

Aquae dest. quantitate suff.,

ut pondus liquoris exaequet

Partes 20.

Nota. Partes 100 liquoris continent *P.* $21\frac{3}{10}$ Ferri nitrici vel *P.* 5 Ferri.

Ph. Brit. Aquae dest. q. s. ut expleantur *P.* 30.

Ph. Sl. Holsat.

℞p. Acidi nitrici puri q. l.

Cucurbitae vitreae immisso paulatim adde

Limaturam Ferri depur.,

quamdiu solvitur, adhibito sub finem leni calore, tum filtra. Serva in vitro clauso.

Ferrum oxydato-oxydulatum.

$FeO+F^2O^3+$Aq. Oxydum ferroso-ferricum. Ferrum oxydulatum nigrum. Oxydum Ferri magneticum *Ph. Brit.* Aethiops martialis *(Ph. Hamb.)*

℞p. Ferri sulphurici oxydati (humidi) *P.* 6,
Ferri sulphurici cryst. *P.* 3.

Solve in

Aquae destill. *P.* 36.

Solutioni colatae affunde inter agitationem

Liq. Ammoni caust. *P.* 13

aut quantum requiritur, ut Ammonum paululum praevaleat. Miscelam totam tum in lebetem ferreum ingere, qui tamdiu fac ebulliat, donec praecipitatum pulverulentum et nigerrimum evadat. Tunc fluido defuso, praecipitatum in linteo collige, aqua calida ablue et ab aqua exprimendo liberatum inter chartae bibulae strages sicca. In pulverem contritum in lagenis vitreis servetur. Sit in Acido hydrochlorico sine residuo solubilis pulvis niger.

Ferrum oxydatum fuscum *Ph. Hass.*

Ferrum carbonicum *Ph. Hann.* Hydras ferricus *Ph. Fenn.* Ferrum subcarbonicum *Ph. Dan.* Crocus Martis aperitivus.

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 10.

Solve in

Aquae destill. *P.* 60.

Liquori filtrato in ollam amplam immisso inter agitationem sensim affunde liquorem filtratum, paratum solvendo e

Natri carbonici cryst. *P.* 12
et Aquae communis *P.* 120.

Praecipitatum inde ortum in linteo collige, aqua ablue et ope preli exprime. Dein calore leni hypocausti siccatum in pulverem redige. Sit pulvis e rufo fuscus. Eff. *P.* $3\frac{1}{2}$—4.

Ferrum oxydatum hydratum.

$Fe^2O^3,3HO+Fe^2O^3,2HO$. Ferrum hydricum *Ph. Bor.* Ferrum oxydatum fuscum *Ph. Bor., Bav.* Hydras ferricus *Ph. Bor.*, Crocus Martis aperitivus.

℞p. Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 10.

Solve in

Aquae communis frigidae *P.* 90.

Liquorem, si opus est, filtratum infunde in

Ammoni caustici soluti *P.* 20,

antea dilutas

Aquae destill. *P.* 40.

Praecipitatum in linteum ingestum primum aqua communi, deinde Aqua destillata elotum exprime et loco tepido sicca. (Sit pulvis subtilissimus e rufo fuscus, Acido hydrochlorico infuso fiat liquor Ferri sesquichlorati limpidus, qui Baryo chlorato soluto paulum modo turbetur). Serva in vitris obturatis.

Ph. Bad praecipit, ut praecipitatum cum aqua commixtum ad pultem liquidam redigatur et servetur.

Ferrum oxydatum hydratum in Aqua.

Ferrum hydricum in Aqua *Ph. Bor.* Ferrum oxydatum hydratum liquidum *Ph. Wrtb.* Liquor Ferri hydrico-oxydati. Peroxydum hydratum Ferri *Ph. Brit.*

℞p. Ferri sesquichlorati soluti, pond. spec. 1,48, *P.* 30,
Aquae communis *P.* 133.

Mixtis, in lagenam satis amplam immissis affunde mixturam, paratam conterendo e

Magnesiae ustae *P.* 7 et
Aquae communis *P.* 130.

Quo facto mixturam continuo conquassa, donec puls aequabilis et tenuis effecta fuerit. Nonnisi ad dispensationem paretur. *Ph. Bor.*

Ph. Wrtb. Ferrum oxydatum hydratum, quod praecipitando ope Ammoni caustici e *P.* 5 Ferri sesquichlorati crystallisati effectum est, aqua diluatur, ut *P.* 48 expleantur.

Ferrum oxydatum hydratum recens praecipitatum.

$Fe^2O^3,3HO+16$ Aq.

℞p. Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 6.

Solve agitando in

Aquae dest. frigid. *P.* 60.

Solutionem infunde inter agitationem in

Ammoni caustici soluti *P.* 11,

antea dilutas

Aquae destill. *P.* 110.

Praecipitatum inte exortum in linteo collige, aqua frigidiore bene elue, tum in charta bibula involutum ope preli sensim atque fortiter exprime, ut praecipitatum expressum exaequet

Partes $4\frac{1}{2}$.

Hic hydras, si fieri potest, semper recens paretur.

Diutius quam per hebdomades duas loco frigido asservatum plerumque colorem rubellum induit, quae mutatio corruptionem indicat. *P.* 100 continent *P.* 31 Ferri oxydati anhydri.

Ferrum oxydatum rubrum.

Fe^2O^3. Peroxydum Ferri *Ph. Brit.*

℞p. Ferri oxydati fusci q. v.

Guttulis nonnullis Acidi nitrici conspergatur, tum leniter uratur in lebete porcellaneo.

Ferrum phosphoricum oxydatum.

$Fe^2O^3PO^5+8HO$. Ferrum phosphoricum album.

℞p. Ferri sesquichlorati liquidi, p. spec. 1,480, *P.* 7; (p. spec. 1,537, *P.* $6\frac{2}{5}$.)
Aquae destill. *P.* 24.

Mixtis instilla

Natri phosphorici crystall. *P.* 8 vel q. s.,

antea in

Aquae destill. quadruplo

solutas, quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod bene ablutum leni calore siccetur. Sit pulvis albidus, in aqua non solubilis.

Ferrum phosphoricum (oxydulatum).

$4(3FeO,PO^5+8HO)+3Fe^2O^3,PO^5+16HO$.
Ferrum phosphoricum oxydato-oxydulatum. Ferrum phosphoricum caeruleum.

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 3.
Solve in
Aquae destill. *P.* 18.
Solutioni frigidae instilla
Natri phosphorici *P.* 4,
antea in
Aquae destill. 4plo
solutas, ut Ferrum phosphoricum praecipitetur. Praecipitatum bene ablutum leni calore sicca et serva. Sit pulvis sordide coeruleus, in aqua non solubilis.

Nota. Semper hoc dispensandum est praeparatum, nisi disertis verbis Ferrum phosphoricum oxydatum a medico postulatur.

Ferrum pyrophosphoricum.

$2Fe^2O^3,3bPO^5+9HO$.

℞p. Ferri sesquichlorati crystallisati *P.* 54
(vel Liq. Ferri sesquichlorati pd. spec. 1,480 *P.* 72, vel pd. spec. 1,5 *P.* 70.)
Solve in
Aquae destill. *P.* 260.
Liquorem frigidum instilla inter agitationem in solutionem frigidam, paratam e
Natri pyrophosphorici crystallisati *P.* 70,
Aquae destill. *P.* 1400,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 400.
Sepone per diem unum, tum praecipitatum in filtro collige, Aquae destillatae frigidae modica quantitate elue et inter strages chartae bibulae expressum calore 30° C. non excedente sicca. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Eff. circiter *P.* 40.

Ferrum pyrophosphoricum solutum.

Natro-Ferrum pyrophosphoricum solutum.

℞p. Natri pyrophosphorici crystallisati *P.* 72.
Solve leni calore in
Aquae destill. *P.* 1300.
Liquori refrigerato filtrato inter agitationem instilla liquorem frigidum, solvendo paratum e
Ferri sesquichlorati crystallisati *P.* 18
(vel Liq. Ferri sesquichlorati, pond. spec. 1,482 *P.* 24) et
Aquae destill. *P.* 90.
Sepone per horam unam et saepius agita, ut praecipitatum exortum resolvatur. Tum admisce
Aquae destillatae
eam quantitatem, ut pondus liquoris exaequet
Partes 1500.
Filtra. Partes centenae liquoris continent *P.* 1 Ferri pyrophosphorici.

℞p. Ferri pyrophosphorici *P.* 1,
Natri pyrophosphorici *P.* 4.
Conterendo mixtis affunde
Aquae destillatae *P.* 50.
Saepius agitata mixtura stet per aliquot horas loco tepido, dein affusis
Aquae destillatae *P.* 45
sepone per diem unum loco frigido et saepius agita. Postremo mixtura affundendo Aquam destillatam ad Partes 100 redacta filtretur.

Ferrum pyrophosphoricum solutum coloris expers.

Natro-Ferrum pyrophosphoricum acidum solutum. *Solution de Leras.*

℞p. Natri pyrophosphorici crystall. *P.* 80.
Solve leni calore in
Aquae destill. *P.* 1100.
Liquori refrigerato instilla inter agitationem liquorem frigidum solvendo paratum e
Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 22 et
Aquae destill. *P.* 88.
Sepone per diem unum et saepius agita, tum inter agitandum tamdiu admisce
Acidi sulphurici diluti *P.* 30 vel q. s.,
donec liquor fere coloris expers evaserit. Dein admisce
Aquae destillatae

eam quantitatem, ut pondus liquoris exaequet

Partes 1500.

Sepone per aliquot dies, saepius agita et filtra.

Ferrum reductum.

Ferrum carbogenio reductum.

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 13.

Solve in

Aquae destill. *P.* 24.

Solutioni inter agitationem affunde

Acidi oxalici *P.* 6,

antea in

Aquae destill. fervidae *P.* 18

solutas, et per aliquot horas sepone. Praecipitatum (Ferrum oxalicum) inde exortum tunc edulcora et sicca. Id accurate commisce cum

Ferro-Kalii cyanati flavi, ab aqua crystallina liberati, *P.* 6,

Kali carbonici puri *P.* 3.

Miscelam crucibulo ingestam ure, donec gasium evolutio cesset et miscela tranquille fluat. Massa effusa et refrigerata primum aqua destillata fervida, tum Spiritu Vini rectificato optime abluatur et quam celerrime siccetur. Asserva in vitris optime obturatis. Effic. *P* 3. Hoc Ferrum Carboneo valde inquinatum est.

Ferrum Hydrogenio reductum.

Fer réduit par l'hydrogène.

℞p. Ferri oxydati hydrati siccati, quod praecipitando e Ferro sesquichlorato soluto ope Ammoni caustici effectum et aqua optime elotum est. Id in tubum amplum ferreum (bombardae manuariae) ingeratur et inter inducendum in tubum

Gas Hydrogenii,

leniter candefiat, quamdiu vapores aquosi excedunt.

Apparatus totus constet e lagena bitubulata, quae Ferrum filatum vel in clavulis aut Zincum continet et in quam Acidum sulphuricum dilutum paulatim infundatur, ut gas Hydrogenii continenter evolvatur. Haec lagena sit ope tubi curvati cum lagena lavatoria, quae Acidum sulphuricum concentratum ab Arseno liberum continet, eodem modo conjuncta, ut gas Hydrogenii evolutum per Acidum sulphuricum transire cogatur. Lagena lavatoria sit ope tubi vitrei cum illo tubo ferreo, Ferrum oxydatum continente, conjuncta. Alteri orificio tubi ferrei imponatur tubus angustior longior, qui gasa superflua et vapores aquosos abducat.

Juncturae in vitreis vasis optime claudantur ope epistomiorum suberinorum et vesicae madefactae, in tubo ferreo autem ope epistomii ferrei lutati, quod tubulo ferreo extentum est.

Tubus ferreus Ferro oxydato circiter ad dimidium suae capacitatis impletus sit et habeat statum aequilibrem supra carbones ardentes.

Etiam observandum est, ut, candefactione tubi ferrei finita, tamdiu gas Hydrogenii transducere pergas, donec tubus **plane** refrigeratus sit. Tum Ferrum reductum e tubo exime, contere et statim in lagenas vitreas immitte, quae optime obturandae sunt.

Ferrum sesquibromatum.

Fe^2Br^3. Ferrum bromidatum s. perbromatum. *Medicamentum.*

℞p. Ferri purissimi pulv. *P.* 10.

Immitte in tubum longiorem porcellaneum aut vitreum non amplum, ad circiter $\frac{1}{30}$—$\frac{1}{20}$ summum complendum.

Tubus habeat statum aequilibrem, supra carbones ardentes collocetur et sit ope tubi vitrei conjunctus cum cucurbita vitrea, cui

Bromi puri *P.* 45

ingestae sunt. Juncturis epistomiis argillaceis et luto argillaceo clausis, cucurbita caute lenissimo calore calefiat, ut gas Bromi lentissime per tubum cum ferro, dum leniter candet, transeat. Ad alterum orificium tubi porcellanei excipulum non lutatum, bene autem refrigerandum applicetur. Bromi quantitate notata consumpta, tubus refrigescat. Massam crystallinam, saturate rubram, collige et statim in lagenas vitreas siccas ingere, quae optime obturandae sunt. Eff. circiter *P.* 50. Dosis $\frac{1}{4}$—$\frac{1}{2}$ Gran.

Ferrum sesquichloratum crystallisatum.

Fe^2Cl^3+12HO. Ferrum muriaticum crystallisatum.

℞p. Ferri sesquichlorati soluti, pond. spec. 1,480 ad 1,482, *P.* 60

(vel liquoris ejusdem pond. spec. 1,535—1,537 *P.* 56, vel pond. spec. 1,546—1,547 *P.* 54).

In patinam porcellaneam immissae calore balnei vaporis inter agitandum ope spathulae porcellaneae evaporent ad remanentiam

Partium 45,

quae l. a. instillando Acidum hydrochloricum ad punctum neutralisationis chemicae redacta*) loco frigido, vase bene tecto, seponatur, donec ad massam crystallinam coiërit. Inter calefaciendum vasis latera massa eximatur et contusa statim in vitra, bene claudenda asservandaque remota a luce, ingeratur.

Ferrum sesquichloratum solutum.

$Fe^2Cl^3 + 22 Aq$. Liquor stypticus Loofii. Liquor Ferri muriatici oxydati. Liquor Ferri chloridati s. sesquichlorati.

Rp. Acidi hydrochlorici puri (pond. spec. 1,123) *P.* 80 (vel Acidi pond. spec. 1,120 *P.* 82),

Aquae destillatae *P.* 10.

In cucurbitam vitream satis amplam immissis paulatim adde

Ferri puri limati *P.* 18.

Quum gasis evolutio fere cessaverit, cucurbita per aliquot horas stet in balneo vaporis et interdum agitetur. Dein filtra.

Liquor lebeti porcellaneo amplo infusus modico calore incalescat, ita ut non penitus ebulliat. Dum sic evaporat, inter agitationem paulatim instilla

Acidi hydrochlorici puri *P.* 42,

Acidi nitrici puri (pond. spec. 1,179—1,180) *P.* 21 (vel Acidi nitrici pd. spec. 1,200 *P.* 20),

antea mixtas, aut tantum horum Acidorum mixtorum, donec liquoris guttae aliquot exemptae et aqua dilutae Kali hypermanganicum solutum non amplius decolorent, vel Kalio ferricyanato rubro soluto affuso tingantur colore e rubro fusco, non caeruleo. Quantitas Acidi nitrici supra notata ad perfectam oxydationem ferri plerumque sufficit.

*) Modus hoc faciendi in praecepto ad Ferrum sesquichloratum solutum parandum notatus est.

Tunc liquorem tamdiu calefac, ut leniter ebulliat, donec guttae aliquot exemptae et in cylindro probatorio aquae circiter trigintuplo dilutae ebulliendo liquorem turbidum praebeant. Quo facto instilla

Acidi hydrochlorici *P.* 3 vel

eam quantitatem, donec guttae exemptae aquae trigintuplo dilutae ebulliendo liquorem vix turbidum praebeant. Tum affunde

Aquae destillatae eam quantitatem,

ut pondus liquoris exaequet

Partes 100 ad 102

et pondus specif. liquoris ad 17,5° C. refrigerati sit =1,479 ad 1,482.

Partes centenae liquoris continent *P.* 45 circiter Ferri sesquichlorati sicci, vel *P.* 15 ferri. *Ph. Bor., Hamb., Belg. (Bav., Bad., Wrtb., Dan.)*

Nota. Si liquori cocto tantum Aquae destillatae affunditur, ut pondus exaequet

Partes 90 ad 92,

et pond. spec. sit 1,535—1,540, centenae partes liquoris continebunt 49 ad 49,5 Ferri sesquichlorati sicci. *Ph. Hass., Bor. vet.*

Si aqua diluendo

Partes 146 ad 147

explentur, liquor erit pond. spec. 1,290 ad 1,295 et continebit in centenis partibus *P.* 50 Ferri sesquichlorati crystallisati. *Ph. Hann., Austr.*

Ph. Bav., Bad., Wrtb., Dan. pd. spec, 1,5; *Ph. Brit.* 1,338, *Ph. Norv.* 1,087.

Ferrum sesquichloratum dilutum.

(Loco Tincturae Ferri sesquichlorati) *Ph. Bav.*

Rp. Ferri sesquichlorati soluti *P.* 1,

Aquae destillatae *P.* 4.

M. Continet in centenis partibus *P.* 9 Ferri sesquichlorati sicci. *Ph. Bav.*

Ferrum sesquichloratum siccum.

Fe^2Cl^3. Ferrum muriaticum oxydatum *Ph. Sl. Holsat.*

Rp. Ferri puri limati aut in filis *P.* 11.

Solve digerendo in

Acidi hydrochlorici puri *P.* 55.

Solutio filtrata in lebete porcellaneo, balneo arenae imposito, evaporet, donec gutta laminae porcellaneae frigidae instillata in massam crystallinam duram abeat. Tum lebetem e balneo arenae exime et massam salinam tamdiu agita, donec refrigerata concrescat, quae contrita retortae vitreae loricatae amplioris colli, ad trium quadrantum volumen implendae, immittatur. Excipulo non lutato apposito, incalescat retorta, caute libero igni idonea operatione exposita ad expellendum liquorem acidum. Quo facto excipulum removeatur, atque igne sensim aucto sublimatio instituatur. Sublimatum collo retortae insidens suo tempore ope bacilli ferrei incurvati plani eximatur, et statim vasi intus bene siccato immittatur. Sic operari perge, donec non amplius sublimatum in retortae collo appareat et retorta bene excandescat. Retortam obturaculo cretaceo claude, ac semirefrigeratam confringe, sublimatum densum exime, cum primo obtento in mortario calefacto cito contere, et in vitra parva, intus bene siccata, ingere, quae bene obturata loco sicco, luci subducto, serventur.

Sint squamulae tenues, e fusco nigrae, splendoris semimetallici, aëris attactu deliquescentes.

Ferrum sesquijodatum liquidum.

Fe^2J^3+516 Aq. Liquor Ferri jodati s. sesquijodati.

Rp. Ferri pulv. *P.* 1½,
Aquae destill. *P.* 16.

Vitro satis amplo immissis adde

Jodi *P.* 4

et leniter agita per aliquot minutas horae, tum filtra. Liquori limpido, coloris dilute viriduli, admisce

Jodi *P.* 2.

Leniter agita, donec Jodum solutum sit. Tum admisce

Aquae destill. eam quant.,

ut pondus totius liquoris respondeat

Partibus 80,

quas in lagenis, epistomiis vitreis munitis, a luce remotis asserves. *Ph. Hb., Bav.*

Sit liquor e rubro fusci coloris, limpidus. Pond. spec. 1,07. 100 Partes continent 7½ Partes Jodi. 60 Partes continent 4—5 Partes Jodi et 0,64 Part. Ferri.

Ferrum sesquijodatum siccum.

F^2J^3. Ferrum perjodatum.

Rp. Ferri pulv. puri *P.* 7.

Immitte in ollam porcellaneam et in fundo ejus extende. Tum adde

Jodi *P.* 47,

et statim ollam obtege altera olla inversa. Reactione peracta et olla refrigerata, massam saturate fuscam collige et statim in lagenas vitreas parvas, epistomiis vitreis munitas, ingere et loco a luce remoto asserva. Tantum parvae quantitates parentur.

Ferrum sulphuratum.

FeS.

Rp. Ferri limati puri,
Sulphuris sublimati āā *P.*

Ferrum et Sulphur stratum super stratum in crucibulum ingere et crucibulum leviter tectum inter prunas colloca. Hic tamdiu incandescat, donec Sulphur superfluum deflagraverit et massa liquefacta fuerit, quam in laminam ferream effusam, tum refrigaratam in frustula comminuas et in lagenis vitreis obturatis serves.

Rp. Perticam Ferri cusi.

Ad albedinem ignita supra vas aquam continens teneatur et

Sulphuris citrini

baculo attacta liquetur, ita ut guttae nascentes in aquam defluant. Pertica ferri refrigescens iterum igniatur et eodem modo tractetur, usque dum copia sufficiens sulphureti ferrosi parata sit, quae ex aqua demta a sulphure forsan adhaerente purgetur et citissime siccata in vase bene clauso servetur.

Rp. lagenam cylindraceam parietibus tenuioribus, cui immitte


Ferri limati *P.* 7 et
Sulphuris sublimati *P.* 5

ita tamen, ut stratum Sulphuris strato Ferri superpositum sit, quod stratum crassitiem pollicis unius non excedat et pondus stratorum singulorum ponderi supra notato Ferri et Sulphuris congruens sit.

Lagenam tunc, ad duos trientes expletam, impone in crucibulum vel ollam ferream, arena completam. Crucibulum inter prunas collocatum igniatur, donec reactio in lagena effecta fuerit. Post re-

frigerationem lagenam frange et sulphuretum collige.

Ferrum sulphuricum crystallisatum.


FeO,SO^3+7HO.


℞. Acidi sulphurici conc. *P.* 15,
Aquae destill. *P.* 60.
Caute mixtis paulatim immitte
Ferri limati *P.* 10

vel eam quantitatem, ut paulum Ferri non solutum remaneat. Tum sepone loco calido et liquorem adhuc calidum filtra. Liquorem limpidum, admixta

Acidi sulphurici conc. *P.* 1

in crystalla redige, quae Spiritu Vini valde diluto abluta, dein bene desiccata in lagenis obturatis serventur.

Ferrum sulphuricum granulatum.



FeO,SO^3+7HO.

Solutio Ferri sulphurici, addito Acido sulphurico acida facta, quae modo antea notato obtenta est, inter agitationem infundatur in

Spiritus Vini rectfss.


par volumen, et saepius agitetur, donec plane refrixerit. Praecipitatum tum in linteo colligatur, Spiritu Vini abluatur, dein exprimatur et supra strages chartae bibulae loco aprico vel tepido inter agitandum exacte desiccetur, ita tamen, ne crystallula fatiscant. Serva in vitris obturatis *(Ph. Brit., Fenn.)*

Ferrum sulphuricum siccum s. exsiccatum.


FeO,SO^3.

Ferrum sulphuricum granulatum vel crystallisatum contritum inter agitationem calore fortiore celeriter exsiccetur, donec pulverem album praebeat.

Ferrum sulphuricum oxydatum humidum.


$Fe^2O^3,3SO^3+15$ Aq.

℞. Ferri sulphurici crystall. puri *P.* 93,
Acidi sulphurici conc. puri *P.* 17,
Aquae destill. *P.* 34.

In lebetem porcellaneum ampliorem, pondere noto, immissae modico calore calefiant. Tum inter agitationem paulatim et caute adde

Acidi nitrici puri (pond. spec. 1,179 ad 1,180) *P.* 25
(vel Acidi pond. spec. 1,200 *P.* 23)

aut quantum requiritur, donec ferrum perfecte oxydatum sit. (Effectum hunc eodem modo, qui sub Ferro sesquichlorato soluto notatus est, tentes.) Tum inter agitandum bacilli vitrei ope ad mellis spissitudinem evaporet. Residuum ab Acido nitrico superfluo hoc modo liberatum commisce cum

Aquae destill. calidae q. s.,

ut miscelae totius pondus respondeat

Partibus 112.

Miscelam in ollam porcellaneam vel vitream ingere et in ea tecta, a luce remota, asserva. Sit puls, post aliquod tempus in massam grumulosam abiens. Partes 100 continent 16,66 Partes Ferri metallici aut circiter *P.* 60 Ferri sulphurici oxydati sicci.

Ferrum sulphuricum oxydatum liquidum.

$Fe^2O^3,3SO^3+30,6$ Aq. Liquor Ferri sulphurici oxydati *Ph. Hamb.* et *Sl. Hols.* Liquor Ferri Oxysulphatis. Liquor sulphatis ferrici

℞. Ferri sulphurici puri crystall. *P.* 128.
Solve in
Aquae destill. *P.* 128,
antea cum
Acidi sulphurici conc. *P.* 23
mixtis.

Patinae porcellaneae amplae immissis calefactisque inter agitandum instilla

Acidi nitrici puri (pond. spec. 1,179 ad 1,180) *P.* 34
(vel Acidi pond. sp. 1,200 *P.* 31)

aut quantum requiritur, donec inter coctionem ferrum perfecte oxydatum sit. (Effectum hunc modo sub Ferro sesquichlorato soluto notato tentes). Liquor dein evaporando ad syrupi spissitudinem redactus diluatur

Aquae destillatae

ea quantitate, ut pondus liquoris respondeat

Partibus 256.

Serva in lagenis obturatis loco a luce remoto. Sit e rubro fuscus liquor, ponderis spec. 1,118–1,122. Partes cente-

nae continent 35—36 Ferr. sulph. oxydati sicci.

Rp. Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 3.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 2.
Liquor, si opus fuerit filtratus, sit ponderis spec. 1,4.

Ph. Fenn. Ferr. sulph. oxydati humidi 2, Aq. 3.

Ferrum sulphuricum oxydatum solutum.

$Fe^2O^3,3SO^3+44,4Aq.$ (Ad usum chemicum).

Rp. Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 5.
Solve in
Aquae destill *P.* 4,
vel q. s. ut pond. spec. liquoris sit 1,384—1,387. Partes centenae continent *P.* 33,33 Ferri sulphurici oxydati sicci.

Ferrum tannicum.

$2Fe^2O^3,\overline{T}n+3HO.$

Rp. Ferri oxydati hydrati *P.* 1.
Acidi tannici *P.* 3,
Aquae destillatae *P.* 4.
Conterendo mixtae stent interdum agitatae per aliquot horas, tum, immixtis
Spiritus V. rectfss. *P.* 12,
in filtrum transmittantur et hoc modo a liquore separatae loco tepido siccentur.

Ferrum tartaricum.

$Fe^2O^3,\overline{T}^3+HO.$

Paretur aequali modo, quo Ferro-Ammonum tartaricum, ex Acidi tartarici *P.* 10, solutis in Aquae *P.* 40, et Ferri oxydati hydrati recens praecipitati q. s. solvendo, filtrando evaporandoque.

Ferrum valerianicum (oxydatum).

$Fe^2O^3,\overline{Va}+2HO.$

Rp. Natri carbon. cryst. *P.* 42.
Solve in
Aquae dest. *P.* 400—500.
Solutis et filtratis adde
Acidi valerianici trishydrici *P.* 12,
et fortiter agita. Miscelae affunde
Ferri sesquichlorati soluti (p. spec. 1,481) *P.* 35.
(vel Ferri sesquichl. sol. pond. spec. 1,537 *P.* 34)
et iterum fortiter agita. Effervescentia finita, adde, si opus est, guttas aliquot
Natri carbonici soluti,
ut praecipitatio perfecta sit. Tum praecipitatum in filtro collige, aqua ablue, et lenissimo calore (25° C.) inter strages chartae bibulae sicca. Serva in lagenis vitreis obturatis.

Nota. Loco Ferri sesquichlorati liquidi melius est Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 34 in Aqua solutas adhibere. Effic. *P.* 16.

Ferrumina et Glutina.

Caementum ad pavimenta et tabulata obducenda.

Mörtel zum Belegen der Hausflure, zum Bestreichen von Holz.

Rp. Calcariae hydratae,
Cinerum Carbonum fossilium. aa *P.*
Per cribrum trajectis admisce
Aquae q. s.,
ut fiat massa.

Caementum e Resina elastica.

Caementum Cautschuc. Kitt für Gummischuhe.

Rp. Resinae elasticae, minutim concisae *P.* 1.
Affunde
Benzoni *P.* 5.
Sepone in vase clauso, interdum agitando, donec resina emollita et soluta fuerit. Tum admisce
Benzoni q. s.,
ut caementum sit subfluidum. Solutio re-

sinae celerius efficitur adhibendo calore 50° C.

Cera ad picandum.

Wachs zum Verpichen der Flaschen. Flaschenpech.

Rp. Cerae *P.* 1,
Picis navalis *P.* 2,
Resinae Pini *P.* 3.
Liquatis admisce
Boli rubrae *P.* 2,
aut Eboris usti *P.* 2.

Rp. Colophonii,
Resinae Pini aa *P.* 16.
Cerae *P.* 2,
Terebinthinae *P.* 1.
Liquatis admisce
Capitis mortui *P.* 1,
Ochrae pallidae ustae *P.* 2,
antea in pulverem subtilissimum redactas.

Collum signatorium.

Klebleim für Etiquette.

Rp. Gelatinae albae *P.* 2,
Sacchari cryst. (candi) *P.* 1.
Leni calore in
Aquae *P.* 3
solutas et ad justam spissitudinem evaporatas effunde in modulos et in iisdem sicca.

Rp. Glutini fabrilis *P.* 16,
Sacchari cryst. *P.* 8,
Gummi Arab. *P.* 3.
Solve digerendo in
Aquae destill. *P.* 32.

Hoc collo calido formulae et signaturae e charta in dorso illinantur. Formulae collo oblitae siccatae ad usum serventur.

Explementum ad lignea.

Ad explendas rimas lignorum. Kitt für Risse und Spalten im Holz.

Rp. Calcariae hydratae *P.* 1,
Farinae secalinae *P.* 2,
Vernicis Lini q. s.
M. fiat massa.

Rp. Glutini fabrilis *P.* 1.
Solve in
Aquae fervidae *P.* 16.
Solutione semirefrigerata, subige
Serraginis subtilioris (Ramentorum ligneor.),
Cretae praep. aa q. s.,
ut fiat massa.

Rp. Cerussae,
Minii,
Lithargyri,
Cretae aa *P.*
Misce. Fiat pulvis subtilissimus, cui admisce
Vernicis Lini et
Vernicis Succini q. s.,
ut fiat pasta, qua rimae, antea vernice Succini delinitae, expleantur.

Ferrumen

ad affigendos globos, tubos, cylindros etc. apparatuum electricorum, chemicorum etc. aut ad affigenda metallica in ligneis.

Rp. Resinae Pini q. v.
Liquatae adde inter agitationem
Gypsi usti pulv. q. s.,
ut fiat puls, quae addendo
Vernicis Lini aliquantulum
ad spissitudinem mellis redigatur. Massa calefacta adhibeatur.

Rp. Resinae Pini *P.* 180.
Liquatis admisce
Ochrae calcinatae *P.* 30,
Gypsi usti *P.* 15,
Vernicis Lini *P.* 8.

Ferrumen ad Apparatus

vitreos, porcellaneos, metallicos, ligneos, subereos, ut sint densi, neve aqua per eos penetrare possit.

Rp. Cerussae Zinci (oxydi zincici crudi) q. v.
Vernicis copalinae q. s.

Diligenter terendo misceantur et ad pultem mollem redigantur, qua juncturas commissurasque compleas. Massa in juncturis exsiccata, pars altera pultis Vernice copalina diluatur, eaque loca densanda superlinantur, postremo Vernice copalina pura obducantur.

Ferrumen

ad conglutinanda vitrea cum orichalceis.
Kitt zur Verbindung von Glas mit Messing.

℞. Resinae Pini *P.* 150,
Cerae *P.* 30,
Ochrae ustae *P.* 30,
Gypsi usti *P.* 2.
M. liquando.

Ferrumen ferrarium

ad bacilla ferrea, vincula, uncinata infigenda.
Zum Einkitten von Eisenstäben, Haspen, Klammern.

℞. Gypsi recens usti *P.* 3,
Limaturae Ferri *P.* 1.
Misce, fiat pulvis. Cum Aceti quantitate sufficiente ad pultem commixtus adhibeatur. Foramen hac pulte impleatur et tum bacillum statim imponatur. Puls celeriter durescit.

Ferrumen

ad laminas, limas, spathulas in manubria lignea infigendas.
Zum Einkitten der Klingen, Feilen, Spatel, in hölzerne Griffe.

℞. Laccae in tabulis *P.* 2,
Cretae praep. *P.* 1.
Pulveratas misce. Foramini hoc pulvere impleto ferri pars extrema calefacta infigatur.

Explementum ferruminarium.

Ad explenda foramina, rimas etc. in ferramentis, et ad ferruminandum. Kitt für kleine Löcher, Risse, Sprünge in Eisen.

℞. Farinae Laterum,
Cretae praep.,
Vitri pulverati,
Scoriae Ferri (e fabrica),
Limaturae Ferri,
Boli rubrae āā *P.* 6,
Minii,
Lithargyri āā *P.* 3,
Calcariae ustae *P.* 18.
Misce, fiat pulvis subtilissimus. Ad usum Vernice Lini commiscendus est. Rimis aut foraminibus Vernice Lini antea oblitis, ferrumen adhibeatur.

℞. Graphitae sbt. pulv. *P.* 6,
Calcariae hydratae *P.* 3,
Barytae sulphuricae *P.* 8.
Conterendo mixtis subige
Vernisii Lini *P.* 4,
vel q. s., ut fiat massa depsiticia.

Ferrumen ad Vasa

ferrea.
Kitt für eiserne Wassergefäße.

℞. Boli rubrae *P.* 6,
Limaturae Ferri,
Lapidis Pumicis āā *P.* 1,
Vernicis Lini q. s.
M. Cf. supra Explement. ferruminarium et Ferrumen, quod hic sequitur.

Ferrumen

ad ahena vaporatoria, tubulos, canales ferreos etc.
Eisenkitt. Kitt für eiserne Dampfkessel, Röhren 2c.

℞. Ferri pulv. *P.* 60,
Ammoni muriat. *P.* 2,
Sulphuris sublimat. *P.* 1,
Aquae q. s.
M. f. puls.

℞. Sulphuris sublimati *P.* 3,
Gypsi pulverati *P.* 1,
Caementi calcarei *P.* 2,
Ammonii chlorati *P.* 4,
Ferri pulverati *P.* 150,
Ferri limati *P.* 200.
Mixtae humectentur
Aceti crudi q. s.
Massa cum aqua fervida commixta recens adhibeatur.

Ferrumen metallicum.

Metallkitt.

℞. Zinci oxydati,
Plumbi sulphurici,
Mangani hyperoxydati,
Capitis mortui āā *P.* 100,
Vernicis Lini q. s.
M. fiat pasta.

Ferrumen adamantinum.

Diamantkitt.

℞. Lithargyri praep. *P.* 15,
Calcariae hydratae *P.* 5.

Mixtis adde conterendo
Cretae laevigatae *P.* 10,
Graphitae praep. *P.* 50.
Quo facto immisce
Vernisii Lini *P.* 20,
vel q. s., ut fiat massa depsiticia, quae servetur. Ferrumen hoc tepefactum adhibeatur.

Ferrumen ad ossea,

eburnea, testum, matricem margaritarum, gemmas albas etc.

Kitt für Knochen, Elfenbein, Fischbein, Perlmutter, weiße Edelsteine.

℞ Ichthyocollae incis. *P.* 1,
Glutini fabrilis albi *P.* 2.
Solve digerendo in
Aquae destill. *P.* 20.
Solutio colata ad *P.* 6 residuas evaporet, quibus admisce
Masticles pulv. *P.* 1/30,
antea in
Spiritus V. rectfss. *P.* 1/2
solutam. Postremo adde
Cerussae Zinci praep.
(Zinkweiß) *P.* 1.
Mixtio tepefacta et agitata adhibeatur.

℞. Gelatinae albae *P.* 16.
Solve digerendo in
Aquae destill. *P.* 24.
Solutioni calidae affunde
Sandaracae *P.* 2,
Masticles *P.* 1,
Terebinthinae Venetae *P.* 1,
antea solutas in
Spiritus V. rectfss. *P.* 8.
Agita, donec refrixerint.
Massa ad usum in mixtione e Spiritus V. rectf. et Aceti destill. āā *P.* parata solvatur.

Ferrumen

ad res vitreas vel ligneas metallicis agglutinandas. Kitt zum Befestigen von Glas und Holz auf Metall.

℞. Laccae in tabulis,
Lapidis Pumicis praep. āā *P.*
Colliquefiant in unam massam.
Partes ferruminandae antea solutione Laccae in tabulis spirituosa oblinantur.

Ferrumen ad succinea et testudinea.

Kitt für Bernstein und Schildpatt.

℞. Masticles pulv.
Olei Lini āā.
Colliquatae adhibeantur.

Ferrumen ad succinea liquidum.

℞. Masticles pulv. *P.* 10,
Laccae in tabulis *P.* 30,
Terebinth. Venetae *P.* 2,
Spirit. V. alcoholisati *P.* 120.
Digere per diem unum et saepius agita, dein filtra. Liquor ad spissitudinem syrupi tenuioris evaporet et servetur.

Ferrumina Vitriariorum.

Kitt für Glas, Edelsteine, Porcellan.

℞. Masticles pulv. *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. alcohol. *P.* 6.
Tum recipe
Ichthyocollae incisae *P.* 2,
quas solve in
Aquae *P.* 12,
Spiritus Frumenti *P.* 4.
Solutioni huic colatae admisce
Gummi Ammoniaci *P.* 1/2,
antea in
Spiritus Frumenti *P.* 2
solutam. Hoc facto, commisce miscelam cum solutione Masticles inter agitationem et serva.
Leni calore liquata miscela ope penicilli adhibeatur.

℞. Masticles,
Laccae in tabulis āā *P.*
Aquam adspergendo triturandoque in pulverem subtilissimum redactae penicilli ope superficiei fracturae illinantur et siccentur. Tum calefac, ut massa illita colliquescat, et statim testas l. a. conglutina.
℞. Ferrumen ad succinea liquidum.

Ferrumen

ad vasa porcellanea, Faventina et vitrea lacteo-alba. Kitt für Porcellan, Fayence und Milchglas.

℞. Minii *P.* 3,

Arenae siliceae depuratae *P.* 2,
Acidi boracici *P.* 3.

Mixtae crucibulo Hassiaco ingestae calore fortiore confluentur et adhuc aestuantes in laminam metallicam effundantur. Massa refrigerata et laevigata cum mucilagine Gummi Arabici aut aqua tragacanthina commista ad feruminandum adhibeatur. Ope penicilli ferrumen inducatur. Fragmentis conglutinatis et leni calore siccatis, vasa in fornacula docimastica (Muffeln) vel in fornace figuli colloca et ure. Tum eo loco lentissime refrigerescant, ut ferrumen albidum appareat. Ferrumen refrigeratione celeri limpidum fit.

Ferrumen pellucidum
ad vasa vitrea.

℞p. Resinae elasticae minutim conc. *P.* 1.
Solve in
Chloroformii *P.* 64.
Tum adde
Masticbes pulv. *P.* 16—24.

Macera per biduum, saepius agita et decantha. Ope penicilli liquorem inducas.

Glutinum ad corium.

℞p. Asphalti,
Colophonii āā *P.* 1,
Guttae Perchae *P.* 4,
Alcoholis Sulphuris *P.* 20.

Macerando solve.

Glutinum ad corium metallicis rebus agglutinandum.

Metallum oblinatur Glutine fabrili soluto calido, corium autem Acido tannico soluto. Quo facto partes conglutinandae comprimantur et seponantur.

Glutinum fabrile fluidum.
Flüssiger Leim.

℞p. Glutini fabrilis (Coloniensis) *P.* 30.
Solve digerendo in
Aquae destill. *P.* 40.
Tum adde paulatim inter agitationem
Acidi nitrici crudi *P.* 10

aut q. s., ut glutinum refrigeratum fluidum maneat.

℞p. Glutini fabrilis *P.* 120,
Aceti concentr. *P.* 100,
Aquae destill. *P.* 60.

Digerendo solve et misce.

℞p. Glutini fabrilis *P.* 10,
Aquae fervidae *P.* 15,
Aceti concentrati *P.* 12,

vel q. s., ut glutinum refrigeratum sit fluidum.

Glutinum resinosum
fluidum.

Ferrumen e Lacca in tabulis. Bernsteinkitt.

Ferrumen universale.

℞p. Laccae in tabulis pulv. *P.* 4,
Spiritus V. alcoholis. *P.* 3—4.

Digerendo misce.

℞p. Laccae in tabulis pulv. *P.* 2,
Boracis *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 14.

Coque inter agitationem, donec Lacca soluta sit.

Indumentum ferruminarium

ad densandum corium, ut aqua penetrare non possit. Ueberzug, um Leder wasserdicht zu machen.

℞p. Sebi taurini *P.* 8,
Olei Lini *P.* 4,
Gummi elastici minutissime concis. *P.* 1.

Coquendo colliquatis et semirefrigeratis admisce
Vernicis Succini *P.* 12.

Indumentum ferruminarium

ad densandas telas, ut aqua penetrare non possit. Kittartiger Ueberzug für Zeugstoffe.

℞p. Guttae-Perchae *P.* 1—2.
Solve digerendo agitandoque in
Benzoni *P.* 10.

Solutioni per linteum laxe textum fusae et adhuc calenti admisce
Vernicis Lini *P.* 10.

Miscela tepefacta ope penicilli telis inducenda est.

℞p. Cerae albae rasae *P.* 1.

Conquassando solve in
Collodii *P.* 50—60.

Rp. Olei Papaveris cocti *P.* 3,
Vernicis copalinae *P.* 1.
Misce.

Rp. Boli albae *P.* 16,
Lithargyri *P.* 3,
Fuliginis e taeda ustae *P.* 1.
In pulverem subtilissimum redactas commisce cum
Vernicis Lini
quantitate sufficiente, ut fiat massa mollis, quae ope spathulae aut cultri super telam aequabiliter extendatur. Indumento hoc siccato, tum lapidis Pumicis ope laevigato, vernice copalina tela illinatur.

Luta et Ferrumina
ad apparatus destillatorios pharmaceuticos.

I.

In destillationibus aquarum et vinosorum.

Rp. Placentae Lini seminis pulv. *P.* 3,
Farinae secalinae *P.* 2,
Aquae communis q. s.
Misce, ut fiat massa.

Digitorum ope madefactorum juncturis commissurisque adprimatur et laevigetur, aut super chartam inducta applicetur.

Rp. Fabarum alb. pulv. q. v.
Malthae ex Amylo tenuiris q. s.
Misce, ut fiat massa.

II.

In liquoribus calore forti destillandis.

Rp. Calcariae hydratae q. v.
Glutini fabrilis in aqua soluti q. s.
Misce, ut fiat massa mollis.

III.

In destillationibus acidorum.

Rp. Resinae elasticae minutim concisae *P.* 4,
Sebi taurini *P.* 1,
Olei Lini *P.* 8.
Liquando coquendoque optime mixtis et refrigeratis admisce.
Boli albae pulv. q. s.,
ut fiat pasta mollis, quam in ollis figulinis vel porcellaneis serva. Cum Boli albae quantitate sufficiente mixta adhibeatur.

IV.

Ad tubos et apparatus vaporariorum.

Rp. Cerusae Zinci (Zinkweiß) *P.* 2,
Mangani hyperoxyd. *P.* 1,
Boli albae *P.* 4.
Subtilissime pulveratis admisce
Vernicis Lini q. s.,
ut fiat massa mollis. Recens parata adhibeatur.

Luta ad fornaces.
Ofenkitte.

I.

Rp. Cineris e ligno,
Ferri limati,
Argillae siccae aa *P.* 2,
Salis culinaris *P.* 1.
Misceantur cum
Aceti crudi q. s.,
ut fiat massa.

II.

Rp. Argillae humidae *P.* 6,
Calcariae hydratae *P.* 1,
Cineris e ligno *P.* 1/2,
Capillorum vitulinorum concisorum *P.* 1/4,
Sanguinis bovini q. s.
Misce, ut fiat massa Recens paretur.

III.

Rp. Argillae albae siccae *P.* 8,
Arenae pulv. *P.* 4,
Calcariae hydratae *P.* 1,
Boracis pulv. *P.* 1/2,
Aquae q. s.
Misce, ut fiat massa. Recens paretur.

IV.

Rp. Limaturae Ferri subtilis,
Arenae pulverat.,
Eboris usti,
Calcariae hydratae, aa *P.*
Sanguinis bovini q. s.
M., ut fiat massa, quae recens parata adhibeatur

Luta,
quae aqua non solvit.

I.

Rp. Arenae *P.* 80,
Calcariae hydratae *P.* 15,

Casei recentis *P.* 4,
Aquae q. s.
M. f. massa, quae recens parata adhibeatur.

II.

℞p. Farinae Laterum,
Calcariae hydratae āā *P.* 4,
Limaturae Ferri *P.* 1,
Sanguinis bovini,
Aquae āā *P.* sufficientes.
M. f. massa, quae recens parata adhibenda est.

III.

℞p. Farinae Laterum,
Calcariae hydratae āā *P.*
Sanguinis bovini q. s.
M. f. massa, quae etc.

IV.

℞p. Calcariae ustae pulv. *P.* 6,
Arenae pulvereae,
Farinae Laterum āā *P.* 2,
Minii *P.* 1,
Lithargyri *P.* ½,
Cerussae *P.* 1,
Limaturae Ferri *P.* 2,
Pilorum vitulinor. conc. *P.* 1,
Vernicis Lini q. s.
M f. massa subtilis. Recens paretur.

Luta ad lapidea.

Lithocollae. Explementa lapidea. Steinkitte.

I.

℞p. Resinae Pini,
Cerae āā *P.* 1.
Liquatis admisce
Pulveris lapidis *P.* 2—4.
Fiat massa, quae calefacta adhibeatur.

II.

℞p. Resinae Pini *P.* 2.
Liquatis admisce
Sulphuris loti *P.* 1,
Pulveris lapidis *P.* 4—6.
Fiat massa, quae calefacta adhibeatur.

III.

℞p. Calcariae hydratae *P.* 6,
Farinae triticeae *P.* 4,
Gossypii concisi *P.* 1,
Vernicis Lini *P.* 4,
vel q. s., ut fiat massa, qua rimae et foramina, antea vernice Lini illita, expleantur.

IV.

℞p. Calcariae hydratae,
Boli āā *P.*
Sanguinis bovini q. s.
M. fiat massa, quae recens parata adhibeatur.

V.

Ad cupas lapideas.

℞p. Picis navalis *P.* 4,
Colophonii *P.* 2.
Liquatis admisce
Farinae Laterum,
Cerussae Zinci,
Minii āā *P.* 1.
Fiat massa, quae liquata in rimas infundatur. Rimae antea mixtione e
Picis navalis *P.* 1,
Vernicis Succini *P.* 5
parata illinendae sunt.

VI.

Ad pavimenta lapidea.

℞p. Calcariae hydratae *P.* 10,
Tartari crudi pulv. *P.* 2,
Glutini in aqua soluti q. s.
Misce, ut fiat massa, quae, ut libet, addendis Ochris, Ultramarino etc., coloretur. Massa recens parata adhibenda est

VII.

Lutum universale ad lapidea.

℞p. Casei recentis q. v.
Calcariae hydratae q. s.
M. ut fiat massa, cui addas
Pulverem lapidis.
Recens parata statim adhibeatur.

℞p. Cretae praep. *P.* 10,
Calcariae ustae *P.* 1.
Conterendo mixtis adde
Natri silicici q. s.,
ut fias massa pultiformis, quae statim adhibeatur. Post longius tempus vel loco tepido durescit.

VIII.

Ad scalas lapideas.

℞p. Arenae pulverulentae *P.* 20,
Lithargyri *P.* 2,
Calcariae ustae *P.* 1,
Olei Lini q. s.
M. fiat puls.

IX.

Ad rimas cisternarum et scalarum lapidearum.

Rp. Farinae Laterum *P.* 9,
Lithargyri *P.* 1,
Olei Lini q. s.

M. fiat massa, consistentiae emplastri mollis, quae foraminibus rimisque, antea ope spongiae paululo aquae humectatis, applicetur. Massa post 5 – 6 dies durescit.

X.

Ad statuas, vasa etc.

Rp. Cerae,
Resinae Pini āā *P.* 35,
Ramentorum Ferri (Hammerschlag),
Arenae farinosae āā *P.* 4.

Colliquando mixtis adde
Florum Sulphuris *P.* 8.

Calefiant inter agitationem per horae quadrantem. Tum massam in aquam frigidam effunde et malaxa. Calefacta adhibeatur. Si statuam calefacere non potes, rima aut fractura antea solutione spirituosa Colophonii dilutiore illinatur.

Lutum

ad valvas fornicales aëri impervias.

Kitt für luftdichte Ofenthüren.

Rp. Limaturae Ferri *P.* 5,
Boli albae *P.* 1.

Commisceantur cum
Aceti crudi q. s.,
ut fiat massa, quae statim adhibenda est.

Rp. Limaturae Ferri *P.* 120,
Ammoni muriatici *P.* 2,
Spathi agrestis (Feldspath) pulv. *P.* 8,
Florum Sulphuris *P.* 1,
Aquae q. s.

Misce, ut fiat massa mollis, quae statim adhibenda est.

Maltha ad tubos

aquaeductuum.

Kitt für Wasserleitungsröhren.

Rp. Colophonii,
Olibani,
Sandaracae,
Gossypii minutim conc. āā *P.*

Conflentur ad massam, quae refrigerata et pulverata commisceatur cum
Calcariae ustae pulv.
pari pondere. Huic miscelae adde
Olei Papaveris cocti q. s.,
donec spissitudo Terebinthinae communis efficiatur.

Ad tubos figulinos.

Rp. Picis navalis *P.* 10,
Olei Lini *P.* 1.

Liquatis admisce quantitatem sufficientem pulveris subtilioris, qui e
Boli rubrae,
Arenae,
Scoriae Ferri,
Vitri āā *P.* 4,
Farinae e latere *P.* 16
miscendo paratus est, ita ut fiat massa consistentiae Terebinthinae communis. Massam refrigeratam in pulverem redige et serva. Aut liquefacta, aut Oleo Lini diluta, stupa subacta, adhibeatur.

Maltha seu Ferrumen universale.

Universalkitt.

I.

Rp. Calcariae hydratae, per cribrum trajectae q. v.

Misce cum
Casei recentis aut
Albuminis ovi q s.,
ut fiat massa mollis, quae adhuc recens statim adhibeatur.

II.

Rp. Lactis vaccini, cremore liberati *P.* 15.

Ebullientibus adde
Aceti Vini q. s.,
ut pars caseosa coagulet, quam in linteo collige et commisce cum
Albumis ovi *P.* 3,
Calcariae hydratae per cribrum trajectae q. s.,
ut fiat massa mollis, quae recens parata statim adhibeatur.

III.

Maltha universalis pulverea.

Pars caseosa lactis, coquendo cum Aceto secreta, in strata tenuiora extensa

15

loco calido exsiccetur et in pulverem grossiusculum redigatur, cujus Partibus 10 admisce

Calcariae ustae pulv. *P.* 2,
Camphorae *P.* 1/20.

Serva in lagenulis optime obturatis. Hic pulvis addendo Aquam destillatam interterendum ad massam molliorem redigatur.

Maltha seu **Ferrumen** ad vasa aquaria lignea, frigeratoria lignea (Kühlfässer) etc.

I.

℞p. Picis navalis,
Colophonii āā *P.* 10,
Olei Lini,
Vernicis Lini āā *P.* 5.

Liquando commixtis adde

Cerussae Zinci (aut Minii),
Farinae e latere āā *P.* 1.

Massa liquata aut in rimas fundatur, aut applicetur vel cum stupa vel cum gossypio mixta.

II.

Maltha s. Indumentum caementarium ad lignea.

℞p. Resinae Pini *P.* 5,
Olei Lini *P.* 1.

Liquando mixtis adde agitando

Cretae praep. *P.* 5,
Arenae pulverulentae,
Eboris usti āā *P.* 1.

Massa liquata, cum vernice Lini commista, lignum oblinatur.

Munimenta ad vitrea.

Maltha ad loricanda vasa vitrea et porcellanea, ut cucurbitas, retortas etc Beschläge für Glasgefäße ꝛc.

I.

℞p. Arenae pulverulentae,
Argillae albae āā *P.* 10,
Setarum bubularum minutim concis. q. s.,
Aquae q. s.

M. fiat linimentum densius, quod vasis ope penicilli iterum iterumque illinatur.

II.

℞p. Boli albae,
Farinae e latere āā *P.*,
Vernicis Lini q. s.

Misce, fiat linimentum.

III.

℞p. Boli albae,
Farinae e latere āā *P.*,
Liquoris Kali silicici basici q. s.

M. fiat linimentum.

IV.

℞p. Boli albae,
Farinae e latere,
Vitri pulverati,
Minii āā *P.*,
Liquoris Kali silicici basici q. s.

M. f. linimentum.

V.

℞p. Ramentorum Ferri (Hammerschlag) pulv.,
Argillae,
Sanguinis recentis.

M. fiat linimentum.

VI.

℞p. Spati fluorici subt. pulv. *P.* 1,
Vitri albi pulv. *P.* 2,
Liquoris Kali silicici q. s.

M. fiat puls mollis.

Loricatio ope hujus malthae commendanda est.

Fluxus albus.

Weißer Fluß. Menstruum metallorum.

℞p. Kali bitartarici,
Kali nitrici sicci āā *P.*

Mixtas in sartaginem figulinam satis amplam eo modo ingere, ut acervum conicum referant. Tum ope prunae acervi cacumen incende. Detonatione peracta, massam residuam (e Kali carbonico et Kali nitroso constantem) statim in lagenas bene obturandas immitte. In liquatione metallorum ad scorias efficiendas adhibetur.

Fluxus celer Baumei.

Baumé's Schnellfluß.

℞p. Kali nitrici *P.* 3,
Sulphuris *P.* 1,
Serraginis (scobis ligneae) *P.* 1.

M. f. pulvis grossus.

Fluxus niger.

Menstruum metallorum reductorium.
Schwarzer Fluß.

℞. Kali bitartarici *P.* 2,
Kali nitrici sicci *P.* 1.

Mixtae paulum calefactae eodem modo tractentur, qui ad parationem Fluxi albi praeceptus est.

Fomentatio aromatico-acida.

℞. Specierum aromaticar. *P.* 1.
Infunde
Aquae ferventis *P.* 9.
Colaturae Partium 8 admisce
Aceti crudi *P.* 4.
Paretur ex tempore. *Ph. Hb.*

Fomentatio aromatico-vinosa.

℞. Specierum aromaticar. *P.* 1.
Infunde
Aquae ferventis *P.* 9.
Colaturae *P.* 8 admisce
Vini Gallici rubri *P.* 4.
Paretur ex tempore. *Ph. Hb.*

Fomentatio emolliens.

Fotus emolliens.

℞. Specier. emollient. *P.* 35,
Aquae q. s.
Coque, ut sit colatura partium 1000. *Ph. Belg., Gall.*

Eodem modo parentur:

Fotus Belladonnae.
— Hyoscyami.
— Solani nigri.
— Stramonii.

Fomentatio frigida Schmuckeri.

℞. Ammoni hydrochlorati grosse pulv.,
Kali nitrici grosse pulv. āā *P.* 1,
Aquae *P.* 48,
Aceti Vini *P.* 12.

Misceantur ex tempore, ita, ut pulveres commixti, et fluida commixta seorsim dispensentur. *Ph. Hamb.*

Nota. In signatura monendum est, pulverem cum fluido non prius commiscendum esse, quam usus poscat.

Ph. Hann. 5,5,228,48. Commixtae dentur.

Fructus Colocynthidis praeparatus.

Trochisci Alhandal.

℞. Fructuum Colocynthidis a cortice exteriore mundatorum et a seminibus liberatorum *P.* 5.
Minutim concisis admisce
Gummi Arabici *P.* 1,
Aquae destillatae q. s.,
ut fiat contundendo in mortario ferreo pasta, quae exsiccata in pulverem subtilem redigatur.

Fumigatio Chlori

s. oxymuriatica s. Guytoniana.

Species pro fumigatione Chlori. Pulvis ad fumigationes muriaticas.

℞. Mangani hyperoxydati nativi pulverati *P.* 3,
Natrii chlorati venalis *P.* 6.
Exacte misceantur.
Porro
℞. Acidi sulphurici Angl. concentr. *P.* 4,
Aquae quantitate aequali dilutas.

Utrumque paretur ex tempore et seorsim dispensetur.

Nota. Si loco Partium duarum Unciam unam (pond. Noric.) recipis, habes portionem aptam cubiculo 30 pedes lato longoque et 12 pedes circiter alto.

Ph. Fenn. Mang. hyperoxyd. 1, Acid. muriat. crud. 4. Seorsim dentur.

Fumigatio mercurialis.

℞. Cinnabaris pulv. *P.* 12,
Olibani *P.* 8.
M., ut f. species.

Fumigatio nitrosa

s. Smithiana. Species ad fumigationem nitricam Smithii.

℞. Acidi sulphurici Anglici conc. *P.* 2.

Caute mixtae cum

Aquae *P.* 1

calefiant in patina argillacea prunis ardentibus imposita; tum sensim injice

Kali nitrici crudi pulv. *P.* 2,

cavendo, ne alteram copiam addas, antequam antecedens penitus decomposita fuerit.

Nota. Haec quantitas sufficit, si loco Partis uniuscujusque Unciam unam recipis, ad depurandam capacitatem trium millium (3000) pedum cubicorum.

Gargarismata *Ph. milit. Dan.*

Gargarisma aluminosum: Aluminis crudi Dr. 1½, Aq. Unc. 11, Mell. desp. Unc. 1.

Garg. myrrhatum: Tinct. Myrrhae Dr. 1½, Aq. Unc. 7, Mell. desp. Unc. 1.

Garg. piperinum: Piperis Hispanici gr. plv. Dr. 1, Flor. Sambuci Unc. 1. Infunde Aq. bullientis Unc. 7. Colaturae adde Aceti Vini Unc. 1½, Natri muriatici Dr. 1½.

Gelatina Balsami Copaivae.

Balsamum Copaivae solidificatum.

℞p. Bals. Copaiv. *P.* 6,
Cetacei *P.* 1.

Leni calore colliquatae loco frigido seponantur, ut refrigerent.

Gelatina Cornu Cervi.

Gelatina Cornu Cervi acidula *Ph. Sax.*
Gelatina animalis *Ph. Hamb.*

℞p. Gelatinae siccae albae purae *P.* 5.

Coquendo solve in

Aquae fervidae *P.* 56.

Tum admisce

Sacchari albi *P.* 12,
Vini Rhenani *P.* 4,
Succi Citri *P.* 3.

Fervidae colatae dentur ad ollam et reponantur, donec refrixerint. Sit gelatina limpida, coloris ex flavido albidi, odoris expers, saporis grati. *Ph. Hb., Sl. H.*

Ph. Hass. Cornu Cervi rasp. 72, Collae piscium 1½, Aq. 384. Coque. Colat. 128 adde Sacch. 24, Vini Rhenani 24, Succi Citri 6.

Gelatina Cornu Cervi amygdalata.

Gelatina amygdalata. *Blanc-Manger.*

℞p. Gelatinae Cornu Cerv. *P.* 5,
Amygdal. dulc. *P.* 2,
Sacchari *P.* 4,
Aq. Aurant. fl. *P.* 2.

In mortario porcellaneo calefacto contundantur Amygdalae degluptae una cum Saccharo et Aqua Aurantii florum; supra pultem affundatur Gelatina calida et miscela super foco aliquantisper reponatur, donec liquescat. Dein per pannum cola, leviter exprimendo. *(Ph. Belg.)*

Gelatina Helminthochorti.

℞p. Helminthochorti *P.* 10,
Lichenis Caragahen *P.* 2,
Ichthyocollae *P.* 1,
Aquae q. s.

Coque usque ad colaturam *P.* 30, quibus adde

Sacchari albi,
Vini albi āā *P.* 20.

Liquor semel ebulliat et coletur, dein seponatur, ut refrigeret.

Gelatina Lichenis Caragahen s. Fuci crispi.

Gelatina Sphaerococci.

℞p. Fuci crispi *P.* 3.

Coque cum

Aquae q. s.

ad colaturam *P.* 48. In colatura fortiter expressa solve

Sacchari albi *P.* 8.

Refrigerando fiant gelatinae

Partes 56.

Paretur, quoties usus poscit. *Ph Hb., Sl, H.*

Ph. Austr. Fuc. cr. 3. Colat. 24, Sacch. 8.

Ph. Norv. Fuc. cr. 1, Colat. 32.

Ph. Wrtb. Fuc. 2. Colat. 48, Sacch. 3, Aq. Amygd. amar. ½.

Ph. Dan. Fuc. 1, Aquae 48.

Ph. Hass Fuc. cr. 3, Aq. 72. Colat. 48 evaporent ad partes remanent. 24, tum solve Sacch. 3.

Ph. Hann. Fuc. cr. 1, Colat. 13, Sacch. 3.

Gelatina Lichenis Islandici (amara).

℞p. Lichenis Islandici *P.* 1.
Aqua ablutam coque cum
Aquae *P.* 10
ad colaturam Partium 3½.
Per linteum fortiter exprime, tum solve
Sacchari *P.* 1.
Coque in syrupum, qui despumatus refrigeratione in gelatinam cogatur, cujus pondus exaequet
Partes 4.
Paretur, quoties usus poscit, et semper dispensetur, nisi *Gelatina edulcorata* praescripta fuerit. *Ph. Hb.*, *(Hann.)*

Ph. Belg. Lich 256. Colaturae adde Ichthyocollae 16, Sacch. 500. Liquor despumetur et sit colat. *P.* 1000.

Ph. Fenn. Lich. 1, Aq. 12. Colat. evaporet ad justam spissitudinem.

Gelatina Lichenis Islandici edulcorata.

Gelatina Lichenis Islandici *Ph. Wrtb.*, *Austr.*
Versüßte Gallerte aus Isl. Moose.

℞p. Lichenis Islandici conc. ab amaritie liberati *P.* 3.
Coquantur tam diu cum
Aquae *P.* 24,
donec post expressionem per linteum
Colatura Partes 13
exaequet. Colaturae adde
Sacchari albi *P.* 8,
et coque in syrupum, qui despumatus et colatus refrigerando in gelatinam cogatur. Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Sl. H.*

Nota. Interdum una cum Lichene Ichthyocollae *P.* ⅛ coquunt, ut gelatina densior fiat.

Ph. Austr. L. 1, Colat. 6. Sacch. 1. Evaporat. 4. *Ph. Fenn.* Lich. 2, Sacch. 1, Colat. 4. *Ph. Hass.* Lich. 8, Sacch. 1, Colat. 8.

Ph. Belg. Paretur aeq. modo, quo Gelatina Lichenis Islandici amara.

Gelatina physostigminata Hartii.

℞p. Extracti sem. Physostigmatis *P.* 1.
Solve in
Spiritus Vini rectfss. *P.* 5,
Aquae destillatae *P.* 15,
Syrupi Sacchari *P.* 2.
Sepone per diem unum, tum filtra. In liquorem limpidum immitte:
Gelatinae albae *P.* 7,
Mucilaginis Gummi Arabici (1 Gm. et 2 Aq.) *P.* 3.
Dein digere, interdum agitando, calore balnei aquae, donec solutio effecta fuerit. Massa adhuc calida penicilli ope mollioris laminae stanneae vel vitreae large illinatur et loco tepido siccetur, quod repetatur, donec liquor mucilagineus consumptus sit. Lamina sit ejus magnitudinis, ut copia liquoris, quae Granum unum (6 Centigr.) extracti continet, folium gelatineum magnitudinis circiter pollicum septem quadratorum (circiter $2\frac{2}{3} \times 2\frac{2}{3}''$) exhibeat, quod laminae adhuc adhaerens (non plane siccatum) cultri ope in 252 partes dividatur.

Quaevis pars sit magnitudinis circiter linearum duarum quadratarum (vel Millimetr quatuor quadrat.).

Gelatina Olei Jecoris Aselli.

℞p. Gelatinae albae *P.* 20,
Aquae destillatae,
Syrupi Sacchari āā *P.* 120.
Solutione calore balnei vaporis effecta, liquori calido affunde
Olei Jecoris Aselli *P.* 250.
Tinct. aromaticae *P.* 5.
Exacte agita et effunde mixturam in vas, quod in aqua frigida collocata est.

Oleum Jecoris Aselli solidificatum.

℞p. Olei Jecoris Aselli *P.* 60,
Cetacei *P.* 10.
Leni calore colliquatas loco frigido sepone, ut refrigerent.

Gelatina Rubi Idaei.

℞p. Gelatinae albae *P.* 6.
Solutis in
Aquae fervidae *P.* 40
admisce
Syrupi Rubi Idaei *P.* 80.
Sepone loco frigido, ut in gelatinam coëant.

Eodem modo paretur:

Gelatina Ribium.

Gelatina Salep.

Rp. Tuberum Salep subtiliter pulveratorum *P.* 2,
Aquae frigidae *P.* 24.

Conterendo mixtis affunde

Aquae fervidae *P.* 32.

Digere inter agitationem per semihoram, tum admisce

Syrupi Cort. Aurant. *P.* 12.

Mixtura loco frigido seponatur, ut congelet. *(Ph. Hann.)*

Gelatina Sambuci baccarum.

Rp. Succi bacc. Sambuci maturarum pressione obtenti *P.* 1000,
Sacchari albi *P.* 250.
Ichthyocollae *P.* 5.

Coque, ut sint colaturae *P.* 500, quae despumando et colando depurentur.

Glandes Quercus tostae.

Rp. Glandium matur. q. v.

Decorticatae, quadrifariam dissectae et in cribro leni calore siccatae, in vase ferreo, semper agitando, torreantur, donec bruneae et fragiles sint. Refrigeratas in vasis murrhinis probe clausis serva. Sint odoris subempyreumatici.

Aequali modo parentur:

Semina Genistae tosta.

Globuli ad Erysipelas.

Monialium St. Elisabethae. Elisabethinerkugeln.

Rp. Aluminis *P.* 4,
Ammonii chlorati *P.* 2,
Cretae *P.* 50,
Camphorae *P.* 1.

Subtilissime pulveratae et mixtae ope Mucilaginis Amyli in globulos, ponderis Unciae dimidiae, redigantur, qui loco tepido siccati serventur.

Globuli chlorophori.

Chlorum in globulis. *Chlore en boules.* Chlorkugeln.

Rp. Salis culinaris *P.* 5.

Siccatis pulveratisque admisce conterendo

Argillae figulinae humidae *P.* 5.

Quo facto immisce

Mangani hyperoxydati nativi pulverati *P.* 1,
Vitrioli martis *P.* 5,

antea pulveratas. Fiat massa, ex qua globuli formentur, loco tepido siccandi.

Ad usum globulus prunis adjicitur.

Globuli sulphurati.

Boules Barégiennes.

Rp. Calcii sulphurati subtiliter triti *P.* 8,
Natrii chlorati pulv. *P.* 2,
Extr. Saponariae *P.* 1,
Solutionis Glutini fabrilis spissioris q. s.

M. fiat massa, ex qua formentur globuli ponderis circiter Gramm. 60 vel Unc. 2. Globulus unus balneis singulis inservit. *(Ph. Hb.)*

Globuli Tartari ferrati.

Globuli martiales. *Boules de Nancy.* Stahlkugeln.

Rp. Ferro-Kali tartarici pulverati q. v.
Aquae q. s.

Misce. Digerendo fiat massa, ex qua formentur globuli ponderis sesquiunciae vel ejus magnitudinis, ut globuli singuli exsiccati sint ponderis unciae unius. Globuli sicci mucilagine Gummi Arabici parce oblinantur, ut fiant nitentes.

Ne globuli siccando rimas fieri patiantur, massa semper e Ferro-Kali tartarici pulverato efficienda est.

Ph. Fenn. Solutio Ferro-Kali tartarico decanthata calore balnei aquae inspissetur et in globulos (pond. unc. 1) redigatur. Globuli, postquam duruerint, panno Spiritu imbuto abstergantur.

Glonoinum.

$C^6H^5(NO^4)^3O^6$. Glycerinum nitrosatum. Nitroglycerinum.

℞p. Acidi nitrici concentrati (p. spec. 1,450—1,500) *P.* 3,
Acidi sulphurici conc. *P.* 6.

Mixtis et ope glaciei usque ad 0° C. refrigeratis guttatim et inter agitationem admisce

Glycerini *P.* 1

vel eam quantitatem, donec guttulae, oleo similes, mixtioni innatantes appareant. Cave ne inter instillandum Glycerinum mixtura incalescat, quo modo explosio evenire possit. Itaque instillare Glycerinum tamdiu cesses, quamdiu mixtura adhuc tepida est. Bene agis, si vas mixtionis in altero vase, aquam frigidam et glaciem continente, collocas.

Tum liquorem inter agitationem ingere in

Aquae frigidioris

volumen 20plex et sepone, donec Glonoïnum, liquidi spissiusculi instar, in fundo aquae coierit. Aqua defusa, Glonoïnum aqua commiscendo et decanthando ab acido adhaerente libera, tandem ope infundibuli separatorii separatum in

Aetheris (p. spec. 0,720 ad 0,725)

quantitate non nimia solve, et conquassando cum Calcio chlorato fuso ab aqua adhaerente liberatum, tunc filtratum calore 25° C non superante evapora. Operatio ulterior sub divo loco umbroso, atque adhibendo balneum aquae efficiatur. Serva in lagenis minoribus loco frigido. Effic. *P.* 1.

Nota. Glonoïnum ad explodendum proclive est et attactu aëris sensim corrumpitur. Quam ob rem Glonoinum in Spiritus Vini rectificatissimi quantitate 9plici solve et serva. Signa: Sumatur 10plum.

Glonoïnum parum in Aqua, facile in Aethere solubile est. Pond. spec. 1,5—1,6. Vis est venenosa.

Glycerinum purum.

$C^6H^8O^6$.

℞p. Glycerini venalis *P.* 100.

Ad circiter 25° C. calefactis immisce

Bismuthi oxydati hydrati *P.* 5,

antea cum

Aquae destill. *P.* 20

contritas. Agitatione peracta sepone per aliquot horas loco frigido. Dein instilla

Acidi oxalici cryst. *P.* 1,

antea solutam in

Aquae destill. *P.* 10,

et fortiter agita. Si post aliquot horas liquoris portiuncula filtrata addito Argento nitrico soluto praecipitatum album praebet, identidem addantur Bismuthi oxydati hydrati et Acidi oxalici quantitates parvae, donec liquor filtratus a Chloro plane liber evaserit. Tum, liquori filtrato adjectis

Carbonis animalis depurati *P.* 20,

sepone per diem unum et saepius agita. Tandem filtra, filtrum aquae paulo eluendo, et liquorem calore balnei aquae (vel in vacuo) ad justam spissitudinem redige.

Nota. Praecipitatum bismuthicum collectum et siccatum uratur, tum in Acido nitrico solvatur, ut ex hac solutione Ammono caustico soluto addito Bismuthum oxydatum hydratum praecipitetur, quod ad novas quantitates Glycerini depurandi adhibendum est.

Glycerolatum Aloës.

Glycérolé d'aloës.

℞p. Aloës pulv. *P.* 1,
Glycerini *P.* 10.

M. et solve.

Glycerolatum Atropini.

℞p. Atropini *P.* 1,
Glycerini *P.* 240.

Misce et solve.

Simili modo parentur:

Glycerolatum Morphii acet.

Glycerolatum Belladonnae.

Glycérolé de belladonne.

℞p. Extracti Belladonnae *P.* 1,
Glycerini *P.* 12.

M. et solve.

Eodem modo parentur:

Glycerolat. Aconiti.
— **Conii.**
— **Hyoscyami.**
— **Stramonii.**

Glycerolatum Boracis.

Rp. Boracis pulv. *P.* 1,
Glycerini *P.* 12,
Aquae destill. *P.* 48.
Solve et misce.

Glycerolatum Collodii.

Rp. Collodii *P.* 6,
Glycerini *P.* 8.
M

Glycerolatum dentitionis.

Glycerolatum contra odaxismum infantum. Mittel gegen das schmerzhafte Jucken des Zahnfleisches der zahnenden Kinder.

Rp. Glycerini *P.* 30,
Chloroformii,
Tinct. Croci āā *P.* 1.
M. Ad usum guttae nonnullae gingivae infricantur.

Glycerolatum emplasticum.

Emplastrum Glycerini.

Rp. Amyli triticei *P.* 3,
Glycerini *P.* 10.
Bene mixtae calore balnei vaporis per horam unam digerantur.

Glycerolatum gelatinosum.

Rp. Tragacanth. pulv. *P.* 3,
Aq. Calcariae *P.* 30,
Glycerini *P.* 10,
Aq. Rosarum *P.* 24,
Ol. Amygdal. aeth.,
Ol. Naphae āā *P.* 1/2,
Tinct. Benzoës *P.* 1.
Misce l. a.

Glycerolatum jodatum.

Rp. Jodi *P.* 1.
Solve leni calore in
Glycerini *P.* 100.
Recens paretur.

Glycerolatum Kreosoti.

Rp. Glycerini *P.* 2,
Kreosoti *P.* 1.
M.

Glycerolatum ophthalmicum.

Glycérolé ophthalmique (vanHolsbeck).

Rp. Hydrarg. oxyd. rubr. *P.* 1,
Opii pulv. *P.* 10,
Glycerini *P.* 1200.
M.

Glycerolatum Picis liquidae.

Glycérolé de goudron.

Rp. Picis liquid. *P.* 1,
Glycerini *P.* 5.
M. leni calore et cola.

Glycerolatum simplex.

Unguentum Glycerini.

Rp. Amyli pulv. *P.* 1,
Glycerini *P.* 5.
Misce, calore balnei vaporis per aliquot horas digere et interdum agita
Ph. Bor. Amyli 2, Aquae 1, Glycerini 10.

Glycerolatum Sinapis.

Sinapismus glycerinatus.

Rp. Glycerini *P.* 45,
Olei Sinapis *P.* 1.
M

Glycerolatum tannatum.

Glycerolatum antihaemorrhoidale.

Rp. Glycerolati simpl. *P.* 22,
Acidi tannici *P.* 2,
Spirit. Vini *P.* 1.
Misce leni calore. Ad unctionem nodositatum haemorrhoidalium.

Gossypium antarthriticum.

Dr. *Pattison*'s Gichtwatte.

Rp. Ligni Santali rubri *P.* 10,
Benzoës 2,
Balsami Peruviani 1/2,
Spirit. Vini alcohol. *P.* 50.
Digere, exprime et filtra. Liquore lana gossypina tabulata notae vilioris (Watte geringer Art) oblinatur. D. in chartam. S.

Gichtwatte des Dr. Pattison.

Diese nach langjährigen Erfahrungen bereitete Gichtwatte ist ein sehr bewährtes,

schnelles und sicheres Heil- und Präservativmittel gegen akute und chronische Gicht und Rheumatismen aller Art, als gegen Gesichtsschmerz, Brustschmerz, Hals- und Zahnschmerzen, Kopf-, Hand- und Kniegicht, Seitenstechen, Gliederreißen, Rücken- und Lendenweh u. s. w.

Pattison.

Gossypium aromaticum.

Sagena aromatica. Aromatische Watte.

℞p. Camphorae *P.* 8,
Balsami Peruv.,
Olei Citri cort.,
Olei Sassafras āā *P.* 1,
Mixturae oleosae balsamicae *P.* 6,
Liquoris Ammoni caust. spirituosi *P.* 8,
Spiritus V. rectfss. *P.* 24.

Misce et solve.

Hac mixtione lana gossypina tabulata conspergatur.

Graphites depuratus.

℞p. Graphitae Anglici laevigati *P.* 6.

Coque in

Aquae communis q. s.

per unam horam. Tum, aqua decanthando separata, affunde

Acidi nitrici crudi,
Acidi muriatici crudi āā *P.* 1,
Aquae *P.* 4.

Digere per 24 horas et saepius agita. Dein, liquore decanthato, massam residuam aqua diligentissime ablue et sicca.

Gutta Percha depurata.

℞p. Guttae Perchae *P.* 10.

Aquae ferventis ope mollitis et in frustula parva dissectis affunde

Chloroformii *P.* 20–25,
Aquae destill. *P.* 2.

Per aliquot dies repone et saepius agita. Tum sepone per biduum, ut quisquiliae surgant. His supernatantibus ope cochlearis amotis, solutionem limpidam (si opus est, filtratam) in vesicam destillatoriam (melius in congestorem vaporarium) infunde et,

Aquae Partibus 4

additis, Chloroformium ex balneo vaporis destillando abstrahe. Hoc facto, residuum e vesica destillatoria exime et in magdaleones tenues malaxa. Efficiuntur *P.* 8.

℞p. Guttae Perchae *P.* 10.

Aquae ferventis ope mollitis et in frustula parva dissectis affunde

Benzini puri *P.* 150.

vel q. s., donec inter agitationem iteratam solutio peracta fuerit. Admixta

Calcariae sulphuricae nativae et
Natri sulphurici cryst. āā *P.* 1,

sepone per aliquot dies. Tum liquorem decanthatum inter agitandum infunde in

Spiritus Vini rectfss. volumen triplum.

Guttam Percham demissam collige et in bacillos redactam calore non adhibito sicca.

Gutta Percha incarnata.

Paretur uti Gutta Percha depurata eo discrimine, ut solutioni chloroformosae e Guttae Perchae partibus 1000

Carminii rubri *P.* 1

ante destillationem addatur, tum sine mora destilletur, ne Carminium residat.

Guttae alcalinae Hamiltonii.

Solutio Kali carbonici Rosensteinii.

℞p. Kali carbonici *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 100.

Solve et filtra.

Guttae antihystericae.

Tinctura antihysterica.

℞p. Tinct. Asae foet. *P.* 4,
— Valerianae,
— Castor. Canad. āā *P.* 2,
— Opii *P.* 1.

M.

Guttae cordiales Warneri.

℞p. Fol. Sennae *P.* 10,
Fruct. Coriandri,

Fruct. Foeniculi aa P. 5.
Coccionellarum,
Succi Liquiritiae,
Croci aa P. 2,
Passul. minorum P. 150,
Aquae communis,
Spirit V. rectf. aa P. 500.

Digerendo fiat tinctura, quae filtretur.

Guttae Jesuitarum.

Elixir antivenereum. Jesuitertropfen.

Rp. Resin. Guajaci P. 20,
Ligni Sassafras P. 15,
Bals. Peruviani P. 1,
Spirit. V. rectf. P. 100.

Digere et filtra.

Guttae odontalgicae Rustii.

Rp. Ol. Caryophyll. P. 2,
Aetheris P. 6,
Tinct. Opii P. 3.

M. Ope gossypii paululi guttulae nonnullae denti carioso infundantur.

Guttae (Pointianae) contra genorrhoeam secundariam.

Rp. Balsami Copaivae P. 180,
Spiritus V. rectfss.,
Olei Terebinth. aa P. 30,
Olei Menth. pip. P. 5.

M. D. S. Quater per diem gutt. 40—50 in aqua saccharata.

Guttulae Durandi.

Aether terebinthinatus. Mixtura Durandi (s. Whittii) contra calculos felleos.

Rp. Olei Terebinth. rectf. P. 1,
Aetheris P. 4.

M. S. Mane et vespere gutt. 10—20 in aqua saccharata.

Praescriptio Rademacheri.

Rp. Ol. Terebinthinae P. 1,
Spirit. aetherei P. 16.

M.

Guttulae lithontripticae Palmierii.

Liquore lithontriptico di Palmieri.

Rp. Aquae communis P. 40,
Picis liquidae P. 10,
Sulphuris sublimati P. 3.

Coque inter agitandum per semihoram, sepone et decantha. Remedium contra calculos et affectiones morbosas renium laudatum.

Helicina.

(Lamarrei et Caulieri.)

Rp. Mucilaginis ex Helice pomatia P. 1000,
Sacchari albi,
Gummi Arabici aa P. 250.

Misce, loco tepido exsicca et in pulverem redige.

Hepar Antimonii.

Stibium oxydatum fuscum non ablutum.
(Veterinaria.)

Rp. Kali nitrici depur.,
Stibii sulphurati nigri aa P.

In pulverem redactae mixtaeque in lancem planam, in camino collocatam, ingerantur et ope prunae accendantur. Post detonationem massa refrigerata in pulverem redigatur. Sit coloris subcinereo-fusci.

Hepar Sulphuris martiale.

Ferrum sulphuratum cum Kalio sulphurato.

Rp. Sulphuris sublimati,
Kali carbonici aa P. 10,
Limaturae Ferri subtilioris P. 5.

Mixtae in lebete ferreo vel figulino amplo et tecto leni igne liquando et inter agitationem in massam aequabilem coëant, quam in mortarium ferreum, pauxillo olei illitum, effusam et refrigeratam in pulverem grossum redige et statim in lagenam bene claudendam ingere. Sit pulvis griseo-fuscus.

Hydrargyro-Kalium bijodatum.

KaJ,2HgJ+3HO. Hydrargyro-Kalium jodidatum. Hydrargyrum bijodatum cum Kalio jodato. *Jodhydrargyrate d' Jodure de potassium. Jodure de mercure et de potassium.*

Rp. Kalii jodati,
Aquae destill. aa P. 17.

In patinam porcellaneam immissis et ad

ebullitionem usque fervefactis sensim adjice

Hydrargyri bijodati *P.* 45,

et coquere perge, donec solutio peracta sit. Tum sepone loco frigido per unum diem, dein crystalla (flava, valde humescentia) collige et premendo inter strages chartae bibulae sicca. Liquor residuus evaporando et seponendo crystalla nonnulla adhuc edit. Serva in vitris obturatis loco umbroso.

Hydrargyrum aceticum oxydatum.

℞p. Hydrargyri oxydati rubri *P.* 1.

In cucurbitam immissae affunde

Aceti concentrati *P.* 2

vel q s., ut inter agitationem leni calore solutio efficiatur. Liquorem, si opus fuerit filtrandum, immitte in patinam porcellaneam et sepone loco tepido, donec in massam crystallinam abierit.

Hydrargyrum aceticum (oxydulatum).

$Hg^2O,\bar{A}$.

℞p. Hydrargyri nitrici oxydulati crystall. *P.* 10.

Tritas conquassando solve in mixtura frigida ex

Acidi nitrici puri *P.* 1½ et

Aquae destill. *P.* 80

parata. Solutioni, si opus est filtratae, admisce inter agitationem

Natri acetici crystall. *P.* 8,

antea in

Aquae dest. fervidae *P.* 16

solutas. Digere per horam unam, tum sepone per diem loco frigido, ut liquor (a luce semper arcendus) refrigeret. Dein praecipitatum defundendo, filtrando, aquae paululo abluendo separa, inter chartam bibulam premendo, calorem evitando, loco umbroso sicca et tandem in vitris contra lucem munitis serva. Sint crystallula squamiformia candida, argenti instar nitentia, in aqua parum solubilia.

Hydrargyrum amidato-bichloratum.

$HgCl,NH^2Hg,NH^4Cl$. Hydrargyrum ammoniato-muriaticum. Hydrargyrum (Mercurius) praecipitatum album. Praecipitatum album. Hydrargyrum ammoniatum *Ph. Brit.* Chloramidetum hydrargyricum *Ph. Fenn.*

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 8.

Solve in

Aq. dest. calidae *P.* 144.

Solutioni refrigeratae filtrataeque inter agitationem admisce

Liq. Ammoni caust. *P.* 12

vel quantum requiritur, ut Ammonum paululum praevaleat. Praecipitatum collige, ope voluminis duplicis Aquae destillatae frigidae, cui paulum Liquoris Ammoni caustici admixtum est, ablue, tunc loco obscuro sicca et in vasis obturatis a luce remotis asserva. Effic. *P.* 8.

Sint frustula albissima, leni igne non liquescentia, sed plane volatilia. *Ph. Bor., Fenn., Hass., Bad.,* *Wrtb.*

Ph. Hb., Hann., Dan. etc. ℞p. Hydrarg. bichlorati, Ammonii muriatici āā *P.* 1, Aq. destill. *P.* 12. Solutioni instilla Natri carb. soluti q. s., quamdiu praecipitatum albissimum inde producitur, quod aqua frigida, non in excessu affusa, ablutum loco umbroso siccetur.

Hydrargyrum arseniato-jodatum.

Joduretum Arsenii et Hydrargyri. *Jodure d'arsenic et de mercure.*

℞p. Hydrargyri bijodati rubri,
Arsenii jodati āā *P.*

Conterendo misce.

Hydrargyrum bibromatum (corrosivum).

HgBr. Hydrargyrum perbromatum.

℞p. Hydrargyri oxydati rubri *P.* 10.

Solve in

Acidi nitrici puri (pd. spec. 1,200) *P.* 19.

(vel Acidi pd. spec. 1,180 P. 20.)

Solutioni, si opus est, decanthatae, et

Aquae destill. Partibus 20

dilutae adde

Kalii bromati siccati *P.* 11,

antea solutas in

Aquae destill. *P.* 33.

Dein mixtura in balneo vaporis ad siccum evaporet. Residuum in pulverem contritum digere, calore 60—70° Cels. therm., per unam horam in

Spiritus V. rectfss. *P.* 100

et interdum agita. Fluidum adhuc fervidum filtretur et loco frigido per aliquot dies seponatur, ut crystalla concrescant, quae collecta inter strages chartae bibulae siccentur. Lixivium a crystallis separatum cum Spiritu Vini, quo filtrum eluisti, commixtum destillando diminue et in crystalla coge, eaque siccata prioribus adde. Lixivium ultimum rejiciatur. Effic. *P.* 16.

Hydrargyrum bichloratum cum Chinino hydrochlorico.

Hydrargyrum et Chininum chloratum.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.

Solve in

Aquae dest. calidae *P.* 10.

Porro recipe

Chinini hydrochlorici *P.* 2,

quas solve in

Aquae dest. calidae *P.* 20.

Ambo liquores commisceantur et in patinam planam infusi, a luce removendi, seponantur per diem unum. Crystalla exorta dein collige, inter strages bibulae premendo sicca et caute serva.

Hydrargyrum bichloratum cum Morphino hydrochlorico.

$\overset{+}{Mph}$,HCl+4HgCl. Hydrargyrum et Morphium chloratum.

Rp. Morphini hydrochlorici *P.* 20.

Solutis in

Aquae dest. calidae *P.* 120

inter agitandum instilla liquorem calidum, paratum ex

Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 29 et

Aquae dest. fervidae *P.* 200.

Tum mixturam sepone per diem unum loco frigido. Crystalla cum praecipitato collige et premendo inter strages chartae bibulae sicca.

Hydrargyrum bijodatum (rubrum).

HgJ. Hydrargyrum (Mercurius) jodatum rubrum. Hydrargyrum perjodatum.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 8.

Solve in

Aquae dest. calidae *P.* 144.

Liquori filtrato inter continuam agitationem instilla

Kalii jodati *P.* 10,

antea solutas in

Aquae destill. *P.* 32

et filtratas. Praecipitatum inde natum in filtro collige, aqua destillata elue et sicca leni calore. Serva in vitris obturatis. Sit pulvis laete coccineus. Effic. circiter *P.* 12.

Hydrargyrum bromatum (mite s. insolubile).

Hg^2Br.

Rp. Hydrargyri nitrici oxydul. crystall. *P.* 30.

Ad pulverem tritas solve agitando in mixtura frigida, parata ex

Acidi nitrici puri (p. spec. 1,180—1,200) *P.* 4 et

Aquae destill. *P.* 250.

Solutioni filtratae instilla inter agitandum

Kalii bromati *P.* 13,

antea solutas in

Aquae destill. *P.* 100.

Praecipitatum inde ortum loco umbroso filtro ingere, et in eo primum Aqua destillata, tum Spiritu Vini rectificatissimo sedulo ablue. Inter strages chartae bibulae siccatum in lagenis, loco a luce remoto, serva. Effic. fere *P.* 30.

Hydrargyrum chloratum mite praecipitatum.

Hg^2Cl. Calomelas praecipitatum s. via humida praeparatum.

Rp. Hydrargyri depur. *P.* 11.

In lagenam vitream immissis affunde

Acidi nitrici puri (p. spec. 1,180 ad 1,200) *P.* 15,

Aquae destill. *P.* 8.

Sepone per plures dies loco, cujus temperatura 40° Celsiani therm. non excedit, et saepius agita, donec neque vesiculae aëreae in superficie Hydrargyri emergentes, neque diminutio hujus metalli observentur.

Tum liquorem decanthatum dilue

Aquae destill. frigidae *P.* 20

et, si opus est, filtra.

Liquori limpido statim inter agitationem affunde solutionem filtratam, ex

Ammonii chlorati sublimati *P.* 3 et
Aquae destill. *P.* 20

paratam. Praecipitatum exortum Aqua destillata quam celerrime miscendo, sedimentando, decanthando, filtrandoque penitus edulcora, ita ut aqua defluens chartam exploratoriam non amplius afficiat et Liquore Ammoni caustici affuso minime turbetur. Praecipitatum penitus edulcoratum loco umbroso et tepido siccetur. Effic. circ. *P* 9.

Nota. Liquori a praecipitato defuso et filtrato adde tantum Liquoris Ammoni caustici, ut Ammonum aliquantulum praevaleat. Praecipitatum inde exortum edulcora, loco tepido et umbroso sicca; tum serva hac signatura:

Hydrargyrum ammoniato-nitricum.

Effic. fere *P.* 3. Hoc praeparatum substituitur in unguentis venalibus Hydrargyro praecipitato albo. Unguenta alba cum illo praecipitato post aliquod tempus flavescent.

Hydrargyrum chloratum mite sublimatum.

Hg^2Cl. Calomelas.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 4,
Hydrargyri venalis *P.* 3.

In mortario porcellaneo tepefacto una cum aqua terantur, donec Hydrargyrum omnino sit extinctum et globuli metallici non amplius conspiciantur. Massa pulverea in patinam porcellaneam immissa sub divo calore balnei arenae inter agitandum ope bacilli vitrei tamdiu exsiccetur, donec partes aquosae omnino consumptae fuerint et tabulae vitreae ad massam accedenti sublimatum albidum adhaerere incipiat. Massa dein immittatur in phialas ad tertiam partem tantum implendas, quae cono cretaceo clausae balneo arenae circiter ad duos trientes altitudinis usque imponantur. Fiat sublimatio igne sensim augendo. Sublimatione peracta post refrigerationem phialae frangantur, Hydrargyrum et Hydrargyrum bichloratum collis phialarum plerumque adhaerentia cum cura rejiciantur. Quo facto massa sublimata in mortario porcellaneo inter affundendam Aquam destillatam l. a. laevigetur. Pulvis subtilissimus dein (lucem semper evitando) Aqua destillata tamdiu eluatur, donec liquor defluens addito Ammono caustico soluto non amplius turbetur, postremo Spiritu Vini eluatur et siccetur. Serva in ollis a luce remotis. Sit pulvis e subflavido albus, tenuissimus, igne plane avolans. Eff. *P.* 6,6.

Hydrargyrum chloro-bijodatum.

HgJ et HgCl. Hydrargyrum bichlorojodatum. Hydrargyrum bijodatum cum Chlorido Mercurii. *(Bi-)jodure de Chlorure mercurique. Jodochlorure mercurique. Sel de Boutigny.*

℞p Calomelanos praep. *P.* 24,
Jodi puri *P.* 13.

In mortarium lapideum ingestae, dum Spiritus Vini rectificatissimi aliquot guttulis consperguntur, per horam dimidiam conterantur, tum lenissimo calore siccentur. Statim in vitris nigris obturatis serva.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 3,
Hydrargyri bijodati rubri *P.* 5.

Spiritu Vini conspersas misce conterendo.

Hydrargyrum chloro-jodatum.

Hg^2J et 2HgCl. Hydrargyrum jodatum cum Chlorido Mercurii. *Jodure de Chlorure mercurieux.*

℞p. Calomelanos praep. *P.* 47,
Jodi puri *P.* 13.

In mortarium lapideum ingestae, dum Spiritus Vini rectificatissimi aliquot guttulis consperguntur, per horam dimidiam conterantur et tum calore lenissimo siccentur. Serva in vitris obscuratis obturatisque.

Hydrargyrum cum Creta.

Aethiops alcalinus s. cretaceus.

℞p. Hydrargyri dep. *P.* 3,
Cretae albae *P.* 5.

Additis aliquot guttis aquae, ut miscela consistentiam electuarii habeat, perpetuo terantur usque ad perfectam extinctionem Hydrargyri. Sit pulvis griseus, globuli

metallici oculis nudis ne conspiciantur. *Ph. Fenn.*

Ph. Brit. Hydrarg. 1, Cretae 2.

Hydrargyrum cyanatum.

HgCy, Hydrargyrum hydrocyanicum, zooticum. Cyanidum Hydrargyri.

℞. Acidum hydrocyanicum, quod e

Ferro-Kalii cyanati fl. *P.* 21,
Acidi sulphurici *P.* 12,
Aquae destill. *P.* 24

destillando ad siccum obtentum est. In cucurbitam ingestum diligenter conquassetur cum

Hydrargyri oxydati rubri praeparati *P.* 16.

Si odor Acidi hydrocyanici non praevalet, aliquantulum Acidi addetur. Dein liquorem, volumine aequali Aquae destillatae dilutum, calefactum et filtratum evaporando, seponendo refrigerandoque l. a. in crystalla redige.

Sint crystalla alba, in aquae *P.* 8 solubilia. In flamma tubi ferruminatorii sine remanentia diffugiant. Effic. *P.* 17—18.

℞. Coerulei Berolinensis,
Hydrargyri oxydati rubri āā *P.* 5.

In pulverem subtilissimum redactis et mixtis affunde

Aquae dest. fervidae *P.* 50.

Digere inter agitationem per horas duas et coque. Tum filtra liquorem adhuc fervidum et colaturam evaporando refrigerandoque in crystalla coge.

Si Coeruleum Berolinense non satis purum invenis, id antea eluendo Acido hydrochlorico valde diluto et aqua depurandum est.

Hydrargyrum cyanatum et Kalium jodatum.

KaJ,2HgCy. Hydrargyro-Kalium cyanido-jodatum. Kalium jodatum cum Hydrargyro cyanidato. *Cyanhydrargyrate d'iodure de potassium.*

℞. Hydrargyri cyanati *P.* 13.
Solve leni calore in
Aquae destill. *P.* 65.

Liquori calido inter lenem agitationem instilla solutionem fervidam, paratam e

Kalii jodati *P.* 9 et
Aquae destill. *P.* 6.

Tum loco frigido per aliquot dies sepone, dein crystallula exorta (decoloria) collige et premendo inter chartae bibulae strages sicca. Serva in vitris obturatis loco umbroso.

Hydrargyrum depuratum.

Hg.

℞. Hydrargyri venalis *P.* 40,
Liquoris Ferri sesquichlorati (pond. spec. circiter 1,5),
Aquae destill. āā *P.* 1.

In lagenam ingestae fortiter conquassentur, donec Hydrargyrum in formam pulverulentam redactum sit. Tum loco frigido per horas 12—24 repone. Liquido tunc defuso, Hydrargyrum iterum iterumque cum

Acido hydrochlorico,

dein cum

Aqua destillata fervida

optime conquassetur et hoc modo abluatur. Aqua adhaerens postremo chartae bibulae ope separetur.

℞. Hydrarg. venal. filtrati *P.* 40,
Acidi nitrici puri,
Aquae destill. āā *P.* 3.

In lagenam ingestae saepius fortiter agitentur et per tres dies seponantur. Tum Hydrargyrum primum aqua, quae Acidum nitricum continet, tandem aqua pura abluatur et siccetur.

Hydrargyrum ferratum.

℞. Hydrargyri *P.* 1,
Ferri oxydati fusci *P.* 2.

Diligenter conterantur, donec Hydrargyrum exstinctum sit.

Hydrargyrum jodatum (viride s. flavum).

Hg^2J.

℞. Hydrargyri dep. *P.* 8,
Jodi puri *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 1.

In mortarium porcellaneum immissas sub divo assidue contere et interdum Spiritus Vini aliquot guttis consperge, donec miscela colorem e flavo viridem induerit. Tum Spiritu Vini rectificatissimo ablue. Loco tepido umbrosoque postremo exsiccatam miscelam in lagena obturata, adversus lucis accessum munita, asserva.

Hydrargyrum cum Magnesia.

℞p. Aethiopis saccharati *P.* 3,
Magnesiae carbonic. *P.* 2.

Exactissime mixtae aqua eluendo a saccharo liberentur, tum loco tepido siccentur. Asserva in vitris clausis.

Ph. Dubl. Hydrarg. 1, Magnes. carb. 2.

Hydrargyrum nitricum oxydatum solutum.

HgO,NO^5+78Aq. Liquor Hydrargyri nitrici oxydati. Nitras acidus Hydrargyri liquidus. Mercurius nitrosus calore paratus. Liquor Hydrargyri nitrici acidus *Ph. Brit.*

℞p. Hydrarg. oxyd. rubri *P.* 4.

Affunde

Acidi nitrici puri *P.* 7,

aut quantum ad perfectam solutionem requiritur. Tum admisce

Aquae destill. q. s.,

ut pondus liquoris exaequet

Partes 32.

Pond. spec. 1,175—1,185. *Ph. Hann., Sax., Sl. H., Graec.*

Ph. Belg. Hydrarg. 1, Acid. nitrici (p. spec. 1,32) 2. Digere, ut Hydrarg. solvatur, et evapora partem quartam.

Ph. Bat. Hydrarg. oxydati q. s. in Acido nitrico leni calore solve. Pond. spec. liquoris sit 1,658—1,676.

Ph. Suec. Hydrargyri 10 in Acid. nitr. solvantur et evaporent, donec solutionis 27 supersint.

Ph. Brit. Hydrarg. 4, Acid. nitrici (1,5 pd. sp) $3\frac{1}{4}v$ et Aquae $3v$. Sepone calore non adhibito, tum liquor per horae quadrantem ebulliat.

Hydrargyrum nitricum oxydulatum crystallisatum.

Hg^2O,NO^5+2HO.

℞p. Hydrargyri dep. *P.* 10.

In cucurbitam vitream ingestis affunde

Acidi nitrici puri *P.* 10,

tum sepone per dies tres loco frigido. Dein liquor calefiat, donec crystalla orta plane soluta fuerint, quo facto Hydrargyrum a liquore separetur, liquor autem ad crystallisationem seponatur. Si liquor crystalla demittere cessat, guttae nonnullae bacilli vitrei ope eximantur et supra laminam vitream agitatae in liquorem remittantur. Crystalla post aliquot dies exorta in infundibulo vitreo collige et liquore salino deguttato in lagenis vitreis obturatis serva.

Liquor a crystallis defusus ad Hydrargyri oxydati rubri parationem reservetur.

Hydrargyrum nitricum (oxydulatum) solutum.

$Hg^2O,NO^5+2HO(+\frac{1}{3}NO^5)+25Aq$. Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati. Liquor Hydrargyri nitrici. Liquor Bellostii.

℞p. Hydrargyri nitrici oxydulati crystall. *P.* 7.

Solve in liquore, miscendo parato ex

Aquae destill. *P.* 55 et
Acidi nitrici puri *P.* 1.

Filtra, et si opus fuerit, adde tantum Aquae destillatae ut pondus liquoris specificum sit =1,100. Serva in vase bene clauso. Sit limpidus et ab Hydrargyro nitrico oxydato liber. *Ph. Bor., Bav., Wrtb., Bad., Hann., Hb., Dan., (Norv.), Graec., (Sl. H.), (Fenn.), Hass.*

Ph. Belg. Hydr. n. oxydul. cryst. 10, Acid. nitr. 2, Aq. 88.

Ph. Norv. Hydr. n. oxydul. cryst. 60, Acid. nitr. 19, Aq. 482.

Hydrargyrum oxydatum rubrum.

HgO. Hydrargyrum praecipitatum rubrum.

℞p. Hydrargyri depurati *P.* 12.

In cucurbitam vitream immissas solve leni calore in

Acidi nitrici puri *P.* 18.

Liquor in patinam porcellaneam immissus ad siccum evaporet. Massa salina residua conterendo commisceatur cum

Hydrargyri depurati *P.* 10,

ita ut extinctio Hydrargyri perfecta sit. Dein massam in cucurbitam vitream injice et calore balnei arenae calefac, quamdiu vapores rutilantes evadunt. Post hoc cucurbita statim ex balneo exemta, massae fere refrigeratae affunde

Liquoris Kali caustici,
Aquae destillatae 20plici volumine diluti,

quantitatem sufficientem, sepone et saepius agita. Tandem massam rubram aqua calida perfecte ablue et in pulverem subtilissimum redige, quem leni calore siccatum in vasis clausis a luce remotis asserva.

Oxydum hydrargyricum *Ph. Fenn.*

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 24.

Liquori filtrato inter agitationem instilla

Natri caustici soluti q. s.

ut paulum praevaleat. Sedimentum cum liquore digere, usquedum colorem duxerit luteum, postremo collige, aqua ablue, quamdiu haec Chlori vestigium ostendit. Loco tepido siccatum serva in vitro non pellucido. *(Ph. Fenn.)*

Hydrargyrum oxydulatum nitricum ammoniacatum.

Mercurius solubilis Hahnemanni. Hydrargyrum oxydulatum nigrum *Ph. Bor. vet., Bav., Dan., Fenn.* Mercurius praecipitatus niger. Hydrargyrum oxydulatum Hahnemanni. Oxydum hydrargyrosum *Ph. Fenn.*

℞p. Ammoni caustici soluti *P.* 1,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 12.

Mixtis inter continuam agitationem instilla

Hydrargyri nitrici oxydulati soluti, recens parati

P. 18 vel tantum, ut mixtio fiat acidula. Praecipitatum exortum, a luce semper prohibendum, in filtro colligatur, Spiritus V. rectificati parva copia abluatur, et inter strages chartae bibulae pressum loco umbroso, calorem evitando, siccetur. Contritum in vitris a luce remotis servetur. Sit pulvis nigerrimus.

Mercurius cinereus Blackii

simili modo paretur, nisi quod loco Ammoni caustici soluti et Spiritus Vini sumatur Ammoni carbonici *P.* 1 in Aquae destill. *P.* 10 soluta.

Mercurius cinereus Saunderi

paretur conterendo Calomelas cum Ammoni caustici soluti quantitate decupla et abluendo sedimentum siccandoque.

Hydrargyrum oxydulatum purum.

Hg^2O. Hydrargyrum oxydulatum nigrum purum.

℞p. Liquoris Hydrargyri nitrici oxydulati, recens parati, q. v.

Inter agitationem instilla

Natri vel Kali caustici soluti q. s.,

ut alkali praevaleat. Praecipitatum in filtro collige, aqua ablue et lenissimo calore (pressione evitata) sicca et in lagenis obturatis serva.

Hydrargyrum phosphoricum oxydatum.

$2HgO,HO,PO^5$. Mercurius phosphoratus Fuchsii.

℞p. Hydrarg. oxydati rubr. *P.* 21.

Solve digerendo in

Acidi nitrici puri *P.* 41.

Solutioni admisce

Natri phosphorici crystall. *P.* 36,

antea in

Aquae destill. *P.* 144

solutas. Sepone per aliquot horas. Tum praecipitatum exortum decanthando, filtrando et aqua eluendo separa et loco tepido sicca. Effic. circiter *P.* 27.

Hydrargyrum phosphoricum (oxydulatum).

$2Hg^2O,HO,PO^5+HO$. Mercurius phosphoratus Schäferi.

℞p. Hydrargyri nitrici oxydulati crystallisati *P.* 8.

Solve agitando in

Aquae destill. *P.* 64 et
Acidi nitrici puri *P.* 1.

Solutioni limpidae (filtratae) admisce

Natri phosphorici crystall. *P.* 6,

antea solutas in

Aquae destill. *P.* 24.

Praecipitatum inde exortum sedulo ablue, donec aqua defluens chartam exploratoriam non mutet. Tum loco umbroso tepidoque sicca et in lagenis, a luce remotis, obturatis serva. Effic. *P.* 6—7.

Hydrargyrum santonicum (oxydulatum).

Santoninquecksilber.

Rp. Hydrargyri nitrici oxydul. crystall. *P.* 5.

In pulverem subtilissimum redactae immittantur in liquorem, paratum e

Natri santonici *P.* 6 et
Aquae destill. *P.* 60.

Sepone per diem unum et saepius agita. Praecipitatum exortum collige, aqua frigida ablue, primum premendo inter chartae bibulae strages, dein loco tepido sicca. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis. Sit pulvis crystallinus albidus.

Hydrargyrum stibiato-sulphuratum.

Hydrargyrum et Stibium sulphuratum. Aethiops antimonialis. Hydrargyrum antimoniato-sulphuratum.

Rp. Hydrarg. sulphurati nigri,
Stibii sulphurati nigri ãa *P.*

M. Sit pulvis subtilissimus e griseo niger.

Ph. Fenn. Sulphur. 2, Stib. sulph. nigri 3, Hydrarg. 4.

Ph. Dan. Stib. sulph. nigri 2, Hydrarg. 1.

Hydrargyrum sulphuratum nigrum.

Aethiops mineralis s. mercurialis.

Rp. Hydrargyri dep.,
Sulphuris praecip. ãa *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 5,
Ammonii sulphurati soluti *P.* 1.

In lagenam (capacitatis circiter 15—20 *P.*), embolo suberino muniendam, immissae saepius fortiter conquassentur, donec Hydrargyrum arte armato oculo plane disparuerit. Tum miscelam in filtro collige, aqua ablue et loco tepido sicca.

Nota. Aethiops narcoticus, Pulvis hypnoticus Kielii, Aethiops mineralis praecipitatus est Hg^2S, effectus inducendo Gas Acidi hydrosulphurici in solutionem acidulam Hydrargyri nitrici oxydulati.

Hydrargyrum sulphuratum rubrum.

Cinnabaris facticia. Zinnober.

Rp. Hydrarg. depurati *P.* 10.

In lagenam validam amplam immissis adjice

Sulphur. sublimati loti *P.* 4,
Kali caustici soluti, pond. spec. 1,154, *P.* 26.

Lagena obturata, saepius fortiter agita, donec globuli Hydrargyri plane evanuerint. Tum sepone loco tepido, saepius agitando et interdum lagenae epistomium relaxando, donec sedimentum colorem coccineum adeptum erit. Dein sepone loco frigido per aliquot hebdomades et, liquore limpido supernatante partim decanthato, affunde sedimento liquorem filtratum, solvendo paratum e

Kali carbonici *P.* 2 et
Aquae destill. *P.* 4.

Denuo, lagena clausa, sepone per hebdomadem loco tepido et saepius fortiter agita. Tandem sedimentum collige, aqua bene ablue, leni calore sicca et in pulverem triturando redige Effic *P.* 11.

Liquores ad siccum redigantur, *P.* 3 residui cum Sulphuris *P.* 1 commixtae et liquatae praebent Kalium sulph. ad baln.

Hydrargyrum sulphuricum basicum.

$3HgO,SO^3$. Turpethum minerale. Mercurius praecipitatus flavus.

Rp. Hydrargyri dep. *P.* 18,
Acidi sulphurici concentr. *P.* 10,
Acidi nitrici puri *P.* 12.

In cucurbitam, balneo arenae impositam, caute ingestas digere, quamdiu vapores e fusco citrini evadunt. Tum massam in catinum porcellaneum immitte et leni igne inter assiduam agitationem sub divo ad siccum evapora. Massam residuam, in pulverem contritam, inter agitationem paulatim ingere

Aquae fervidae decuplo.

Praecipitatum inde ortum decanthando, filtrando eluendoque separetur et loco tepido siccetur.

Hydrargyrum tartaricum.

$Hg^2O,\bar{T}$. *Proto-Tartrate de Mercure.*

Paretur aequali modo, quo Hydrargyrum phosphoricum oxydulatum, eo quidem discrimine, ut loco Natri phosphorici

Kali tartarici cryst. *P.* 3¼

sumantur. Hydrargyrum tartaricum semper a luce removendum est. Effic. circiter *P.* 7.

Nota. Mercurius tartarisatus s. Aethiops tartarisatus est mixtio Hydrargyri *P.* 1 cum Tartari depurati *P.* 2, in qua globuli Hydrargyri non amplius conspiciuntur.

Hydrogenium hyperoxydatum solutum.

Wasserstoffsuperoxydlösung.

℞. Barytae causticae siccae *P.* 1,
Kali chlorici *P.* 4.

Conterendo exacte mixtae sensim ingerantur in crucibulum Hassiacum vel porcellaneum candescens, dein eodem calore liquentur. Massa in laminam lapideam effusa et post refrigerationem contrita aqua eluatur, dein loco tepido siccetur.

Hujus pulveris subtilissimi, qui in centenis partibus continet *P.* 60 ad 65 Baryi hyperoxydati, parvae quantitates sensim immittantur in Aquam destillatam frigidam, dum Gas Acidi carbonici per eandem transducitur. Sedimento filtratione separato, liquorem ope antliae pneumaticae aut supra Acidum sulphuricum concentrare potes, si poscitur. Serva in lagenis obturatis loco frigidiore.

Hydromel Infantum.

℞. Infusi Sennae compositi *P.* 3,
Syrupi Mannae vel Sennae *P.* 1.

M. (*Ph. Austr.*)

Hydromel simplex.

℞. Mellis despumati *P.* 1,
Aquae *P.* 12.

M.

Idiatonum.

Judaeatonum. Idiaton.

℞. Terebinth. Venet. *P.* 1,
Spirit. Ammoni caust. Dzondii *P.* 10,
Olei Caryophyll *P.* 2.

M. (Odontalgicum.)

Illinimenta et Pigmenta.

Ceramentum ad tabulata inducenda.

Bohnerwachs. Bohnwachs.

℞. Cerae flavae *P.* 8,
Aquae *P.* 40.

In lebetem ferreum ingestas calefac, donec cera liquata sit. Tum adde solutionem filtratam ex

Aquae *P.* 12 et
Kali carbonici *P.* 4

paratam. Mixtioni recoctae adde

Orleanae *P.* $1/2$—1,

antea in Spiritu Vini rectificati solutam. Conf. etiam Vernices.

℞. Cerae flavae *P.* 5,
Paraffini *P.* 2,
Acidi stearinici *P.* 10.

Leni calore colliquatis immisce quantitatem sufficientem

Terrae de Siena ustae,

antea subtilissime praeparatae, conterendo cum

Vernisii Lini q. s.

Mixtione peracta sensim immisce (vase ab igne remoto)

Olei Terebinthinae,
Benzoni āā *P.* 5.

Mixtura agitata, exhibita calore balnei aquae liquida, ope scoparum setacearum tabulato exsiccato infricatur. Illinimentum indurescens scoparum setacearum ope poliendum est.

Illinimentum et Vernix ad tabulata.

℞. Terrae de Siena ustae,
Rubri ferrici vel Ochrae ustae āā *P.* 2.

Subtilissime pulveratae ope aquae, quae affunditur, terendo ad pultem tenerrimam redigantur, quam immisceas liquori calido, solvendo parato e

Glutinis fabrilis *P* 3 et
Aquae pluvialis *P.* 30.

Mixturam agitatam calidam tabulato tenuiter illine. Illinimento perfecte siccato vernix haec adhibeatur:

*R*p. Laccae in tabulis *P.* 10,
Terebinthinae Venetae,
Sanguinis Draconis pulv.
aa *P.* 1,
Spirit. Vini alcoholisati
(pd. spec. 0,800—0,805)
P. 60.

In lagenam immissae loco tepido stent et saepius agitentur, tum refrigeratae filtrentur.

Ceramentum calceariun.

Atramentum ad calceos. Coriamentum. Schuhwichse Wichse.

Rp. Eboris usti *P.* 16,
Olei Piscium *P.* 2,
Syrupi communis *P.* 8,
Aquae *P.* 48,
Acidi sulphurici Angl. *P.* 3,
Acidi muriat. cr. *P.* 2,
Ferri sulphurici *P.* 1.

M.

Rp. Eboris usti *P.* 18,
Syrupi Betae crudi *P.* 12,
Aquae *P.* 8.

Mixtis adde

Acidi muriat. crud. *P.* 2,
Acidi sulphurici Angl. *P.* 3,
Acidi oleïnici *P.* 2.

Rp. Eboris usti *P.* 45,
Olei Raparum *P.* 5,
Syrupi Sacchari *P.* 15,
Mucilag. G. Arabici,
Acidi sulphur. Angl.,
Aquae aa *P.* 10,
Atramenti alizarinici *P.* 16.

M.

Ceramentum calcearium optimum.

Rp. Pulveris ad Coriamentum
q. v.
Liquoris ad Coriamentum
q. s.,

ut fiat puls tenuior. Mixtio ad usum per aliquot dies tantum servetur. Recens parata praebet illinimentum nitidissimum.

Pulvis ad coriamentum.

Rp. Gallarum optimar. *P.* 10.

Contusis affunde

Aquae communis *P.* 100.

Coque per horam dimidiam et cola. Colaturam evaporando ad remanentes *P.* 60 redactam, adhuc calidam, commisce cum

Catechu pulverati *P.* 5,
Gummi Arabici *P.* 15,
Sacchari farinacei,
Extracti Ligni Campechiani
venalis aa *P.* 10,
Syrupi communis *P.* 30.

Post digestionem immisce

Eboris usti q. s.,

ut fiat pasta densior, quae siccata ad pulverem redigatur. Servetur ad coriamenti parationem.

Liquor ad Coriamentum.

Rp. Ferri sulphurici crudi *P.* 20,
Acidi sulphurici Angl. *P.* 15,
Acidi muriatici crudi *P.* 10,
Aceti crudi *P* 150,
Aquae *P.* 50.

Immitte in lagenam et agita.

Cerament. calcearium fluidum.

Rp Eboris usti opt. *P.* 40,
Fuliginis e taeda ustae *P.* 5,
Sacchari farinacei *P.* 10,
Gummi Arab. *P.* 15.

Exactissime terendo mixtis adde

Olei Raparum *P.* 5.

Mixtas contere cum

Acidi sulphurici Angl *P.* 10,

antea dilutis

Atramenti alizarinici *P.* 150.

Ad usum agitandum est. Si hoc ceramentum odorare vis, adde

Aquae Coloniensis *P.* 4,
Olei Bergamottae *P.* 1/4.

Cerament. calcearium cum Resina elastica.

Rp. Resinae elasticae minutim
concisae *P.* 1.
Olei Raparum *P.* 9.

Coque inter agitationem, donec Resina soluta sit. Tum admisce

Eboris usti *P.* 50,
Fuliginis ustae *P.* 5,
Syrupi *P.* 40,
Gummi Arab. *P.* 3,
Acidi sulphur. Angl. *P.* 12,
Aceti crudi *P.* 180—200.

Ceratura militaris.

Putzzeug für Soldaten. Lederwichse.

Rp. Cerae albae *P.* 1,
Cerae Japonicae *P.* 2.
Solve agitando macerandoque in
Aetheris *P.* 6,
Olei Terebinth. *P.* 1.
Tum admisce
Spirit. Vini rectfss. *P.* 12.
Asserva in lagenis obturatis. Mixtura agitata dispensetur.

Oblinimentum Finnicum.

Finnischer Anstrich für Holz.

Parentur tres miscelae hae:

I.

Rp. Colophonii *P.* 3,
Olei Piscium vel
Adipis Balaenae *P.* 20.
Liquando misce.

II.

Rp. Farinae secalinae *P.* 10,
Aquae frigidae *P.* 30.
Misce, ut fiat puls.

III.

Rp. Vitrioli Zinci *P.* 4,
Aquae fervidae *P.* 90.
Miscela II. et miscela III. assidua agitatione commisceantur, deinde miscela I paulatim inter agitationem addatur, ut fiat fluidum aequabile. Tum adde materias colorantes terrenas (velut Bolum, Ochram).

Oblinimentum lactarium ad lignum et lapidem arenarium.

Milchfarbenanstrich für Holz und Sandstein.

Rp. Calcariae ustae *P.* 1.
Superinfunde
Lactis vaccini *P.* 4.
Sepone per diem unum et noctem. Pultem ad usum
Lactis quantitate suff.
dilue.
Pigmenta (velut Ultramarinum, Ochram) antea cum lacte contrita admisceas. Haec miscela bis terve penicilli ope inducatur. Si in ea glebulae sunt, per cribrum terendo transmittatur.

Nota. Hoc oblinimentum stabile et firmissimum commendatur.

Oblinimentum zincicum ad lignum, lapides, muros, aedificia.

Rp. Glutinis fabrilis *P.* 30.
Solve in
Aquae fervidae *P.* 300.
Tum admisce
Cerussae zincicae (Zinkweiß) *P.* 300,
antea cum
Aquae calidae q. s.
ad pultem tenerrimam redactas, et
Pigmenti cum aqua terendo mixti q. s.,
Hoc liquore calido illitus alter alterque efficiatur. Quo siccato inducatur mixtura hac tepefacta.

Rp. Acidi muriatici crudi *P.* 150,
Aquae communis *P.* 50.
Mixtis inter agitandum injice
Cerussae zincicae tantum,
quantum solvitur et aliquod non solutum remaneat. Dein admisce liquori paulum calefacto
Glutinis fabrilis *P.* 20,
antea solutas in
Aquae fervidae *P.* 100.

Nota. Illitus secundus praebet priori nitorem. Ad oblinimenta, quae humiditati et imbribus non superfunduntur, glutinis quantitatem paulo deminuere potes.

Oblinimentum aereum s. cupricum.

Rp. Cupri metallici, methodo galvanica praecipitati et ad pulverem subtilissimum triti *P.* 1.
Commisce vernice hac, parata e
Colophonii *P.* 10,

Vernicis Lini *P.* 20,
Asphalti *P.* 2,
Benzini *P.* 15.

Patina.

Unctio brunescens ad vasa, statuas etc. cupreas.

Patina antiqua s. Robigo s. Aerugo nobilis artificiosa.

℞p. Ammoni chlorati *P.* 1,
Tartari dep *P.* 3,
Natrii chlorati *P.* 4,
Aquae fervidae *P.* 15,
Cupri nitrici *P.* 5.

Mixtae ope penicilli vel spongiae aeri, in loco humido collocato, iterum iterumque illinantur. Unctione siccata, aes calefiat et ei cera liquescens ope scoparum setacearum rigidarum infricetur.

℞p. Ammonii chlorati *P.* 9,
Kali bioxalici *P.* 2,
Aceti crudi *P.* 200.

M. et solve. Aequali modo adhibetur.

Patina bruneo-rubra.

℞p. Colcotharis Vitrioli q. v.
Aquae q. s.

Misce, fiat puls, qua cuprum vel aes obducatur. Unctione siccata, cuprum calefiat et defricetur.

Pigmenta ad formas signatorias.

Stempelfarben.

℞p. Caerulei Berolinensis,
Fuliginis e taeda ustae āā *P.*
Olei ex ungula taurina q. s.

Conterendo optime misceantur.

℞p. Caerulei Berolin. *P.* 3,
Fuliginis e taeda ustae *P.* 1.
Glycerini q. s.
Mucilaginis Gummi Arabici *P.* 2.

Conterendo optime misceantur.

℞p. Cinnabaris praep.,
Minii praep. āā *P.*
Glycerini q. s.
Gummi Arab. q. s.

Conterendo optime misceantur.

Pigmentum cupricum viride.

Cuprum oxydatum resinatum.

℞p. Colophonii pulv. *P.* 15,
Aquae fervidae *P.* 18.

In lebetem cupreum immissis inter ebullitionem paulatim adde

Natri carbonici *P.* 2,

antea in

Aquae *P.* 5

solutas, aut tantum salis ejusdem, donec Colophonium solutum sit.

Liquori, quem adhuc calidum coles, affunde solutionem colatam e

Cupri sulphurici cryst. *P.* $1^3/_4$ et
Aquae fervidae *P.* 10

paratam. Praecipitatum inde exortum aqua frigida edulcoretur et lenissimo calore siccetur.

Usus. Cum vernice pingui aut spirituosa, aut Oleo Terebinthinae commixtum adhibeatur.

Pigmentum viride sine Arseno.

℞p. Cupri sulphurici cryst. *P.* 100,
Kali bichromici *P.* 5.

Solve in

Aquae fervidae *P.* 800.

Tum paulatim inter agitationem adde

Kali carbonici crudi *P.* 60,

antea in

Aquae *P.* 100

solutas, et

Cretae praep. *P.* 10.

Praecipitatum exortum exprime, sicca et in pulverem redige.

℞p. Cupri sulphurici a Ferro plane liberi *P.* 1.

Solve in

Aquae fontanae *P.* 25.

Liquori ad ebullitionem calefacto injice inter agitationem

Cretae praeparatae *P.* 2.

Digere per horam unam, dein sedimentum separa, ablue et sicca.

℞p. Kali bichromici *P.* 4.

Solve in

Aquae fervidae *P.* 40.

Dein in vas valde amplum immissis admisce agitando

Calcariae phosphoricae neutralis *P.* 12,
Sacchari farinacei *P.* 5.

Sepone, interdum agitando, donec effervescentia cessaverit. Tum sedimentum, liquore decanthato, collige, aqua frigida ablue et loco tepido sicca.

Rp. Coerulei Berolinensis *P.* 5,
Plumbi chromici *P.* 40—50.

M. f. pulvis subtilissimus.

Infusa

substantiarum non narcoticarum.

1. Infusum (simplex) paretur e specierum *P.* 1 et Aquae q. s. — Colaturae *P.* 8.
2. Infusum concentratum paretur e specierum *P.* 1½ et Aquae q. s. Colaturae *P.* 8.
3. Infusum concentratissimum paretur e specierum *P.* 2 et Aquae q. s. Colaturae *P.* 8.

Nota. Ubi ponderis medicinalis partitio decimalis est, colaturae sint Partes 10.

Nota. Infusa herbarum narcoticarum parentur e specierum *P.* 1 et Aquae q. s. Colaturae *P.* 100—120.

Infusa (varia) *Ph. Brit.*

Infusum Angusturae s. Cuspariae *Ph. Brit.*

Rp. Cort. Angusturae gr. modo pulv. 1,
Aquae calidae (50°C.) *P.* 20*v*.

Sepone per horas duas, dein cola.

Infusum Anthemidis s. Chamomillae Romanae *Ph. Brit.*

Rp. Flor. Cham. Rom. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 20*v*.

Stent per horae quadrantem, tum colentur.

Aequali modo parentur:

Infusum Aurantii cort.
— Bucco fol. (Stet per 1 horam.)
— Columbo. (Stet per 1 horam.)
— Chinae reg. (Stet per 1 horam.)
— Lupuli strob.
Stet p. 2 horas.
— Maticae fol. s. Matico.
Stet p. ½ horam.
— Senegae.
Stet p. 1 horam.
Infusum Serpentariae.
Stet p. 2 horas.
— Uvae ursi fol.
Stet p. 2 horas.

Infusum Caryophyllorum *Ph. Brit.*

Rp. Caryoph. aromat. cont. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 40*v*.

Stent per horam unam, dein colentur.

Aequali modo parentur:

Infusum Rhei,
— Ergotae s. Secalis cornuti,
— Valerianae.

Infusum Cascarillae *Ph. Brit.*

Rp. Cort. Cascarillae gr. modo pulv. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 10*v*.

Stent per horam unam, dein colentur.

Aequali modo paretur

Infusum Dulcamarae.

Infusum Aurantii compositum.

Infusum Aurantii *Ph. Edinb. Compound infusion of Orange.*

Rp. Cort. Aurant. expulp. sicc. *P.* 4,
— Citri recent. *P.* 2,
Caryophyllorum,
Cass. cinnam. aa *P.* 1,
Aquae fervidae q. s.

Macera per aliquot horas et cola. Colaturae sint *P.* 160. *(Ph. Lond.)*

Infusum Catechu compositum.

Infusum Catechu *Ph. Edinb., Brit. Compound infusion of Catechu.*

Rp. Catechu pulv. *P.* 5,
Cass. cinnam. *P.* 1,

Aquae fervidae *P.* 160*v.*
Macera per unam horam et cola. *Ph. Brit.*

Infusum Chinae *Ph. Fenn.*

I.

Infus. Chinae calidum *Ph. Fenn.*

℞p. Corticis Chinae reg. gr. modo pulv. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 9.
Sepone per horas tres et cola.

II.

Infus. Chinae frigidum *Ph. Fenn.*

℞p. Corticis Chinae reg. gr. modo pulv. *P.* 1,
Aquae frigidae *P* 9.
Macera per horas 24, exprime et filtra.

Infusum Chinae compositum.

℞p. Cort. Chinae gr. plv. *P.* 8,
Mixt. sulphuric. acid. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 160.
Macera per aliquot horas et cola. *Ph. Americ.*

Infusum Chiratae *Ph. Brit.*

Infusum Chiraytae s. Chirettae.

℞p. Herbae Opheliae Chiratae *P.* 1,
Aquae calidae (50° C.) 40*v.*
Stent per horam unam, tum colentur.

Infusum Digitalis.

(Formula magist. Berolin.)

℞p. Folior. Digitalis sicc. *P.* 1.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 128.
Digere per horam dimidiam.
Colaturae *P.* 120
adde
Syrupi Sacchari *P.* 24.
Loco partium scrupuli sumti praebent portionem dispensandam.

Ph. Brit. Fol. Digital. 1, Aq. ferv. 160*v.* Stent per horam unam, dein colentur. *Ph. Lond.* Fol. Digital. 1, Spirit. Cinnamomi 4, Aq. dest. fervid. 160. — *Ph. Edinb.* 1—8—72. — *Ph. Dubl.* Fol. Dig. 1, Aq. 72. — *Ph. Suec.* 1—64.

Infusum Digitalis concentratum.

(Ad recepturam.)

℞p. Folior. Digitalis sicc. *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 72.
Digerantur calore balnei vaporis per horas duas et agitentur. Dein exprimendo cola et post refrigerationem filtra.
Colaturae admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 12 et
Aquae destill. q. s.,
ut pondus mixtionis exaequet
Partes 80.
Serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

Nota. Partes 20 infusi continent solubile ex Parte 1 Foliorum Digitalis.

Infusum Gentianae compositum *Ph. Brit.*

℞p. Rad. Gentianae *P.* 4,
Cort. Aurantiorum,
Fruct. Coriandri ãa *P.* 1.
Contusis concisisque affunde
Spirit. V. rectfss. *P.* 8*v*,
Aquae frigidae *P.* 32*v.*
Stent per horas duas, dein colentur.

Infusum Ipecacuanhae compositum *Ph. Hann.*

℞p. Rad. Ipecacuanhae gr. modo pulv. Scrup. 4,
Cort. Aurant. Drachm. 2,
Tartari dep. pulv. Gran. 48.
Superinfunde
Aquae dest. fervid. q. s.,
ut colaturae sint Unciae 3½, quibus admisce
Oxymellis scillitici Unc. ½.

Infusum Ipecacuanhae concentratum.

(Ad recepturam.)

℞p. Radicis Ipecacuanhae cont. *P.* 4,
Aquae communis *P.* 72.
Digerantur in balneo vaporis per horam unam et agitentur. Refrigeratis admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 12 et
Aquae destill. q. s.
ad replendas *P.* 80. Dein sepone per

biduum, decantha et filtra. Serva in lagenis obturatis.

Nota. Partes 20 infusi continent solubile e Parte 1 Radicis Ipecacuanhae.

Infusum Juglandis compositum (Schwediaurii).

Rp. Folior. Jugland. regiae sicc.,
Corticis Juglandis reg. nuc. sicc. aa *P.* 10.

Affunde

Aquae fervidae q. s.

et digere. In

Colaturae *P.* 480

solve

Calcii chlorati *P.* 7 1/2.

Usus. Ad balnea.

Infusum Kusso *Ph. Brit.*

Infus. flor. Brayerae anthelminthicae.

Rp. Florum Kusso grosso modo pulv. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 16*v.*

Stent per horae quadrantem, tum colentur.

Infusum laxans.

(Formula magist. Berolin.)

Rp. Folior. Sennae conc. *P.* 1.

Superinfunde

Aquae fervidae q. s.,

ut colaturae sint *P.* 9, in quibus solvantur

Natri sulphur. cryst. *P.* 2.

Dein admisce

Syrupi Sacchari *P.* 1.

Loco partium singularum sumatur Uncia dimidia, ut portio dispensanda obtineatur

Infusum laxativum

Ph. paup. Hufelandi.

Rp. Folior. Sennae *P.* 2.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 32.

Digere per horam dimidiam. In

Colaturae *P.* 28

solve

Natri sulphurici cryst. et
Mannae Calabr. aa *P.* 4.

Paretur, quoties usus poscit.

Infusum Lini *Ph. Brit.*

Rp. Seminis Lini *P.* 5,
Rad. Liquirit. *P.* 2,
Aquae fervidae *P.* 160*v.*

Stent per horas quatuor, dein colentur.

Infusum Quassiae ligni *Ph. Brit.*

Rp. Ligni Quassiae rasp. *P.* 1,
Aquae frigid. *P.* 80*v.*

Stent per horam dimidiam, dein colentur.

Infusum Rhei *Ph. Bav.*

Rp. Rad. Rhei inc. *P.* 1.
Aquae fervent. *P.* 12.

Stent per horae quadrantem, tum colentur.

Infusum Rosarum acidulum.

Infusum Rosarum comp.

Rp. Flor. Rosar. Gall. *P.* 4,
Aquae fervid. *P.* 312,
Acidi sulphur. dilut. *P.* 3.

Stent per horam dimidiam. In colatura solve

Sacchari albi *P.* 12.

Ph. Suec. (*Ph Brit.* 1—40—4).

Infusum Scillae concentratum.

(*Ad recepturam.*)

Paretur e Bulbo Scillae siccato aequali modo quo Infusum Digitalis concentratum.

Infusum Senegae comp.

Ph. Dan.

Rp. Rad. Senegae *P.* 6,
Aquae fervidae *P.* 56.

Digere per horae quadrantem. Colaturae adde

Kali nitrici *P.* 1,
Syrupi Althaeae,
Oxymell. Scillae aa *P.* 4.

Infusum Sennae *Ph. Brit.*

Rp. Fol. Sennae *P.* 8,
Rad. Zingib. conc. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 160*v.*

Stent per horam unam, tum colentur.
Ph. Fenn. Fol. Senn. *P.* 1, Aq. tepid. 8. Macera per horam unam.

Infusum Sennae compositum.

Infusum laxativum (Viennense) Aqua laxativa. *Apozème purgatif. Médècine noire.* Wiener Tränkchen.

Rp. Fol. Sennae inc. *P.* 2.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 12.
Sepone per horam dimidiam, saepius agitando, dein exprime. In colatura solve
Natro-Kali tartarici *P.* 2,
Mannae *P.* 3.
Postremo cola. Colatura exaequet *P.* 15. *Ph. Bor.*

Rp. Fol. Sennae inc. *P.* 2.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 16.
Sepone per semihoram, exprime et in colatura *P.* 14 solve
Natro-Kali tartarici *P.* 2,
Mannae *P.* 3.
Tum cola. *Ph. Bor. vet., Bad., Hass.*

Ph. Hb. F. Senn. 12. Aq. fervid. q. s. In colatur. 96 solve Tart. natronat. 6, Mann. 18

Ph. Sl. H. F. Senn. 12, Passul. min. 6, Sem. Coriandri 2. Colat. 96. Mann. 32, Tart. natr. 8.

Ph. Bav., Wrtb. F. Senn. 4, Sem. Coriandri $\frac{1}{3}$, Mann. 8, Tart. natr. 4. Colat. 32.

Ph. Belg. Infusum Sennae cum Manna. Fol. Senn. 10. Aq. ferv. q. s. Mann. 20, Spirit carminat. Sylvii *P.* 1. Colat. 100.

Ph. Norv. F. Senn. 8, Tart. dep. 3, Aq. 96. Coque. Colat. 60. Mann. 20.

Ph. Fenn. F. Senn. 3, Sem. Coriandri $\frac{1}{3}$, Kali tartarici $1\frac{1}{2}$, Mannae canell. 8. Colaturae 32.

Ph. Austr., (Graec.). F. Senn. 6, Aq. ferv. 48. Colat. Mann. 8.

Ph. Hann. F. Senn. 3, Pass. minor. $1\frac{1}{2}$, Tart. dep $\frac{1}{2}$, Sem. Coriandri $\frac{1}{4}$, Aq. tepid. 34. Colat. Mann. 8.

Ph. Dan. F. Senn. 12, Passul. min. 6, Sem. Coriandri cont. 2, Aq. ferv. q. s. Digere per horam unam. In Colat. 112 solve Mannae 40, Kali tart. 5.

Ph. Suec. F. Senn. 1, Pass. minor. $\frac{1}{2}$, Sem. Coriandri $\frac{1}{6}$, Tart. dep et Mann. $\widehat{aa}$ $1\frac{5}{12}$.

Ph. milit. Bor. F. Senn. 2, Aq. ferv. 32. Colat. Natr. sulphuric. 6, Syr. comm. 4.

Ph. milit. Austr. F. Senn. 4, Aq. ferv., Mann. 6, Colat. 32.

Infusum Sennae compositum *Ph. Bor. milit.* ex tempore parandum.

Rp. Folior. Sennae *P.* 10.
Infunde
Aquae fervent. q. s.
Colaturae admisce
Syrupi communis *P.* 20.
Liquor seponendo decanthandoque depuratus calore balnei aquae evaporando ad partes 25 remanentes redigatur. Signetur: Pars una syrupi hujus commixta partibus septem solutionis Natri sulphurici, cujus partes centenae continent partes 16,66 Natri sulphurici crystallisati, praebet Infus. Sennae comp. *Ph. mil. Bor.* (Drachm. 5 Syrupi commixtae cum Drachm. 35 Natri sulph. soluti praebent portionem dispensandam).

Infusum Sennae compositum inspissatum.

(Ad recepturam.)

Rp. Foliorum Sennae *P.* 18.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 180.
Digere per horas tres. Tum exprimendo cola. In colatura solve digerendo
Natri carbonici dep. cryst. *P.* 9.
Solutioni fervidae paulatim adde inter agitationem
Kali bitartarici pulv. *P.* 12,
aut q. s., ita tamen, ut Natrum aliquantulum praevaleat Tum porro in liquore solve
Mannae Calabrinae *P.* 24,
Sacchari albi *P.* 3.
Solutionem per biduum loco frigido sepone. Tum decantha, cola et liquorem limpidum calore balnei vaporis inspissa, ita ut
Partes 50
resideant. Serva in vasis porcellaneis.

Nota. Partes 3 hujus infusi inspissati, solutae in Aquae destillatae Partibus 5 praebent Partes 8 Infusi Sennae compositi Pharmacopoeae Borussicae Ed. VII.

Rp. Folior. Sennae *P.* 12.
Affunde

Aquae fervidae *P.* 120.

Macera per horam unam, tum exprimendo cola. In colatura solve

Natri carbonici dep. cryst. *P.* 3.

Solutioni calidae paulatim inter agitationem admisce

Kali bitartarici *P.* 4,

aut q. s., ut Natrum paululum praevaleat. Dein in liquore solve

Mannae Calabrinae *P.* 18.

Solutionem per biduum loco frigido sepone, tum decanthatam et colatam inspissa, ita ut

Partes 30

resideant.

Nota. Pars 1 hujus infusi inspissati soluta in Aquae destillatae *P.* 3 praebet Partes 4 Infusi Sennae compositi Codicis medicamentarii Hamburgensis.

Infusum Sennae regale.

Ptisana regalis. *Tisane royale.*

℞p. Natri sulphurici,
Fol. Sennae āā *P.* 16,
Sem. Anisi,
— Coriandri āā *P.* 4,
Fruct. Citri rec. *P.* 20,
Aq. frigidae *P.* 1000.

Macerentur per 24 horas et interdum agitentur. Cola et filtra. *(Ph. Gall.)*

Infusum Sennae salinum.

℞p. Fol. Sennae *P.* 1,
Affunde
Aquae fervidae *P.* 8.
In colatura solve
Natri sulphurici,
Syrupi Sacchari āā *P.* 1.

Infusum Valerianae compositum *Ph. Dan. milit.*

℞p. Rad. Valerian. conc.,
Rad. Calami conc. āā *P.* 4,
Flor. Arnicae conc. *P.* 2.
Infunde
Aquae fervidae *P.* 80.

Stent in vase tecto. Post refrigerationem sint Colaturae *P.* 64, quibus addatur

Spiritus aetherei *P.* 1.

Injectio aluminosa.

Acetas Aluminis ad injectiones *Ph. Belg.*

℞p. Plumbi acetici *P.* 12,
Aluminis crudi *P.* 10,
Aquae *P.* 200.

Salia seorsim solve in Aquae *P.* 100, tum liquores misce et sepone, ut Plumbum sulphuricum subsidat. Filtra et evapora, donec liquor sit pond. spec. 1,152.

Nota. 5 aut 6 litra liquoris adhibenda sunt ad injectionem cadaveris.

Injectio antigonorrhoica.

Einspritzung bei Tripper.

℞p. Aluminis pulv. *P.* 15.
Solve in
Aquae Rosarum *P.* 1920.
Tum admisce inter terendum in mortario
Opii pulv. *P.* 10,
Mucilag. G. Arab. *P.* 240.

℞p. Acidi tannici,
Aluminis crudi āā *P.* 10,
Zinci sulphurici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 1920.

℞p. Zinci sulphurici *P.* 6,
Acidi tannici *P.* 12.
Solve in
Aquae destill. *P.* 960.

Signa. Quater per diem urethrae injiciatur, ita ut injectum per aliquot minutas horae retineatur.

℞p. Argenti nitrici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 240.
Solve.

℞p. Acidi tannici *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 60.
Solve.

Injectio Matico Grimaulti.

℞p. Fol. Piperis angustifolii *P.* 180.
Affunde
Aquae dest. fervid. *P.* 3000.

Stent per horam unam loco calido, tum exprimantur. Colaturae admisce

Cupri sulphurici *P.* 5,

antea solutas in

Aquae destillatae,
Glycerini aa *P.* 100.

Mixtura per aliquot dies seposita filtretur et addendo Aquae destillatae quantitatem sufficientem ad *P.* 3000 compleatur.

Jodoformium.

C^2HJ^3. Carboneum jodatum. Formylum terjodatum.

Rp. Kali carbonici puri,
Jodi aa *P.* 2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1,
Aquae *P.* 5.

Retortae, excipulo munitae, ingestae leni calore balnei vaporis calefiant, donec decoloratae appareant. Residuum refrigeratum cum liquore destillato, in excipulo collecto, commisce et per aliquot horas sepone. Sedimentum inde ortum filtro immissum aqua ablue et inter chartae bibulae strages, calorem evitando, sicca. Serva in lagenulis vitreis bene obturatis. Effic. circiter *P.* $\frac{1}{3}$. Sit pulvis crystallinus citrinus.

Nota. Liquor de sedimento defusus continet Kali jodicum.

Jodum chloratum.

JCl.

Rp. Jodi contriti *P.* 1,
Kali chlorici contriti *P.* 4.

In retortam ingestae et tantum conquassando mixtae in balneo arenae collocentur. Tum fac, ut leniter incalescant, quo in excipulum, refrigeratum et sine luto affixum, Jodum chloratum transeat et donec massa in retorta residens (e Kali, Acido jodico et chlorico constans) fere decolor appareat. Fluidum destillatum e flavo rubrum in vitris minoribus, embolis vitreis optime clausis, asservetur.

Jodum terbromatum.

JBr^3+774 Aq. Jodum bromatum.

Rp. Jodi contriti *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 4.

Mixtis et in cucurbitam vitream ingestis affunde

Bromi *P.* 2

et agita, donec Jodum solutum sit. Tum adde

Aquae destill. *P*, 53.

Si opus est, filtra. Liquorem in lagenis, embolis vitreis munitis, repletis loco frigido asserves.

Nota. Partes 20 continent Partem 1 Jodi tribromati. Liquor non dilutus continet in Partibus 7 Partes 3 Jodi tribromati.

Jodum terchloratum liquidum.

JCl^3+493 Aq. Chlorojodum.

Rp. Jodi contriti *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 11.

In has partes lagenae vitreae ingestas conducatur

Gas Chlori,

evolutum e

Mangani hyperoxydati,
Natrii chlorati aa *P.* 3,
Acidi sulphurici conc.,
Aquae destill aa *P.* 8.

Liquori saturate badio obtento adde

Aquae destill. eam quantitatem,

ut pondus mixturae exaequet

Partes 74.

Nota. Partes 20 continent Partem 1 Jodi trichlorati.

Liquor non dilutus respondet formulae: $JCl+77,8$ Aq., et continet in 4 Partibus Partem 1 Jodi trichlorati, Hunc signes:

Jodum terchloratum hydratum.

Julapium moschatum

Ph. Hann.

Mixtura Moschi.

Rp. Moschi Grana 2,
Sacch. albi Grana 10.

Conterendo misce cum

Aquae Rosarum Unc. 1.

Ph. Suec. Moschi 1, G. Arab. 3, Sacch. 3, Aq. Rosar. 240.

Julapium salinum.

Rp. Saturationis Kali carbonici cum Succo Citri recens paratae,
Aquae destill. aa *P.* 3,
Syrupi Sacchari *P.* 2.

M. *Ph. Hb.*

Ph. mil. Dan. Saturationis rec. Kali carb. acetatae Unc. 2, Aq. Unc. 4, Sacch. Drachm. 2, Ol. Menth. p. Gutt. 2.

Jusculum e carne
methodo Liebigiana paratum.
Liebig's Fleischbrühe.

℞p. Carnis muscularis rec. taurinae vel gallinaceae, a pinguedine liberatae, *P.* 1000.

In frustula minima incidendo redactas superinfunde

Aquae frigidae *P.* 1000,

antea commixtis

Acidi hydrochlorici *P.* 1
et Salis culinaris *P.* 5 ad 6.

Macera per horam unam loco frigidiore, dein cola per cribrum setaceum. Quo facto denuo carni affunde

Aquae frigidae *P.* 1000

et per horam unam macera.

Colaturae commixtae ad usum aegrotis dentur.

Kaïffa.
Faecula orientalis.

℞p. Seminis Orizae *P.* 15,
Sago *P.* 12,
Rad. Salep *P.* 8,
Sem. Cacao tost. *P.* 10,
Amyli tuberum Solani tuberosi *P.* 22,
Gelatinae exsiccatae *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 60,
Elaeosacch. Vanillae *P.* 1/4.

M. Fiat pulvis tenerrimus.

Kali aceticum.
Ka$\bar{A}$. Terra foliata Tartari.

℞p. Kali bicarbonici *P.* 1 vel q. s.

Sensim immitte in

Aceti concentrati *P.* 2,

donec inter calefaciendum liquor neuter evaserit. Liquor minore quantitate addita Aceti concentrati acidule factus filtretur et calore balnei vaporis inter agitationem ad siccum usque evaporet. Massa salina adhuc calida in vas vitreum bene obturandum statim ingeratur. Sit pulvis crystallinus, albissimus, neuter, humorem aëris facile recipiens.

Kali aceticum solutum.

℞p. Kali bicarbonici *P.* 34.

In cucurbitam amplam immissis sensim affunde inter agitationem

Aceti concentrati (pond. spec. 1,040) *P.* 69.
(vel Aceti conc. pond. spec. 1,038 *P.* 70.)

Effervescentia peracta liquorem calore balnei aquae calefac, ut Acidum carbonicum liberum adhaerens expellatur. Quo facto liquori, si adhuc alcalinum invenis, instilla inter agitationem

Aceti concentrati q. s.

(*P.* circiter $\frac{1}{3}$), donec perfecte neuter factus sit. Postremo adde

Aquae destillatae q. s.,

ut pondus liquoris totius filtrati exaequet

Partes 99 ad 100,

vel donec pondus specificum =1,176 usque ad 1,180 effectum fuerit. Continet 33,33 partes Kali acetici sicci in centenis partibus. *(Ph. Bor.)*

Si pondus liquoris addendo aquam ad *P.* 115 adaugeatur, efficitur pond. spec. =1,145—1,150. *(Ph. Bav., Bad., Dan., Hb., Hann., Hass., Fenn., Sax., Wrtb,* etc.) Sit liquor neuter, limpidus, coloris expers.

Kali arsenicicum.
$KaO,2HO,AsO^5$ Arsenias potassicus.
Sal arsenicale Macqueri.

℞p. Arsenici albi,
Kali nitrici āā *P.* 10.

Subtilissime pulveratae et exacte commistae in crucibulo (porcellaneo vel Hassiaco) tamdiu urantur, quamdiu vapores prodeunt. Massa refrigerata elixetur Aqua destillata, et solutio filtrata evaporando refrigerandoque in crystalla redigatur. Lixivium ultimum ($2KaO,HO,AsO^5$ continens), quod crystalla non demittit, in locum remotum rejiciatur.

Nota. Liquor crystallisans semper chartam coeruleam exploratoriam rubefaciat. Si alcalinus est, instilla pauxillum Aceti concentrati. Crystalla obtenta exaequant circiter *P.* 12—14.

Partes 100 salis crystallisati continent $63\frac{2}{3}$ Partes Acidi arsenicici, quae respondent Partibus $55\frac{1}{3}$ Acidi arsenicosi (Arsenici albi).

Kali bicarbonicum.
$KaO,HO,2CO^2$. Kali carbonicum acidulum.

℞p. Kali carbonici Illyrici *P.* 25.

Superinfunde

Aquae dest. frigid. *P.* 25.

Sepone loco frigido per aliquot dies et saepius agita, dein liquorem limpidum de-

cantha. Hunc liquorem, paulo Aquae destillatae addendo dilutior factum, immitte in lebetem ferreum vel porcellaneum et, admixtis

Carbonis ligni pulv. *P.* 3,

inter agitandum usque ad spissitudinem extracti redige. Massae loco tepido siccatae, dein grosso modo pulveratae immisce

Carbonis ligni pulv. *P.* 1,

quem carbonem paulo Aquae destillatae humectavisti. Miscela nigra, in patinis planis strata, in cistam vel ollam amplam, operculo obtegendam, imposita, per tubum prope cistae vel ollae fundum

Acidum carbonicum

immittatur, donec portiuncula massae nigrae in aqua soluta et filtrata Magnesiam sulphuricam solutam vix amplius turbet.

Deinde massae in ollam lapideam vel porcellaneam immissae affunde

Aquae destill. calidae, temperaturae 70 ad 75° C. *P.* 40.

Inter agitandum calore balnei aquae calefac per horam dimidiam, donec liquor calorem 75° C. adeptus fuerit (calore 80° C. excedente Kali bicarbonicum solutum demittit Acidum carbonicum).

Liquorem adhuc calidum post filtrationem sepone loco frigido, ut in crystalla abeat. Liquor a crystallis defusus denuo evaporando calore 75° C. nunquam excedente evaporet et ad crystallisationem seponatur.

Massa carbonea in filtro remanens Aqua destillata calida eluatur et liquor inde obtentus evaporando leni calore seponendoque ad crystallisationem redigatur.

Crystalla, si non satis pura inveniuntur, solvendo in Aquae destillatae calidae quantitate dupla et crystallisando depurentur. Eff. *P.* 24.

Carbonem elotum siccatum denuo aequali modo adhibere potes, et lixivia ultima exsiccata urendo in Kali carbonicum depuratum transmutanda sunt.

℞p. Kali carbonici Illyrici *P.* 20.
Superfunde

Aquae destill. frig. *P.* 20.

Sepone loco frigido per aliquot dies et saepius agita, dein liquorem limpidum decantha, qui, admixtis

Aquae destill. *P.* 6,

filtretur. Liquorem filtratum immitte in cucurbitam vitream, quae continet

Ammoni carbonici (dilapsi) *P.* 9.

Cucurbitam, et tubo deductorio et tubo securitatis impositis et excipulo, Aquae destillatae *P.* circiter 15 impleto, adaptato, calore balnei aquae, cujus calor 80 ad 85° C. non superat, tamdiu calefac, donec evolutio gasis ammoniacalis cessaverit.

Dein massam liquidam, adhuc calidam ex cucurbita in vas planum effunde et loco frigido sepone.

Reliquum peragatur, uti supra praeceptum est.

Nota. Liquor Ammoni caustici inde obtentus ad parationem Ammoni acetici soluti adhibeatur.

Kali bitartaricum.

KaO,HO,$\overline{T}^2$, Tartarus depuratus a calcaria liberatus.

℞p. Crystallorum Tartari depuratorum *P.* 15.

Pulveratis in vas lapideum immissis affunde miscelam ex

Aquae destill. *P.* 15 et
Acidi hydrochlorici puri *P.* 2.

paratam.

Mixtae digerantur calore balnei vaporis per aliquot horas et saepius bacilli lignei ope agitentur. Tum sepone interdum agitando per horas 24 loco frigido. Tandem miscelam in vase deturbatorio collige et Aqua destillata affundenda tamdiu ablue, donec aqua defluens ab Acido hydrochlorico libera sit. Residuum calore modico sicca et per cribrum trajice, ut crystallula majora separentur.

Nota. Liquor defusus cum aqua lavatoria commixtus addita creta neutralisetur, Calcaria tartarica inde orta colligatur et aqua abluta siccetur.

Kali bitartaricum purum.

℞p. Crystallorum Tartari venalium pulv.,
Aquae destillatae fervidae
āā *P.* 10.

In ollam lapideam immissis et ope spatulae ligneae agitatis sensim sensimque admisce

Ammoni caustici soluti *P.* 9,

vel q. s., ut inter agitationem post ali-

quot horas solutio peracta sit et Ammonum paulum praevaleat. Quo facto sepone, ut Calcaria tartarica, quae non solvitur, residat. Liquorem decantha, massam residuam paulo Aquae destillatae eluendo, dein filtra.

In liquorem limpidum introducatur

Acidum hydrosulphuricum gasiforme,

quamdiu Ferrum sulphuratum praecipitatur et donec hoc gas tantum paululum praevaleat. Dein quam celerrime filtra. Liquorem filtratum in ollam remissum calore balnei aquae calefac per unam horam, ut paulum Acidi hydrosulphurici, quod inest, expellatur.

Quo facto, liquori refrigerato primum immisce

Spirit. Vini rectfss. *P.* 5,

deinde

Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,122 *P.* 7²/₃

(Acidi pond. spec. 1,120 *P.* 8)

et assidue agita, donec liquor plane refrixerit (ne crystallula majora demittantur). Post diem unum sedimentum in vase deturbatorio collige, Spiritu Vini dilutiore ablue (Spir. V. 1 et Aq. 4) et post expressionem loco tepido sicca.

Nota. Liquor, ex quo Kali bitartaricum praecipitatum est, addendo Ammono caustico soluto saturetur et, Spiritu Vini in congestore vaporario (Dunstsammler) collecto, evaporando seponendoque ad crystallisationem Ammonii chlorati reducatur.

Kali Borussicum rubrum.

$3KaCy,Fe^2Cy^3$. Ferro-Kalium cyanatum rubrum. Kali ferri-cyanatum rubrum

℞. Ferro-Kalii cyanati flavi *P.* 2.

Solve in

Aquae destill. *P.* 20.

In hanc solutionem conducatur tamdiu

Gas Chlori,

donec portiuncula exemta cum solutione dilutiore Ferri sesquichlorati commista non colore coeruleo, sed fusco tingatur.

Liquor e rubello viridis evaporando et refrigerando in crystalla cogatur. Crystalla ultimo concrescentia, ad maximam partem e Kalio chlorato constantia, rejicienda sunt. Effic. salis rubri *P.* 1½. Serva in vitris bene obturatis, a luce remotis.

Kali carbonicum depuratum.

℞. Kali nitrici a Chlore quam maxime liberi *P.* 3,
Carbonis ligni *P.* 1.

Pulveratae et bene mixtae caute cochleatim in crucibulum amplum candescens ingerantur, cavendo, ne antequam prior copia detonaverit, nova injiciatur. Cineres obtentos, post refrigerationem solutos in

Aquae destill. *P.* 4,

filtra et evaporando ad siccum redige. Eff. *P.* 2¼.

℞. Kali carbonici crudi,
Aquae destill. āā *P.*

Kali carbonicum inter agitationem in aquam immitte, aliquamdiu saepius agitando sepone, deinde per linteum densum cola. Quae perfluxerunt, quamdiu turbida sunt, in colum refundantur, tum liquor limpidus in lebete ferreo polito inter perpetuam agitationem ad siccum evaporet. Massam salinam adhuc calidam in vas vitreum calefactum ingere. *Ph. Bor. et ceterae Ph.*

Kali carbonicum depuratum crystallisatum.

KaO,CO^2+2HO.

℞. Kali carbonici Illyrici vel alius generis melioris *P.* 100.

In lagenam immissis affunde

Aquae destill. *P.* 90.

Sepone loco frigido per hebdomadem et saepius agita. Tum filtra. Liquorem limpidum in lebete ferreo (polito) ad volumen circiter dimidium evapora, in patinam porcellaneam effunde et loco calido, caloris 60—80° Celsiani thermometri, per plures dies sepone. Crystalla, quae inter hoc tempus subsidunt, interdum ope perforaculi (cribri porcellanei aut ferrei) exime. Crystalla omnia collecta sicca et serva.

Nota. Lixivium ultimum loco Kali carbonici crudi soluti adhibeas.

Kali carbonicum solutum.

KaO,CO^2+16 Aq. Liquor Kali carbonici.

℞. Kali carbonici puri *P.* 11,
Aquae destill. *P.* 20.

Solve et filtra. Pond. spec. 1,330 ad 1,334. *Ph. Bor.*

℞p. Kali carbonici puri *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 2.
Solutio filtrata sit pond. spec. 1,310—1,330. *Ph. Bav., Bad., Hb., Sl. H., Hass., Hann., Sax., Austr., Wrtb., Dan., Fenn.)*
Ph. Norv. Sal. 1, Aq. 9.
Ph. Lond., Amer. Sal et Aq. aa.

Kali carbonicum purum.

KaO,CO^2.

℞p. Kali bicarbonici puri q. v.
Immittatur in lebetem ferreum politum aut argenteum, ita tamen, ut strages salis fundum lebetis obtegenda crassitiem pollicis unius non superet. Sal interdum agitatum calore fortiore calefiat, quamdiu vitrum planum prope admotum humore obtegitur. Aqua omni expulsa, sal eximatur et operatio, novam copiam bicarbonatis immittendo, repetatur. Effic. 70%.

Kali causticum fusum.

Lapis causticus (chirurgorum). Cauterium potentiale.

℞p. Kali caustici soluti q. v.
In vas argenteum infusum evaporet ad siccum et dein tamdiu igni exponatur, donec gutta liquoris olei instar fluentis exemta, in metallum frigidum demissa statim in massam crystallinam concrescat. Massam effunde in modulum ferreum calefactum. Bacilli obtenti refrigerati statim in lagenis probe exsiccatis et bene obturandis serventur. Sint bacilli albi.

Kali causticum siccum.

KaO,HO. Kali hydricum.

℞p. Kali caust. soluti rec. q. v.
In lebete ferreo polito aut argenteo evaporet, donec gutta exempta in metallum frigidum demissa ad massam crystallinam concrescat. Tunc leniore igne inter continuam agitationem ad siccum redigatur et statim in lagenis siccis, bene obturandis, asservetur.

Kali causticum solutum.

KaO,HO+14,7 Aq. Kali hydricum liquidum. Liquor Kali causticus. Liquor Kali hydrici. Liquor Potassae.

℞p. Kali caustici sicci *P.* 1.
Solve agitando in
Aquae destill. *P.* 2.
Paretur, quoties usus poscit. Pond. spec 1,3. *Ph. Fenn., Dan.*
Ph. Bor., Bav., Hb., Hann., Hass., Sax., Belg., Batav. 1,33—1,34 pond. spec.
Ph. Brit. 1,058 pd. spec.

KaO,HO+12,5 Aq.

℞p. Kali carbonici dep. *P.* 2.
Solve in
Aquae fervidae *P.* 24.
Solutioni in sartaginem ferream immissae ad ebullitionem calefactae paulatim et inter continuam agitationem ingere
Calcariae rec. ust. *P.* 1,
quae antea partibus 3 Aquae ad pultem paulum liquidam redacta est, donec liquoris bullientis portiuncula filtrata nec Aquae Calcariae affusa praecipitetur, nec Acido hydrochlorico effervescat. Liquor in lagenas vitreas obturandas immittatur, postquam subsederit, decanthetur et in catinum ferreum remissus quam celerrime inter continuam ebullitionem ad pondus specificum 1,335—1,340 evaporet.
Serva in lagenis vitreis, epistomiis vitreis (Paraffino munitis).

Kali chloricum.

KaO,ClO^5. Kali oxymuriaticum.

℞p. Kali carbonici depurati *P.* 1,
Calcariae rec. ustae *P.* 2,
Aquae pluvialis *P.* 12.
Immissas in vas lapideum sepone, donec inter agitandum liquor lacti similis factus fuerit, quem in cucurbitam vitream, in balneo arenae collocatam, infusum usque ad ebullitionem calefac. In liquorem bullientem tamdiu immitte
Gas Chlori,
donec eo saturatus sit et reactionem alkalinam non amplius praebeat. Liquor, immixta copia parva Calcariae hypochlorosae, adhuc fervidus filtretur, et evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Lixivium a crystallis defusum continet Calcium chloratum. Crystalla obtenta crystallisatione nova depurentur. Sint crystalla lamellaria, coloris expertia, nitida, solubilia in aquae frigidae partibus 15. Eff. *P.* 1½.
Nota. Tubus, qui Gas Chlori adducit, sit satis largus, ne obstruatur.

Kali chloricum pulveratum.

℞p. Kali chlorici *P.* 2.

In lebetem porcellaneum immissae solvantur in

Aquae dest. fervid. *P.* 12.


Liquori, si opus fuerit filtrato, adhuc calido et fortiter agitato instilla

Spiritus Vini rectfss. *P.* 5.

Agitatio (bacilli vitrei ope) peragatur usque ad liquoris refrigerationem. Post diem unum sedimentum crystallinum in vase deturbatorio collige et, postquam liquor defluxerit, caute paulum expressum et supra laminas argillaceas stratum loco tepido sicca.

Nota. Spiritus Vini in congestore vaporario colligatur.

Kali citricum.


3KaO,$\overline{\text{Ci}}$+2HO.

℞p. Acidi citrici *P.* 20.

Solve in

Aquae destill. *P.* 80.

Liquori calefacto injice

Kali carbonici *P.* 22

vel quantum ad neutralisandum liquorem requiritur. Liquor filtratus leni calore ad siccum evaporet et residuum in vasis optime obturatis serva, ne aëris humorem attrahat.

Si liquorem aqua dilues ad Partes 130, liquor continet 25% Kali citrici. Ne ultra hebdomadem asservetur.

Kali hypermanganicum.


KaO,Mn^2O^7. Kali supermanganicum.

Permanganate de potasse.

℞p. Kali manganici crudi *P.* 1.

Pulveratae in vas porcellaneum immissae affunde

Aquae destillatae *P.* 15.

Coque, donec liquor colorem rubrum adipiscatur. Tum per Alumen plumosum (asbestum) funde et liquorem quam celerrime evaporando, seponendo refrigerandoque in crystalla redige. Crystalla collecta crystallisatione iterata depurentur. Sint crystalla e nigro purpurea. (Filtratio liquoris per chartam ne efficiatur.)

℞p. Mangani hyperoxydati depurati *P.* 10,

Kali caustici sicci *P.* 13

(vel Kali caust. fusi *P.* 12).

Mixtis adde

Aquae destillatae *P.* 4

vel q. s., ut calore adhibito fiat massa pultiformis, quae inter agitationem ope spatulae ferreae quam celerrime exsiccetur.

Massam siccam immitte in retortam figulinam tubulatam, in furno anemico collocandam. Tubulo dense infigatur tubus vitreus, ad fundum retortae porrectus, collo autem tubus vitreus curvatus, cujus orificium extremum ad centimetra duo in Hydrargyrum immersum est. Lutum e calcaria hydrica et liquore Natri silicici conficiatur. Lutamentis siccatis prunae retortae supponantur et calore fortiore

Oxygenium siccum

ac liberum ab Acido carbonico per tubulum retortae immittatur. Haec operatio continuatur, dum retortae fundus rutile candet. Simul atque ex Hydrargyro bullulae oxygenio repletae vel vapores aquosae evadunt, operatio cessare debet.

Post refrigerationem massam, quae retorta continet, solve in

Aquae destill. fervid. q. s.

Per liquorem obtentum dein

Acidum carbonicum

tamdiu perducatur, donec liquor colorem Kali hypermanganici soluti adeptus fuerit. Post sedimentationem liquor decanthetur, residuum per Asbestum fundendo, et evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Eff. *P.* 4.

Kali hypermanganicum solutum.

Liquor Kali hypermanganici. *Ozène. Fluid Ozon.*

℞p. Kali hypermanganici *P.* 1,

Aquae destillatae *P.* 20.

Solve.

Ph. Brit. Sal, 1, Aquae 120.

Reagens.

℞p. Kali hypermang. *P.* 1,

Aquae destill. *P.* 999.

Solve. *Ph. Bor.*

Kali kreosotatum liquidum.

Liquor Kali kreosotatus. Kreosot-Kali.

℞p. Kali caust. sicci *P.* 2.

Commisce conterendo exacte cum

Kreosoti *P.* 6.
Tum paulatim adde
Aquae destill. *P.* 2.
Sit liquor limpidus.

Kali jodicum.

KaO,JO⁵.

℞p. Kali chlorici *P.* 13,
Kalii jodati *P.* 17.

Haec salia seorsum terendo in mortario porcellaneo subtilissime pulverata, tum commixta in crucibulum porcellaneum ingerantur et calore fortiore liquefiant. Post refrigerationem massam salinam contritam coquendo solve in

Aquae destill. *P.* 60,

dein sepone loco frigido, ut Kali jodicum in crystallula coëat. Evaporando liquorem a crystallulis defusum seponendoque nonnulla crystallula demittuntur. Lixivium ultimum rejiciatur. Kali jodicum collectum Spiritu Vini rectificato abluatur et premendo inter chartam bibulam siccatum servetur. Effic. *P.* 19—20.

Kali manganicum crudum.

Chamaeleon minerale.

℞p. Kali caust. sicci *P.* 11,
Kali chlorici *P.* 6,
Mangani hyperoxydati depurati *P.* 10.

Subtilissime conterendo pulveratis mixtisque affunde

Aquae destill. *P.* 4.

In crucibulo porcellaneo, Hassiaco aut platineo ad siccum massa evaporet, tum incalescat ad ardorem obscure rubrum, et interdum ope spathulae ferreae agitetur, donec portiuncula exemta cum aqua solutionem saturate viridem praebeat. Tum massa grumoso-pultiformis in laminam ferream immittatur et refrigerata in vitris bene obturandis servetur.

Kali nitricum purum.

KaO,NO⁵.

℞p. Kali nitrici crystallisati venalis, siccati pulveratique *P.* 100.

In patinam porcellaneam amplam immissis, dum bacilli vitrei ope agitantur, insperge ex lagena aspersoria

Acidi nitrici puri (pond. spec. 1,18—1,20) *P.* 12,

antea dilutas

Aquae destillatae *P.* 6.

Sale pulverato exacte humectato, patinam in balneo arenae sub divo colloca et inter agitandum calefac, donec massa perfecte exsiccata fuerit. Quo facto sal immittatur in

Aquae destillatae bullientis *P.* 200,
Kali carbonici puri soluti *P.* 3

et, solutione peracta, filtretur. Liquorem filtratum sepone loco frigido, ut crystalla demittat. Lixivium a crystallis defusum usque ad volumen dimidium remanens evaporando redactum ad crystallisationem sepone. Lixivium ultimum rejiciatur. Crystalla collecta iterata crystallisatione fac pura.

Kali nitricum purum pulveratum.

℞p. Solutionem, quam in paratione salis puri, supra notata obtinuisti.

Huic solutioni filtratae, adhuc calidae, sensim instilla, inter perpetuam agitationem,

Spirit. Vini rectfss. *P.* 100.

Agitatio peragatur, donec massa effecta perfecte refrixerit. Massam salinam, in vas deturbatorium immissam elue affundendo

Spiritus Vini rectf. q. s.,

dein in linteo preli ope exprime et loco tepido sicca.

Kali nitricum solutum.

Solutio Kali nitrici.

(Ad recepturam.)

℞p. Kali nitrici depurati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 5.

Solve et filtra. Pond. spec. 1,137—1,139.
Signa. Kali nitricum. Sumatur 6plum.

Kali nitrosum.

KaO,NO³.

℞p. Cupri praecipitati *P.* 5,
Kali nitrici puri *P.* 8.

Conterendo exacte mixtis asperge

Aquae dest. fervidae q. s.,

ut fiat puls tenerior, quam in catinum porcellaneum immissam inter perpetuam agitationem, calore balnei arenae, tamdiu calefac, donec siccata pyrophori instar ignescat. Massam refrigeratam Aquam destillatam fervidam affundendo exhauri et liquorem filtratum in crystalla redige, quae calore fusa statim in vitris obturatis serva.

Kali picrinicum.

$KaO,C^{12}H^{2}N^{3}O^{13}$. Kali picronitricum. Kali carbazoticum. Kali nitroxanthicum.

℞. Acidi picrinici q. v.

Solve in

Aquae destill. fervid. 20plo.

Liquori fervido instilla

Kali carbonici puri soluti

quantum sufficit ad Acidi saturationem. Tum loco frigido per aliquot dies sepone. Sal demissum in filtrum ingere, Spiritu Vini ablue et premendo inter chartam bibulam lenissimo calore sicca.

Kali silicicum.

$3KaO,2SiO^{3}$. (Ad usum therapeuticum.)

℞. Kali bitartarici, a calcaria liberati *P.* 38,
Terrae siliceae subtilissime pulveratae (Quarzi vel Crystallorum montanorum) *P.* 6.

Optime mixtas, in crucibulum comprimendo ingestas, operculo imposito, igni fortiori expone, donec nec flamma nec fumus e crucibulo proveniat et massa tranquille fluat. Massam adhuc fluidam in mortarium ferreum effunde et refrigeratam in pulverem redige, quem statim in vitris siccis et bene obturatis serva. Efficiuntur partes circiter 15.

Nota. Loco Kali bitartarici et Terrae siliceae adhibere licet mixtionem pulveream, paratam e

Kali carbonici sicci *P.* 25 et
Terrae siliceae *P.* 10,

quae calore fortiore tractetur, donec in massam fluentem coierit.

Kali silicicum basicum liquidum.

Liquor Kali silicici basici. Vitrum solutum. Wasserglas. Kaliwasserglas.

℞. Quarzi (Arenae quarzosae) *P.* 15,
Kali carbonici depurati *P.* 10,
Carbonis vegetabilis *P.* 1.

Mixtae pulverataeque in crucibulum immissae forti igne liquescant per 5—6 horas. Tum massa ope cochlearium ferreorum exhauriatur et refrigerata in pulverem redigatur, qui coquendo in

Aquae quantitate suffic.

solvatur. Deinde liquor evaporet, ut pondus specificum exaequet 1,24—1,25. Tum sepone et decantha. Serva in vitris bene obturatis.

Si liquor Kalium sulphuratum continet, adde coquenti

Ramentorum Cupri q. s.,

ut hoc sulphuretum decomponatur.

Kali silicicum solutum cum Natro silicico.

Vitrum solutum duplicatum. Doppelwasserglas.

℞. Kali silicici basici liq. *P.* 3,
Natri silicici basici liq. *P.* 2.

M.

Kali stibicum neutrale.

$KaO,HO,SbO^{5}+6HO$ *(Reagens.)*

℞. Stibii puri *P.* 1,
Kali nitrici puri *P.* 5.

Pulveratas et optime mixtas paulatim in crucibulum amplum et leniter candens injice. Detonatione peracta, crucibulo operculum imponatur et massa per horae octantem circiter candeat. Crucibulo semirefrigerato, massam conterendo, defundendo et filtrando

Aquae destill. *P.* 40

elue. Pulverem residuum tunc sicca et serva.

Kali stibicum liquidum s. Liquor Kali stibici.

℞. Kali stibici neutralis *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 250.

Coque per horae quadrantem. Post refrigerationem filtra. Massa residua siccata praebet

Kali stibicum acidum,
Biantimonias Potassae, Antimonium diaphoreticum ablutum *Ph. Belg.*

Kali sulphuricum acidum.

KaO,HO,$2SO^3$.

℞p. Kali sulphurici pulv. *P.* 10.
Solve digerendo in
Acidi sulphurici conc. *P.* 6 et
Aquae destill. *P.* 18,
antea mixtis. Dein liquor filtratus in lebete porcellaneo ad siccum evaporet. Massam residuam in pulverem contritam serva.

Kali stibicum Pharmacopoearum.

Stibium oxydatum album. Antimonium diaphoreticum ablutum.

℞p. Stibii puri *P.* 2,
Kali nitrici *P.* 5.
Pulveratas et optime mixtas paulatim in crucibulum amplum et leniter candens injice, partem Stibii oxydati, lateribus crucibuli superioribus forsan adhaerentem diligenter immiscendo. Detonatione peracta, massa adhuc per semihoram candeat, tunc cochlearis ferrei ope eximatur et in vas porcellaneum, Aquam communem frigidam continens, provide ingeratur, ut dilabatur. Sedimentum elutriatum edulcoretur, quamdiu in aqua defluente Kali nitricum et nitrosum reperiuntur, tum filtrando separatum calore 40° C. non superante siccetur, tandem in pulverem redigatur et in vasis clausis servetur. Sit pulvis albus. Si massam per excandescentiam obtentam post refrigerationem in pulverem redigis, habes
Antimonium diaphoreticum non ablutum.

Kali sulphuricum depuratum.

KaO,SO^3.

℞p. Kali sulphurici crudi *P.* 1.
Solve coquendo in
Aquae communis *P.* 6.
Liquori bullienti adde
Liquoris Kali carbonici
quantum requiritur ad terrarum et metallorum praecipitationem. Tum liquorem calidum filtra et l. a. in crystalla redige.

Kali tartaricum.

KaO,$\overline{T}$. Tartarus tartarisatus.

℞p. Kali bicarbonici *P.* 9,
Aquae destill. *P.* 18.
In vas porcellaneum amplum (vel cucurbitam vitream amplam) immissae calefiant. Dein inter agitationem paulatim injice
Kali bitartarici, a calcaria liberi, *P.* 17.
Effervescentia peracta, adde
Kali bicarbonici q. s.,
ut liquor paululum alcalinus sit. Liquorem filtratum evaporando seponendoque in crystalla redige. Eff. *P.* 20. Sint crystalla decoloria pellucida.

Kali tartaricum solutum.

℞p. Kali tartarici *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 2.
Si opus fuerit, filtra. *Ph. Dan.*

Ad recepturam.

℞p. Kali tartarici,
Aquae destill. āā *P.*
Solve et filtra. *Signa:* sumatur duplum. Ne ultra hebdomadem liquor servetur.

Kalium auro-chloratum.

KaCl,$AuCl^3$+5HO. Auro-Kalium chloratum (chloridatum). Goldchloridkalium. (Photograph.).

Auri trichlorati *P.* 30,
Kalii chlorati *P.* 7,
Kali bicarbonici *P.* 2.
Optime contritae solvantur in
Aquae destill. *P.* 160.
Liquor decanthatus et perfundendo per gossypium nitrosatum filtratus evaporando seponendoque in crystalla redigatur.

Nota. E lixivio ultimo Aurum addendo Ferro sulphurico cryst. soluto praecipitetur.

Kalium auro-cyanatum.

KaCy,AuCy. Auro-Kalium cyanatum.

℞p. Kalii cyanati puri *P.* 10,
Auri cyanati *P.* 33,
Aquae destill. *P.* 150.

Digere leni calore et agita. Liquor limpidus tunc ad siccum evaporet.

Kalium bromatum.

KaBr. Kali hydrobromicum.

℞p. Kali caustici soluti, pond. spec. circiter 1,18, e Kali carb. depurato parati, *P.* 100.

In cucurbitam vitream ingestis inter agitationem paulatim instilla

Bromi *P.* 27 vel q. s.,

donec liquor colorem subfuscum induerit. Liquor in patinam porcellaneam infusus, admixtis

Carbonis ligni subtilissime pulv. *P.* 5

(vel parte quinta quantitatis Bromi adhibitae),

ad siccum evaporet et conterendo in pulverem subtiliorem redigatur.

Hic pulvis paulatim immittatur in crucibulum ferreum, rutile aestuans. Detonatione peracta aestus continuatur, donec massa liquescere coeperit. Post refrigerationem affusa Aqua destillata fervida massa exhauriatur et liquor l. a. in crystalla redigatur.

Loco admixtionis Carbonis in liquorem

Acidum hydrosulphuricum

introducere potes, donec gas hoc praevaleat, quo modo Kali bromicum itidem in Kalium bromatum vertitur. Liquor dein fervefactus, addendo Kali carbonici q. s., neutralisatus, filtretur et evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Eff. circiter *P.* 38.

Kalium chloratum.

KaCl. Kali muriaticum. Sal febrifugum Sylvii.

℞p. Kali carbonici depur. cryst. *P.* 12.

Solve in

Aquae destill. *P* 24.

Solutioni adde

Acidi hydrochlorici puri *P.* 20—21,

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Liquorem filtratum l. a. in crystalla redige. Effic. *P.* 10—11.

Kalium cyanatum fusum.

7KaCy+3KaO,CyO. Kalium cyanatum Liebigii.

℞p. Kalii ferro-cyanati flavi *P.*8.

Subtilissime contritas in lebetem ferreum ingere et igne moderato ab aqua crystallina plane libera. Sal siccum residuum cum

Kali carbonici puri plane sicci *P.* 3

exacte commisce. Tum in crucibulum candens Hassiacum (aut ollam porcellaneam) immittatur, ibique calore fortiore incalescat, donec fluat et portiuncula ope bacilli vitrei vel ferrei exemta et refrigerata massam niveam (non flavam) referat. Tum ignem moderare, ut ferrum secretum fundum petat. Dein massam in laminam ferream politam effunde, et refrigeratam, in frustula diffractam, statim in vitris, embolis suberinis clausis, serva. Effic. *P.* 6.

Nota. Kalium cyanatum ad usum in arte galvanometallica commendatur parari e Kalii ferro-cyanati ab aqua crystallina liberati *P.* 8 et Natri carbonici ab aqua crystallina liberati *P.* 2¼. Commistae et in crucibulum porcellaneum ingestae, ut supra, igne modico, tractentur.

Nota. Si fusio in olla ferrea efficitur, melius operaris miscelam salinam sensim cochlearibus ingerens ita tamen, ut portio altera non prius addatur, quam prima candescat.

Kalium cyanatum purum.

KaCy. Kali hydrocyanicum.

℞p. Kali caustici siccati (non fusi) contriti *P.* 4.

Solve calorem evitando in

Spirit. Vini alcoholisati *P.*20 (p.spec.=0,820—0,825),

in lagenam infusis, ita ut lagena Spiritu et Kali repleta sit. In solutionem per noctem sepositam et dein celeriter filtratam, in lagenam optime glacie refrigerandam immissam, conducatur

Acidum hydrocyanicum,

quod e

Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 10,

Acidi sulphurici conc. *P.*8,


Aquae destill. *P.* 12

l. a. destillando elicias. (Cave, ne sub finem destillationis fluidum cum sale orto in cucurbitam destillaiotiam transcendat, quam ob rem cucurbita tubo securitatis instructa sit. Haec etiam, collo longiore instructa, in balneo arenae oblique collocetur, ne massa destillatoria coquens in tubum vapores deducentem insiliat.)

Lagena per aliquot horas in aqua et glacie collocata, tunc pultem in lagena ortam in vas deturbatorium statim ingere, Spiritu Vini alcoholisato elue et inter strages chartae bibulae premendo, dein inter laminas argillaceas tepefactas celeriter sicca. Calor fortior evitandus est. Statim massam contritam in vitra parva sicca ingere et in iis, embolis suberinis optime clausis, loco umbroso serva. Effic. circiter *P.* 3.

Nota. Destillatio Acidi hydrocyanici fiat ea ratione, ut mixtura in cucurbita continenter leniter ebulliat, donec fluidum in lagena (excipulo), in extremitate descendente tubi contentum, ascensurum appareat, aut donec fluidum in lagena Acido hydrocyanico saturatum sit.

Kalium ferro-cyanatum purum.


2KaCfy+3HO=2KaCy,FeCy,+3HO.

Ferro-Kalium cyanatum flavum purum.

℞p. Kalii ferro-cyanati venalis *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 10.

Liquori filtrato guttatim instilla

Baryum chloratum

aqua solutum, quamdiu praecipitatum inde oritur. Dein filtra et liquorem evaporando seponendoque in crystalla redige, lixivium ultimum rejiciendo.

Kalium jodatum.

KaJ. Kali hydrojodicum.

℞p. Kali caustic. solut. recens.

In cucurbitam vitream immisso et calefacto paulatim adjice

Jodi

eam quantitatem, donec liquor colorem e flavo fuscum adipiscatur. In liquorem tamdiu Gas Acidi hydrosulphurici immittatur, donec hoc parum praevaleat. Liquor filtratus, dein fervefactus addendo Kali carbonicum solutum accurate neutraliseţur et evaporando seponendoque in crystalla cogatur, quae in siccatorio calore 80—100° C. bene exsiccentur.

Nota. Ad Kali anhydri *P.* 10 sufficiunt circiter Jodi *P.* 27. Liquor Kali causticus adhibendus sit ponderis spec. 1,15—1,25.

℞p. Kali caustici soluti recens parati, pond. spec. circiter 1,2, q. v.

Tepefacto inter agitationem paulatim admisce

Jodi quant. suff.,

ut liquor colorem ducat subfuscum, non amplius evanescentem. Liquor in patinam ferream infusus, admixta

Carbonis ligni subt. pulv.

parte octava quantitatis Jodi adhibitae, ad siccum evaporet. Quo facto massa sicca calida ope prunae accendatur et, detonatione peracta, post levem ignitionem refrigerata in Aquae destillatae aequali pondere solvatur. Liquor filtratus in crystalla cogatur.

Kalium jodatum solutum.

(Ad recepturam.)

℞p. Kalii jodati,

Aquae destill. āā *P.* 1.

Fiat calore non adhibito solutio, quae filtrata et a luce remota servetur. Signetur: sumatur duplum.

Kalium platino-cyanatum.

KaCy,PtCy+3HO. Platino-Kalium cyanatum. Kaliumplatincyanür.

℞p. Ammonii platino-chloridati (salis ammoniaci platinici) *P.* 2,

Kalii cyanati *P.* 5.

Conterendo bene mixtae, in crucibulum porcellaneum immissae, calore flammae Spiritus colliquentur, dein massa refrigerata, soluta calore adhibito in

Aquae destill. *P.* 5,

filtretur et seponendo in crystalla cogatur.

Kalium sulpho-cyanatum.

KaCyS². Kali anthrazothionicum.

℞p. Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 2,

Sulphuris depurati loti *P.* 1.

Mixtae, in ollam porcellaneam ingestae, leni calore liquefiant, donec aquae instar fluant. Massam refrigeratam (aspectus graphitidis) pulveratam coque per horae quadrantem cum

Aquae destill. *P.* 20—25.

Solutioni filtratae instilla

Liquoris Kali caustici

quantum ad perfectam ferri praecipitationem requiritur. Liquidum denuo filtratum evaporando, seponendo refrigerandoque in crystalla coge. Effic. *P.* 2.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 8.

Subtilissime contritas igne modico ab aqua crystallina plane libera. Sal siccum residuum exacte commisce cum

Kali carbonici *P.* 3,
Sulphuris loti *P.* 6.

Miscelam tum in crucibulum rubelle candens Hassiacum ingere et, crucibulo operculo obtecto, per horae quadrantem adhuc ure, ut fluat. Dein massam in laminam ferream politam effunde. Refrigeratae et pulveratae affunde

Spirit. V. rectfss. *P.* 60—65.

Tum digere, agita et filtra. Liquorem, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, commisce cum

Aquae destill. fervidae *P.* 25

vel quantitate sufficiente, ut sit limpidus, et evaporando seponendoque in crystalla coge, quae premendo inter chartam bibulam et seponendo loco tepido quam celerrime sicces. Asserva in lagenis vitreis clausis. Effic. *P.* 8.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavi, ab aqua crystall. liberati *P.* 1,
Kali hyposulphurosi, ab aqua crystallina liberati *P.* 3.

Mixtae aequali modo tractentur, quo Natrium sulpho-cyanatum parandum est.

Kalium sulpho-cyanatum liquidum.

Liquor Kalii sulpho-cyanati. *(Reagens.)*

Rp. Kalii sulpho-cyanati *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 9.

Kalium sulphuratum purum.

$3KaS^3+KaO,SO^3$.

Rp. Sulphuris dep. loti *P.* 4,
Kali carbonici puri *P.* 7.

Seorsum et perfecte leni calore exsiccatae, dein commixtae in crucibulo ferreo vel figulino, ad capacitatem dimidiam replendo, bene tecto leni igne incalescant, donec massa tranquille fluat, quam in laminam ferream, Oleo Amygdalarum parce illitam, effunde, frigefactam in frustula minima contunde et statim in lagenas optime obturandas ingere. Sit coloris e fusco viridis.

Brevius colliquatio mixturae in cucurbitam vitream, in balneo arenae collocandam, immissae efficitur. Post refrigerationem cucurbita diffracta frustulisque vitri accurate separatis, massa contundatur.

Kalium sulphuratum ad balnea.

Hepar Sulphuris.

Rp. Sulphuris dep. *P.* 1,
Kali carbon. Illyrici *P.* 2.

Pulveratae et commistae pari modo, quo ad parationem Kalii sulphurati puri praeceptum est, liquefiant, et massa refrigerata in pulverem grossum redacta statim in lagenis bene obturandis asservetur.

Via humida praeparatum.

Rp. Kali carbonici Illyrici plv. *P.* 100,
Sulphuris sublimati,
Aquae āā *P.* 40.

In catinum ferreum ingestae inter continuatam agitationem coquantur et ad siccum evaporent. Massa residua adhuc calida per perforaculum ferreum trajecta in lagenis vitreis optime obturatis asservetur. Effic. *P.* 110.

Koussina.

$C^{26}H^{22}O^5$. Coussinum. Kussinum.

Rp. Florum Kousso (flor. Hageniae Abyssinicae) contus. *P.* 10,
Calcariae hydricae *P.* 2,
Spiritus V. absoluti *P.* 40.

Digere per diem unum, tum exprimendo cola. Residuum denuo Spiritus Vini ope eodem modo exhauriatur. Post expressionem, colaturis sepositis, residuo affunde

Aquae destill *P.* 60,

digere per diem unum et exprimendo cola.

Colaturae et spirituosae et aquosae, singulae filtratae, commixtae et, Spiritu

Vini destillando elicito, evaporando ad partes remanentes 30 redactae commisceantur cum

Aceti concentrati q. s.,

ut hoc Acidum praevaleat. Die post praecipitatum collige, coquendo in

Spiritus Vini rectfss.

minima quantitate solve, et post filtrationem sepone liquorem in vase aperto plano, ut evaporatione Spiritus spontanea glycosidum crystallisando demittatur. Sit pulvis crystallinus albus aut parum flavescens, saporis acris amari, odoris expers, in aqua parum solubilis. Dosis maxima = 1 Decigrm.

Kreosotum solidificatum.

Rp. Collodii *P.* 2,
Kreosoti *P.* 3.

M.

Lac Ammoniaci *Ph. Hann.*

Rp. Ammoniaci gummi-resinae pulv. *P.* 4,
Gummi Arabici pulv. *P.* 6,
Aquae Pulegii *P.* 64.

M. f. l. a. emulsio. Pro partibus drachmae sumptae praebent quantitatem dispensandam.

Lac Magnesiae.

Magnesia usta in Aqua. Magnesia hydrica. Syrupus Magnesiae. *Médécine de Magnésie.* Magnesiamilch.

Rp. Magnesiae leni calore ustae *P.* 2.

Misce inter terendum cum

Aquae destill. *P.* 10.

Massam pultiformem inter agitationem ad coctionem usque calefac, tum ab igne remotam commisce cum

Sacchari albi pulv. *P.* 12,

ita ut mollior et tenuior evadat. Tandem per cribrum trajectae admisce

Aquae Aurantii flor. *P.* 4.

Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Sl. II.*

Nota. Lac Magnesiae laxativum leniens dicunt, efficacitas ejus autem praesertim in intoxicationibus phosphoreis et metallicis laudatur.

Ph. Austr. Magn. 1, Aq. 6. M. et serva.

Lac Virginis.

Jungfernmilch. *(Cosmeticum.)*

Rp. Aquae Rosar. *P.* 12.

In lagenam infusis adde

Tinct. Benzoës *P.* 1,

et agita.

Paretur ex tempore.

Lacca Florentina.

Rp. Lign. Fernambuci rasi *P.* 96,
Coccionellae tritae *P.* 2,
Aluminis usti *P.* 64,
Aquae *P.* 1000.

Digere per octo dies. Colaturae calidae filtratae inter agitationem paulatim instilla

Liquorem Kali carbonici filtratum,

quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod collectum leni calore sicca.

Lacca ad Fornacem.

Rp. Benzoës *P.* 16,
Mastiches,
Styracis Calamitae,
Animes āā *P.* 4,
Opobalsami *P.* 8,
Olei Caryophyll.,
— Bergamottae,
— Lavandulae,
— Citri āā *P.* 1/2,
Balsami Peruv. *P.* 1 1/2,
Moschi,
Ambrae āā *P.* 1/20.

M. l. a. Fiat ope Tincturae Benzoës massa, ex qua formentur bacilla. Massam pigmentis terrenis et metallicis tingere potes.

Lacca in tabulis alba.

Rp. Laccae in tabulis q. v.

Solve digerendo leni calore in

Liq. Natri caustici (pond. spec. 1,15—1,17) q. s.

In solutionem hanc conducatur

Gas Chlori,

donec decolorata appareat. Dein instilla

Acidi muriatici crudi,

diluti

Aquae 10plo,

quantum ad praecipitationem resinae requiritur. Praecipitatum aqua tepida diligenter ablutum in magdaleones malaxetur.

Lactolinum.

Extractum Lactis. *Lactéine.*

℞p. Lactis vaccini recentis *P.* 10000,
Sacchari albi *P.* 50,
Natri carbonici puri *P.* 2.

In vas porcellaneum immissae in vacuo aut calore balnei vaporis (60—70° Cels.) inter assiduam agitationem ad extracti secundi gradus consistentiam evaporent. Pars 1 respondet partibus 10 Lactis recentis.

℞p. Gummi Arabici *P.* 15,
Calcariae phosphoricae praecipitatae rec. *P.* 20,
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 50.

Bene mixtae addantur residuo, quod e
Lactis vaccini rec. *P.* 10000,
et Kali caustici *P.* 1,
antea in aqua soluta, evaporando ad voluminis quadrantem obtinetur. Dein mixtura evaporet usque ad extracti consistentiam, quae in vitris obturatis servetur.

Lac pulveratum.

℞p. Lactis vaccini rec. *P.* 10000,
Kali caustici sicci,
Boracis āā *P.* 2.

In vacuo ad Partes circiter 2000 evaporatis admisce mixturam exsiccatam, paratam e
Calcariae phosphoricae praecipitatae *P.* 50,
Salis culinaris *P.* 15,
Gummi Arabici pulv. *P.* 100,
Sacchari pulv. *P.* 200.

Mixtione peracta, massa calore 34—45° C. exsiccata in pulverem redigatur, qui servetur.

Lactucarium Gallicum.

Lactucarium e Lactuca sativa.

Succus lacteus plantae defloratae et seminiferae Lactucae sativae *Linn.* (Cichoraceae) post incisionem transversam epidermidis caulis foliorumque emanans loco tepido quam celerrime siccetur.

Lactucarium Germanicum.

Paretur e Lactuca virosa *Linn.*, quo tempore planta defloruit, uti Lactucarium Gallicum.

Lana pinguinata.

Lana pinguis. Fettwolle.

℞p. Lanae ovillae q. v.

Humectatum Oleo Olivarum carminetur.

Lapis divinus

Kranichfeldii.

℞p. Cupri acetici,
Natri nitrici,
Aluminis crud. āā *P.* 16.

In pulverem tritae et exacte mixtae in catino porcellaneo liquefiant, tum immisceantur
Camphorae trit. *P.* 3.

Massa effusa refrigerata, in frustula diffracta, in vitris clausis servetur.

Lapis infernalis nitratus.

Argentum nitricum et Kali nitricum fusum Desmaresii. Lapis causticus Desmaresii. Argentum nitricum mitigatum. (Argentum nitricum fusum *Ph. Bav.*)

℞p. Argenti nitrici triti,
Kali nitrici purissimi pulv. āā *P.*

In vase porcellaneo idoneo leni calore liquentur, donec olei instar fluant. Tum in modulum fistulatum ferreum calefactum, Talco Veneto praeparato conspersum, effundantur.

Ph. Bav. Praeparatum continet circiter 10% Kali nitrici.

Ph. Bor. Argent. nitric. 1, Kali nitrici 2.

Ph. Hann. praeparatum, prout compositum est, numeri ordine notat:
No. I. Arg. nitr. et Kali nitr. āā.
No. II. Arg. nitr. 1, Kali nitr. 2.
No. III. Arg. nitr. 1, Kali nitr. 3.

Lapis medicamentosus

(adstringens Knaupii).

Heilstein.

℞p. Ferri sulphurici cryst.,
Aluminis kalici cryst. āā *P.* 500,
Ammonii chlorati,

Cupri oxydati,
Zinci sulphurici crystall. $\widehat{aa}$ *P.* 30.

Contusae calore modico in vase porcellaneo liquefiant. Massa in discum porcellaneum effundatur. Refrigeratam et in frustula diffractam serva.

Lapis medicamentosus Krollii.

Lapis Salutis.

Rp. Zinci sulphurici,
Ammonii chlorati $\widehat{aa}$ *P.* 4,
Boli Armenae,
Cerussae $\widehat{aa}$ *P.* 1.

Pulveratae mixtaeque humectentur
Aceti concent. *P.* 2,
et leni calore siccentur. Fiat pulvis subtilior.

Lapis miraculosus.

Lapis vulnerarius externus.

Rp. Aluminis *P.* 24,
Ferri sulphurici cryst. *P.* 12,
Cupri sulphurici *P.* 6,
Ammonii chlorati *P.* 1,
Aeruginis $\widehat{aa}$ *P.* 2.

Pulveratae commixtaeque in vase porcellaneo leni calore liquefiant. Massam in discum porcellaneum effusam post refrigerationem diffringe vel pulvera et serva. *(Ph. Wrtb.)*

Lapis stypticus.

Lapis miraculosus s. medicamentosus Schützii.

Rp. Aluminis kalici *P.* 32,
Ferri sulph. cryst. *P.* 16,
Cupri sulph. cryst. *P.* 8,
Ammonii chlorati *P.* 1.

In pulverem contritae et in vas porcellaneum ingestae calore modico liquefiant. Tum massam supra discum porcellaneum effunde et refrigeratam diffractamque in vitris obturatis serva.

Si pulveri ante liquefactionem
Aeruginis *P.* 2
adhuc admisces, obtinebis
Lapidem stypticum
Hesselbachii.

Lichen Islandicus
ab amaritie liberatus.

Rp. Lich. Island. inc. *P.* 10,
Kali carbonici *P.* 1,
Aquae tepidae *P.* 100.

Macera per 5—6 horas et interdum agita. Tum fluidum defunde, lichenem autem aqua probe ablue, exprime et sicca.

Linctus Calcariae hypochlorosae.

Linctus Calcariae chloratae.

Rp. Liq. Calcariae hypochlorosae *P.* 1,
Mellis despumati,
Aq. destillat. $\widehat{aa}$ *P.* 6.

Misce quoties poscitur. *Ph. Suec.*

Linctus emeticus

Ph. paup. (Hufelandii.)

Rp. Tartari emetici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 480,
Oxymell. scillit.,
Syrupi Sacch. $\widehat{aa}$ *P.* 240,
Rad. Ipecac. pulv. *P.* 20.

M.

Nota. Si loco partium recipis grana ponderis medicinalis Norici, habes dosin unam.

Linctus mellitus *Ph. Suec.*

Rp. Ol. Oliv. Prov. *P.* 1,
Mellis dep. *P.* 3.

Misce.

Linctus oleosus.

Mucilago oleosa.

Rp. Gummi Arab. *P.* 1,
Aq. Amygd. dilutae,
Ol. Amygd. $\widehat{aa}$ *P.* 2,
Syr. Althaeae *P.* 3.

M. l. a. *Ph. Suec.*

Ph. Fenn. G. Arab. 2, Aq. Amygd. dilut. 4, Ol. Amygd. dulc. 6, Syr. Amygd. 8. M. l. a.

Linctus pectoralis.

Rp. Oxymell. scillitici,
Syrupi Althaeae,
Mucilag. G. Arab. $\widehat{aa}$ *P.*

M. *Ph. Dan.*

Linctus contra tussim convulsivam.

Keuchhustentränkchen.

Rp. Coccionellae subt. plv. *P.* 10,
Kali carbonici *P.* 20,
Syrupi Aurant. flor. *P.* 480,
Aquae destill. *P.* 1920.

M. S. Bis quaterve quotidie cochlear modicum sumatur.

Paretur, quoties usus poscit.

Linimentum Aconiti

Ph. Brit.

Rp. Tuberum Aconiti pulv. *P.* 20,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 30*v*.

Macera per hebdomadem. In colaturae *P.* 19*v* solve

Camphorae *P.* 1.

Aequali modo paretur

Liniment. Belladonn. rad.

Linimentum Aeruginis.

Oxymel Aeruginis. Mel escharoticum. (Unguentum Aegyptiacum.)

Rp. Cupri acetici triti *P.* 2,
Aceti concentrati *P.* 1,
Mellis despumati *P.* 14.

Misceantur et conquassentur, calorem evitando, donec Cuprum aceticum solutum sit. Paretur ex tempore.

Linimentum ad Ambustiones.

Liniment. contra combustiones. Formula magistr. Berol.

Rp. Argenti nitrici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 3.
Tum adde
Olei Lini *P.* 28
et fortiter conquassa.

Linimentum ad Ambustiones Schwarzii.

Rp. Olei Lini *P.* 16,
Albuminis Ovi *P.* 8,
Tinct. Opii *P.* 1.

Conterendo optime mixtis subige

Aceti plumbici *P.* 2.

Signa. Supra linteum extensum ambustioni imponatur.

Linimentum ammoniatum.

Linimentum ammoniacale s. volatile s. Ammoniae.

Rp. Olei Olivarum *P.* 30,
Aquae destill. *P.* 144.

Digere per horas 24 et saepius agita. Tum in vas amplius immissis et calefactis adde

Aluminis kalici pulv., a ferro plane liberi, *P.* 4,

et paulatim inter agitationem

Kali bitartarici puri *P.* 24
et Acidi tartarici *P.* 3.

Effervescentia finita iterum inter agitationem adde

Acidi tartarici *P.* 1 aut

quantum requiritur, donec color miscelae coccineus appareat. Fluidum refrigera-

tum filtra et residuum in filtro Aquae *P.* 12 elue. In liquoribus filtratis collectis et commixtis solve agitando et conquassando

Gumm. Arabici *P.* 24,
Ol. Caryophyll. *P.* 1/3.

Serva in lagenis obturatis.

Nota. In paratione Rubramenti vasis et instrumentis ferreis semper abstineas. Residuo sedimenta in filtrationibus collecta siccataque loco Tartari depurati ad parationem Rubramenti vilioris reserventur.

Rubramentum commune.

℞p. Coccionellae *P.* 8,
Kali carbonici *P.* 16.

In pulverem redactis et mixtis affunde

Aquae destill. *P.* 160.

Digere per 24 horas. Tum in vas amplum ingestis et adhuc calidis adde

Aluminis kalici *P.* 6,

paulatim autem inter agitationem

Residuorum et sedimentorum in praeparatione Rubramenti optimi collectorum et siccatorum *P.* 36.

Effervescentia finita sepone per aliquot horas et filtra, residuum in filtro Aquae *P.* 36 eluendo. Liquori filtrato admisce, si opus est,

Acidi tartarici *P.* 2 vel

quantum requiritur, donec miscelae agitatae color appareat coccineus. Tandem agitando et conquassando admisce

Gummi Arabici *P.* 28,
Sacchari albi *P.* 4,
Olei Caryophyll. *P.* 1/2,
Kreosoti *P.* 1/30.

Nota. Cf. notam sub Rubramento optimo.

Rubramentum ordinarium.

℞p. Ligni Fernambuci *P.* 4,
Aluminis kalici *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 40—50.

Coque in vase stanneo per horam unam et saepius spathula lignea agita.

Colaturae *P.* 30

admisce

Mucilaginis Gummi Arab. concent. *P.* 3—4.

℞p. Ligni Fernambuci *P.* 8,
Aluminis *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 54,
Aceti puri *P.* 20.

Coque in lebete stanneo inter agitationem ope spathulae ligneae, donec

Liquoris colati *P.* 36

supersint, in quibus solve

Gummi Arabici *P.* 2,
Stanni chlorati *P.* 1/4.

℞p. Coccionellae *P.* 8,
Kali carbon. dep. *P.* 4.

Pulveratis mixtisque affunde

Aquae destill. *P.* 80.

Digere per diem dimidium. Liquori adhuc calenti paulatim admisce

Aluminis *P.* 1,
Acidi oxalici *P.* 4,
Aceti destill. *P.* 48.

Effervescentia finita, filtra et residuum in filtro

Aquae *P.* 18

elue. In liquoribus filtratis commixtis solve

Gummi Arabici *P.* 12.

Nota. Hoc Rubramentum commendatur.

Rubramentum e Carmino.

℞p. Carmini rubri *P.* 5.

Solve leni calore in

Liquoris Ammoni caust.,
Aquae destill. aa *P.* 150.

Tum adde

Gummi Arab. pulv. *P.* 15.

Rubramentum Ohmii.

℞p. Coccionellae trit.,
Sacchari albi,
Gummi Arab. aa *P.* 1,
Liq. Ammoni caust. *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 40,
Aluminis pulv. q. s.

Macerando et filtrando fiat rubramentum.

Rubramentum ad signandas oves.

Farbe zum Zeichnen der Schaafe.

℞p. Cinnabaris praep. *P.* 7,
Magnes. hydrico-carbonicae *P.* 4,
Olei Terebinth. *P.* 1.
Olei Lini *P.* 6.

Terendo exacte misceantur. Ad usum mixtio Oleo Lini diluatur.

Violaceamentum.

Violette Tinte.

Rp. Ligni Campechiani *P.* 8,
Aquae destillatae *P.* 64.

Coque cum aqua tamdiu, donec fere dimidia pars consumpta sit. In
Colaturae *P.* 30
solve agitando
Aluminis crudi *P.* 2 1/2,
Gummi Arabici *P.* 1 1/2.

Viridamentum.

Grüne Tinte.

Rp. Gutti subt. triti *P.* 1,
Coeruleamenti *P.* 10—20.

Commisce et inter agitationem macera.

Rp. Tartari depurati *P.* 16,
Aeruginis pulv. *P.* 32.

Coque cum Aceto Vini et aquae āā *P.* In colaturae *P.* 80 solve
Cupri acetici cryst. *P.* 1,
Gummi Arabici *P.* 8.

Rp. Kali bichromici triti *P.* 8.

Affunde in vas porcellaneum immissis
Acidi sulphurici conc. *P.* 8,
antea cum
Aquae *P.* 64
dilutas. Tum calefac et inter evaporandum agitandumque paulatim instilla
Spiritus V. rectfss. *P.* 24.
Liquorem evaporando ad
Partes 56 residuas
redactum filtra. In colatura solve
Gummi Arabici *P.* 8.

Finis partis de liquoribus scriptoriis.

Liquor Sennerti.

Rp. Galbani pulverati *P.* 16,
Gummi Hederae *P.* 3,
Olei Terebinthinae *P.* 8,
Olei laurini,
Olei Lavandulae āā *P.* 1.

Digere per unum diem, dein ad siccum fiat destillatio.

Liquor ad Serum Lactis parandum.

De abomaso vituli lactentis aqua abluto tunica interna deradatur.
Tunicae hujus derasae *P.* 3
affunde
Vini albi *P.* 26
et adde
Salis culinaris *P.* 1.

Macera per triduum, saepius conquassando, tum filtra.

Sit liquor limpidus, coloris subflavi, acidi nonnisi valde exiguam copiam continens. *Ph. Bor.*

Ad usum *P.* 1 liquoris Lactis vaccini *P.* 200 in balneo vaporis ad 70—80° C. calefactis immisceatur.

Tinctura seripara.

Essentia Stomachi vitulini. Labessenz.

Rp. Abomasi vituli lactentis recentis aqua abluti et concisi (stomachi vitulini quarti) *P.* 12,
Salis culinaris *P.* 2,
Vini albi Rhenani *P.* 34.

Macera per diem dimidium, tum affunde
Spirit. V. rectf. *P.* 5.
Digere per diem unum leni calore. (40° C.) Post refrigerationem filtra.

Nota. Pars una hujus Tincturae sufficit ad coagulationem Partium 200 lactis vaccini.

Liquor Strychnini.

Liquor Strychniae *Ph. Brit.*

Rp. Strychnini cryst. *P.* 2,
Acidi hydrochlorici *P.* 3,
Spirit. V. rectfss. *P.* 60*v*,
Aquae destill. *P.* 180*v*.

Solve et misce. (*P.* 120 contineant circiter Strychnini *P.* 1.) *Ph. Brit.*

Liquor Tartari stibiati.

Aqua emetica.

Rp. Tartari stibiati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 480.

Solve. *Ph. Dan.*, *Ross.*
Ph. mil. Austr. 1½ et 480.

Lithium chloratum.

℞p. Triphyllini (=3LiO,PO^5+6(3FeO[vel 3MnO]PO^5)) *P.* 12.

Pulveratas paulatim inter agitationem injice in miscelam tepidam, paratam ex

Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,120, *P.* 26
(vel Acidi hydrochl. pond. spec. 1,123, *P.* 25) et
Acidi nitrici, pond. spec. 1,200, *P.* 4
(vel Acidi nitrici, pond. spec. 1,178, *P.* 4½)

et digere, donec liquor colorem flavescentem pallidum induerit. Tum liquori, a sedimento defuso et commisto cum

Aquae font. circiter *P.* 400,

instilla

Liquoris Ammoni caustici, pond. spec. 0,960, *P.* 36,

vel quantum requiritur. ut Ammonum paulum praevaleat et praecipitatio perfecta sit. Tum sepone per diem unum et liquorem a praecipitato colando per linteum et praecipitatum fortiter exprimendo ope preli separa. Liquorem tunc, filtratum per chartam bibulam, in patinam porcellaneam immissum evaporando inter agitationem ad siccum redige atque postremo calefac, donec Ammonium chloratum immixtum maxima ex parte expulsum fuerit. Massam salinam residuam solve in

Aquae dest. *P.* circiter 20,

et affusa

Liquoris Ammoni caust. *P.* 1,

liquido instilla

Liquorem Ammoni oxalici,

quamdiu inde turbatio vel praecipitatum efficitur. Liquorem filtra, evaporando ad siccitatem redige et sal residuum ure, donec omnia salia ammoniacalia immixta avolaverint. Massam refrigeratam dein solve in aquae parva quantitate, solutam filtra et evaporando iterum ad perfectam siccitatem redige. Serva in lagenulis optime obturatis, ne humescat.

℞p. Micae lithonicae (Lithonglimmer, Lepidolith; Silicias lithonicus) *P.* 10,
Calcariae ustae *P.* 20.

Pulveratae mixtaeque per horam unam aestu rubello excandescant. Massa refrigerata contrita, additis

Calcariae ustae *P.* 1 et
Aquae destillatae *P.* circiter 120,

inter agitationem excoquatur, quod addendo aquam et Calcariam bis repetatur. Liquoribus obtentis colatis instilla

Acidi hydrochlorici,

quantum ad neutralisationem requiritur, tum evaporando ad circiter

Partes remanentes 30 – 40

redactis, admixta

Liquoris Ammoni caust. *P.* 1,

instilla

Liquorem Ammoni oxalici,

quamdiu inde turbantur. Fluidum dein evaporando ad siccitatem redactum incalescat, donec salia ammoniacalia immixta avolaverint. Residuum refrigeratum et contritum affundendo miscelam, paratam e

Spiritus Vini alcoholisati et
Aetheris āā Partibus,

digerendo et filtrando elixivetur, quamdiu aliquid solvitur. Tum solutio, Spiritu et Aethere destillando elicitis, ad siccum evaporet.

Lithonum carbonicum.

LiO,CO^2.

℞p. Ammoni carbonici *P.* 6.
Solve in
Aquae destillatae tepidae *P.* 24.

Liquori filtrato affunde

Lithii chlorati sicci *P.* 4,

antea solutas in

Aquae destillatae *P.* 16.

Tum usque ad ebullitionem calefac et per diem unum loco frigido sepone. Dein sedimentum in filtrum ingere, primum affundendo parvam quantitatem Aquae destillatae frigidae, postea ope Spiritus Vini rectificati tamdiu elue, donec liquor defluens addito Argento nitrico soluto vix turbetur. Tandem massam in filtro remanentem inter chartae strages bibulae primum leni calore, postea calore balnei vaporis exsicca. Eff. *P.* 2.

Nota. Fluida e filtratione et elutriatione ad siccum evaporent. Residuum candefactum Lithium chloratum exhibet. Li-

thonum carbonicum est pulvis albissimus levior, in aquae *P.* 100 solubilis.

℞p. Micae lithonicae (Lepidolith, Lithonglimmer) q. v.

Mica lithonica in crucibulum immissa igni fortiore liquetur. Massa liquefacta ope cochlearis ferrei exemta, denuo micae quantitas sufficiens in crucibulum ingeratur et liquetur.

Mica vitrea adhuc fervens in aquam frigidam immittatur, ut celeriter refrigescat, tum ope trutinae examinata et ad pulverem redacta laevigetur.

Huic massae laevigatae, adhuc humidae, pondo Partibus 50 siccatis circiter respondenti admisce

Acidi muriatici crudi, pond. spec. 1,2. *P.* 60 et
Aquae fervidae *P.* 40.

Mixturam per horas decem digere, tum inter agitationem usque ad ebullitionem calefac, interdum sensim admiscendo

Acidi muriatici *P.* 40

vel quantum sufficit ad reactionem acidam efficiendam, et denuo per aliquot horas digere. Dein adde inter agitationem

Calcariae hypochlorosae *P.* 2

vel eam quantitatem, in aqua solutam, quanta ad perfectam oxydationem Ferri oxydulati requiritur. Quo facto liquor filtretur, residuum in filtro aqua abluendo. Liquori filtrato, evaporando ad voluminis trientem redacto, adhuc fervido instilla

Natri carbonici soluti q. s.,

ut portiuncula liquoris filtrata reactionem parvam alcalinam praebeat.

Tum liquori denuo evaporatione deminuto, si opus est filtrato, immisce

Platino-Kalii chloridati in aqua calida soluti

eam quantitatem, quae ad praecipitationem Rubidii. Caesii et Thallii sufficit. (*P.* ⅓ Platino-Kalii chloridati plerumque sufficit). Dein liquor evaporet ad justum concentrationis punctum et loco frigido seponatur, ut Platino-chloreta crystallisatione demittantur. Post filtrationem in liquorem

Acidi hydrosulphurici gasiformis q. s.

inducatur, ut Platinum solutum praecipitetur. Platino sulphurato filtrando separato, e liquore, evaporando paulum deminuto, addendo

Natri carbonici soluti q. s.

Lithonum carbonicum praecipitetur, quod in filtro collectum Spiritu Vini rectificato eluatur, dein siccetur. Eff. circiter *P.* 1⅔.

Lithonum citricum.

3LiO,$\overline{Ci}$. Citras Lithiae *Ph Brit.*

℞p. Acidi citrici cryst. *P.* 100.

Solve in

Aquae destill. *P.* 400.

Tum liquori calefacto immisce inter agitationem

Lithoni carbonici *P.* 54

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Dein liquorem calore balnei vaporis ad spissitudinem syrupi densioris evapora et massam in lamellas tenues divisam loco calido, per aliquot dies seponendo, exacte exsicca, quae contrita statim in lagenas siccas, bene obturandas, ingeratur. Sit pulvis albus, ex aëre humorem attrahens, in aqua facile solubilis.

Litus Rustii ad Ulcera syphilitica.

Rust's Syphilisschmiere.

℞p. Hydrargyri bichlorati *P.* 6,
Extracti Conii,
— Chamomill. āā *P.* 120,
Tinct. Opii simpl. *P.* 60,
Mellis rosati *P.* 480.

Misce exacte. Recens paretur. *Ph. Bad.*

Looch album

(Parisiense). *Looch blanc.*

℞p. Olei Amygdalar. *P.* 4,
Gummi Arab. *P.* 1,
Aquae Flor. Aurant *P.* 2½.

Fiat. l. a. in mortario porcellaneo optime terendo emulsio, cui adde

Aquae destill. *P.* 24,
Syrupi Amygdal. *P.* 16.

Denique admisce

Tragacanthae sbt. plv. *P.* ⅕.

Paretur, quoties usus poscit.

℞p. Amygdalarum dulcium excorticatarum,
Sacchari albi āā *P.* 60,
Aquae destillatae *P.* 20.

Ad pultem tenerrimam contundendo redactis l. a. admisce

Tragacanthae subt. pulv. *P.* 1,
Aquae Fl. Aurant. *P.* 30,
Aquae destill. *P.* 180.

Ph. Hb. Ol. Amygd. 4, Tragac. $\frac{1}{3}$, Aq. 28, Syr. Amygd. 16.
Ph. Belg. Ol. Amygd. 12, G. Tragac. 1, Syr. Amygd. 24, Aq. 63.
Ph. Gall. Amygd. dulc. 18, — amar. 2, Sacch. 16, Ol. Amygd. 16, Tragac. $\frac{4}{5}$, Aq. flor. Naphae 16, Aq. 125.

Looch oleosum.

Looch pectorale, Looch gummosum s. Anglicum. *Looch huileux.*

Rp. Olei Amygdalar.,
Gummi Arab, aa *P.* 16,
Syrupi Althaeae *P.* 32,
Aq. flor. Naphae *P.* 16,
Aq. destillatae *P.* 96.
M. Fiat l. a. emulsio. *Ph. Gall.*

Looch pulmonale.

Looch de pulmone vulpium.

Rp. Succi Liquiritiae,
Sem. Anisi vulg.,
— Foeniculi,
Gummi Arab. aa *P.* 1.
Subtilissime pulveratis admisce
Syrupi Sacchari *P.* 12.
(Ph. Hann vet.)

Ph. Dan. (1772) Succi Liquir. 6, Aq. Foenic. q. s. Solutioni admisce Syr. Sacch. 72, pulveres ex Hb. Capill. Ven., Sem. Foenic.„ Sem. Anisi aa *P.* 4.

Looch sanum et expertum.

Rp. Rad. Liquiritiae,
Rad. Althaeae,
Rhiz. Iridis Florentin.,
Tragacanthae aa *P.* 6.
Subtilissime pulveratas commisce cum
Syrupi Amygdalar. *P.* 144.

Looch solidum.

Pasta amygdalina. *Orgeade.* Mandelteig.

Rp. Amygdalar. dulc. *P.* 60,
— amar. *P.* 6.
Degluptae ita contundantur cum
Aquae flor. Naphae q. s.
et Sacchari albi *P.* 60,
ut fiat massa subtilissima. Tum adde
Aquae flor. Naphae
tantum, ut pondus totum Aquae admixtae exaequet
Partes 18.
Massam, strage Sacchari pulverati vel Glycerini conspersam, in vasis porcellaneis serva.

Looch viride.

Looch Pistaciarum.

Rp. Seminum Pistaciae *P.* 15,
Aquae Fl. Aurant. *P.* 3.
Ad pultem tenerrimam redactis admisce liquorem emulsivum, paratum ex
Olei Amygdalar. *P.* 20,
Tragacanthae *P.* 1,
Syrupi Violarum *P.* 40,
Aquae Fl. Aurant. *P.* 10,
Aquae communis *P.* 140.
Postremo adde
Tinct. Croci q. s.,
ut mixtura sit viridis reddita.

Lotio contra Ephelides (Waltheri.)

Waschmittel gegen Sommersprossen.

Rp. Tinct. Benzoës,
— Cantharidum,
Balsami Vit. Hoffm. aa *P.* 1,
Boracis pulv. *P.* 2,
Aquae Rosarum *P.* 64.
Misce et agita.
Signa: ad lotiones.

(Lotio Stollii.)

Rp. Olei Sinapis aeth. *P.* 1,
Aceti destill. *P.* 250,
Spirit. V. rectfss. *P.* 50.
M.

Lotio leniens.

Aq. leniens. Wasser gegen Hautjucken, Abschälen der Haut, Brennen der Haut.

Rp. Bismuthi nitrici praec. *P.* 1,
Aq. Amygdal. amar. *P.* 3,
Tinct. Digitalis *P.* 4,
Glycerini *P.* 24,
Aquae Rosarum *P.* 96.
M.

Lotio mercurialis

Cazenavii

contra pruriginem.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1,
Spiritus camphorati *P.* 25,
Spiritus V. rectfss. *P.* 275,
Aquae destillatae *P.* 1500.

Solve et misce.

Lotio mercurialis Henryi.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1,
Spirit. Menth. crisp. *P.* 100,
Spirit. V. rectfss. *P.* 200,
Aquae destill. *P.* 1500.

Solve et misce.

Lotio contra tineam Capitis Barlowii.

℞p. Natrii sulphurati *P.* 1,
Saponis kalini albi *P.* 15,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2,
Aquae Calcariae *P.* 250.

Solve et misce.

Lupulinum.

Lupulina.

Colligitur e Strobilis Lupuli Humuli siccis, quos in cribrum injectos tundas. Granula resinoso-amara citrina a quisquiliis mundata serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

Lupulitum.

Extractum Lupulini. Hopfenbitter.

℞p. Lupulini *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 10.

Digere per aliquot dies, exprimendo cola et liquorem evaporando ad spissitudinem extracti redige. Dein massam frigidam solve in

Aquae frigidae *P.* 5,

filtra et liquorem leni calore ad extracti consistentiae grad. II. evapora.

Magnesia acetica liquida.

$MgO,\bar{A}+23,6\ Aq.$ Liquor Magnesiae aceticae.

℞p. Aceti concentrati, p. spec. 1,040, *P.* 40,
(vel p. spec. 1,038 *P.* 41.)
Aquae destill. *P.* 10.

In vas amplius ingestis et calefactis paulatim adde inter agitationem

Magnesiae carbonicae *P.* 10

vel quantum ad neutralisationem Aceti requiritur. Solutionem filtratam evaporando ad *P.* 42 remanentes redige.

Nota. Liquoris Partes 100 continent *P.* 33,3 Magnesiae aceticae siccae.

Loco Magnesiae carbonicae adhibebis Magnesiae ustae *P.* 4¼ circiter.

Magnesia acetica

Renaulti.

℞p. Magnesiae carbonicae *P.* 4,
Aquae destill. fervidae *P.* 12.

Mixtis inter agitationem affunde

Aceti concentrati *P.* 19

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Tum fluidum evaporet, ut

Partes 10

remaneant. Serva.

Magnesia boro-tartarica.

Borotartras Magnesiae.

℞p. Tartari boraxati *P.* 20,
Magnesiae carbonicae *P.* 5.

Mixtis affunde paulatim inter agitationem

Aquae fervidae *P.* 40.

Tum miscela in balneo vaporis ad siccum evaporet.

Magnesia carbonica crystallisata.

$MgO,CO^2+3HO.$ Magnesia carbonica neutralis.

℞p. Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 6.

Solve in

Aquae destill. *P.* 18.

Liquori filtrato, loco frigido bene refrigerato, admisce liquorem frigidum, solvendo paratum e

Natri carbonici cryst. *P.* 7
et Aquae destill. *P.* 21.

Mixturam sepone loco frigido (+ 6 ad 12° C.) per dies quatuor. Tum sedimentum albissimum in filtro collige, Aqua destillata frigida ablue, ope preli exprime et, calore non adhibito, loco frigido

calore gradus 15 therm. Celsiani nunquam excedente) sicca. Sint crystallula parva prismatica.

Magnesia carbonica levis.

$5MgO,4CO^2+8HO$. Magnesia hydrico-carbonica. Magnesia carbonica *Pharmacopoearum*. Magnesia alba.

℞p. Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 10.
Solve in
Aquae destill. *P.* 100.
Liquori filtrato calefacto immisce
Natri carbonici cryst. *P.* 12,
antea solutas in
Aquae destill. *P.* 120
et filtratas. Quo facto miscelam in cucurbitam immissam usque ad ebullitionem calefac, tum praecipitatum in colatorio linteo collectum Aqua destillata calida exacte ablue, dein preli ope exprime et calore balnei vaporis exsicca.

Magnesia carbonica ponderosa.

$4MgO,3CO^2+4HO$. Magnesia carbonica *Ph. Brit.* Carbonas Magnesiae *Ph. Brit.*

℞p. Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 10.
Solve in
Aquae destill. *P.* 50.
Liquori filtrato admisce
Natri carbonici cryst. *P.* 12,
antea solutas in
Aquae destill. *P.* 60
et filtratas. Mixtura in patinam porcellaneam immissa inter agitationem calore balnei arenae ad siccum evaporet. Massam residuam Aqua destillata superfunde et in colatorium linteum translatam elue, quamdiu liquor defluens Baryo chlorato soluto addito turbatur. Dein massam expressam calore balnei vaporis exsicca. *(Ph. Brit.)*

Magnesia citrica.

$3MgO,\overline{Ci}+$? Aq.

℞p. Acidi citrici cryst. *P.* 8.
Conterendo misce cum
Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 5
vel quantum ad neutralisationem Acidi citrici suffecerit. Quo facto admisce
Spiritus V. rectfss. q. s.,
ut puls efficiatur, quae calore non adhibito siccetur.

Quantitas Magnesiae hydrico-carbonicae, quae quantitatem quamquam Acidi citrici neutralem reddit, antea tentando experienda est. Sit pulvis albus levis, in aquae *P.* 2 solubilis.

Magnesia citrica liquida.

$3MgO,\overline{Ci}+11HO+144$ Aq. Liquor Magnesiae citricae.

℞p. Acidi citrici cryst. *P.* 20.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 120.
Solutis adde paulatim inter agitationem
Magnesiae ustae *P.* 6½,
(aut Magnesiae hydrico-carbonicae p. 12–13),
vel quantum ad neutralisandum acidum requiritur. Liquori filtrato adde
Aquae destillatae frigid.
eam quantitatem, ut liquoris totius pondus exaequet
Partes 160.

Nota. 100 Partes liquoris continent 20 Partes Magnesiae citricae.

Paretur hic liquor, si poscatur, ut eum mixturis admisceas.

Magnesia effervescens Moxoni.

℞p. Magnesiae carbonicae,
Magnesiae sulphuricae dilapsae,
Natri bicarbonici,
Kali bitartarici,
Acidi tartarici āā *P.*
Subtiliter pulveratae et siccatae misceantur, dein in lagenis serventur. Dosis: cochlear parvum cum aqua frigida.

Magnesia hydrica.

Hydras magnesicus in aqua *Ph. Fenn.*

℞p. Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 3.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 8
et filtra. Liquori usque ad ebullitionem calefacto inter agitandum instilla
Kali causticum solutum,

quamdiu praecipitatum exoritur, quod in filtro collectum et Aqua destillata fervida bene elotum deinde cum

Aquae destill. frigidae,

aëre vacantis, ea quantitate commisceatur, ut pondus mixtionis

Partes 7

exaequet. *Ph. Fenn.*

Serva in vase vitreo, epistomio vitreo depolito munito. Cont. 7% MgO.

Magnesia hyposulphurosa.

MgO,S^2O^2+6HO. Magnesia subsulphurosa.

Rp. Natri hyposulphurosi cryst. *P.* 60.

Solutis in

Aquae destill. frigid. *P.* 300

et filtratis admisce liquorem filtratum frigidum, paratum e

Baryi chlorati cryst. *P.* 60

et Aquae destill. *P.* 300.

Praecipitatum inde exortum, admixtis

Aquae destill. *P.* 300,

in linteo collige, Aqua destillata frigida ablue et ope preli expressum loco tepido sicca. Hujus siccati

praecipitati *P.* 40

in mortario contritis immisce liquorem solvendo paratum e

Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 37,

et Aquae destill. *P.* 180.

Mixtura in cucurbitam vitream immissa stet saepius agitata per diem dimidium loco tepido. Deinde filtra, residuum in filtro Aquae destillatae paulo eluendo. Liquor filtratus, in patinam planam immissus seponatur loco tepido, cujus temperies 30° C. non excedit, donec evaporatione spontanea satis salis crystallisati demissum fuerit. Eff. *P.* 35.

Crystalla inter strages chartae bibulae premendo siccata serventur in vitris obturatis, a luce remotis.

Magnesia-Kali tartaricum.

$KaO,\overline{T}+MgO,\overline{T}+8HO$.

Rp. Kali bitartarici pulv. *P.* 32,
Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 8,
Aquae destill. *P.* 100.

In ollam vitream immissae stent loco frigido (calore 12° C. non excedente) et saepius agitentur, tum seponantur per aliquot dies, donec in massam crystallinam (vel in crystalla prismatica) abierint, quae statim in lagenam bene obturandam immittatur et servetur.

Magnesia-Kali tartaricum solutum.

$KaO,\overline{T}+MgO,\overline{T}+8HO+90,3$ Aq.

Rp. Kali bitartarici subtiliter pulv. *P.* 30,
Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 10,
Aquae dest. frigidae *P.* 120.

In lagenam vitream immissas, interdum agitatas, sepone loco frigido (calore 12° C. non excedente) per horas sex. Tum filtra, filtrum postremo eluendo Aquae destillatae ea quantitate, ut liquor filtratus exaequet

Partes 172.

Ad usum recens paretur. Partes 4 liquoris continent partem unam Magnesia-Kali tartarici crystallisati.

Sit saporis salini amariusculi.

Magnesia lactica.

$MgO,\overline{L}+3HO$.

Rp. Ferri lactici corrupti *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 16.

In patinam porcellaneam immissas coque per horam unam. Dein adde

Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 1

et evapora ad volumen liquoris usque demidium. Post refrigerationem filtra, residuum in filtro aqua eluendo. Liquori limpido denuo in patinam porcellaneam remisso calefactoque ad ebullitionem usque instilla

Aquae chloratae

eam quantitatem, ut vestigia ferri perfecte in oxydum transmutentur (quod Kalio ferricyanato rubro investigandum est). Quo facto immisce

Magnesiae ustae

quantum ad oxydum ferri praecipitandum sufficit. Liquori dein filtrato, usque ad

P. 10 remanentes evaporando redacto inter agitationem instilla tamdiu

Spiritum V. rectfss.,

quamdiu mixtura manet limpida, dein post horam dimidiam admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 20

et sepone per aliquot dies loco frigido. Post hoc tempus massa salina Spiritu Vini abluatur et expressa inter chartae bibulae strages loco vix tepido siccetur. Eff. *P.* 1½.

Rp. Calcariae lacticae *P.* 60,
Aquae destillatae *P.* 300.

In patinam porcellaneam immissas, usque ad ebullitionem calefactas primum commisce cum

Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 52,
Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 1,

dein cum

Calcariae hypochlorosae *P.* 1

antea in aqua soluta. Tum filtra, residuum in filtro Aqua destillata eluendo, ut sint colaturae *P.* circiter 700.

Liquorem sepone per diem unum loco frigido et denuo filtra, tum evaporando ad voluminis usque trientem redactum post refrigerationem inter agitationem commisce cum

Spiritu V. rectfss.,

quamdiu turbatio non efficitur. Deinde addantur

Spiritus V. rectfss. *P.* 700.

Peragatur, ut supra praeceptum est. Eff. *P.* 40 – 44.

Sint crystallula tenera prismatica, coloris expertia, solubilia in *P.* 13—15 aquae frigidae.

Magnesia phosphorica.

$2MgO,HO,PO^5+6HO$.

Rp. Natri phosphor. cryst. *P.* 5.

Solve in

Aquae destill. *P.* 20

Solutis et filtratis affunde inter agitationem liquorem solvendo paratum e

Magnesiae sulphuric. cryst. *P.* 3 et
Aquae destill. *P.* 9.

Dein sepone per aliquot dies loco frigido. Crystalla collecta, Aquae destillatae paulo abluta, sepone loco tepido, ut fatiscant. Postremo massa contrita servetur.

Magnesia ricinica.

Sapo Ricini olei magnesicus.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 25.

Solve coquendo in lebete ferreo in

Aquae *P.* 200.

Solutioni coquenti paulatim inter agitationem admisce

Calcariae ustae opt. *P.* 6.

Tum coque, usquedum portiuncula exemta liquoris filtrata, affuso Acido hydrochlorico, non amplius effervescat. Liquor causticus per linteum colatus in lagenam obturandam infundatur, ut subsidat. Tum liquor decanthando depuratus evaporet usque ad

Partes 32 remanentes.

Liquori refrigerato agitando admisce

Olei Ricini *P.* 32.

Sepone miscelam loco calido et saepius agita, donec homogenea appareat et spissescere incipiat. Tum admisce

Aquae destill. *P.* 8,

calore balnei vaporis sepone per duas horas et saepius agita. Dein affusis

Aquae destill. fervidae *P.* 32,

adde liquorem calidum, solvendo paratum e

Magnesiae sulphuric. cryst. *P.* 24,
Salis culinaris *P.* 6,
Aquae destill. *P.* 120.

Ope spathulae agita, donec sapo magnesicus in massam spissam albidam coierit. Tum lixivium defunde et massam saponaceam depse, ut a lixivio adhaerente, quantum fieri potest, liberetur. Massa in exsicca et in pulverem redige. In lagenis obturatis serva. Effic. circiter *P.* 30.

Magnesia stibiata.

Rp. Magnesiae carbonicae *P.* 11,
Tartari stib. subt. pulv. *P.* 1.

Misce exacte. *Ph. Sl. H.*

Magnesia sulphurica

crystallisata.

MgO,SO^3+7HO.

Rp. Magnesiae sulphuricae, in paratione aquarum mi-

neralium e Magnesite effectae, non acidae, q. v.
Immitte in
Aquam fervidam,
ut obtineatur solutio concentrata, quae post sedimentationem adhuc calida decanthetur, dein denuo fervefacta in vas ligneum immissa et voluminis triente aquae fervidae diluta sensim inter agitationem commisceatur cum
Calcariae hypochlorosae,
antea cum aqua mixtae, ea quantitate, ut ferrum oxydulatum, quo soluto liquor inquinatus est, in oxydum transmutetur. Oxydatio perfecta est, si vestigando Kali hypermanganicum solutum non amplius decoloretur. Dein liquor filtratus l. a. in crystalla cogatur, actum crystallisationis turbando.

Magnesia sulphurica soluta.

Solutio Magnesiae sulphuricae.
(Ad recepturam.)

℞p. Magnesiae sulphuricae cryst. *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 2.
Filtra. Pond. spec. 1,179—1,180. *Signa:* Magnesia sulphurica. Sumatur 3plum.

Magnesia tartarica.

MgO,T̄+4HO.

℞p. Acidi tartarici cryst. *P.* 15.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 120.
Tum liquori frigidiori paulatim adde
Magnesiae hydro-carbonicae *P.* 10,
vel q. s., ut post effervescentiam paulum non solutum remaneat. Dein celeriter cola et liquorem loco tepido seponendo lente in crystalla redige. Sit pulvis crystallinus albissimus, in aqua difficultur solubilis.

Magnesia tartarica Rademacheri.

℞p. Acidi tartarici *P.* 8.
Solve in
Aquae dest. fervid. *P.* 16.
Solutis paulatim adde
Magnesiae carbonicae *P.* 5,
vel quantum ad neutralisationem requiritur. Tum miscela calore balnei vaporis ad siccum evaporet.

Magnesia usta.

MgO.

℞p. Magnesiae carbonicae levis q. v.
In ollas figulinas, non vitreatas, ingeratur et, operculo imposito, igne fortiori (calorem fornacis figuli modicum adhibere potes) ita uratur, ut Magnesia aqua mixta Acido sulphurico diluto addito nullam effervescentiam producat. Refrigerata in vasis vitreis bene obturatis servetur.

Magnesia usta ponderosa.

Magnesia-Henry.

℞p. Magnesiae carbonicae crystallisatae q. v.
In ollas figulinas, non vitreatas inculcando ingeratur et, operculo imposito, calore fortiore fornacis figuli uratur, donec portiuncula aqua mixta Acido sulphurico diluto addito nullam effervescentiam producat. Massa refrigerata contrita in vitris obturatis serva.

Magnesium chloratum.

MgCl+6HO. Magnesia muriatica.

℞p. Acidi hydrochlorici puri, pd. spec. 1,120, *P.* 30
(vel Acidi pd. spec. 1,122 *P.* 29⅓),
Aquae destill. *P.* 10.
Mixtis et usque ad calorem 80° Cels. therm. non excedentem calefactis paulatim ingere
Magnesiae carb. *P.* 9,
vel quantum requiritur ad neutralisationem acidi. Liquor filtretur, filtrum aquae paulo eluendo, tum calore balnei vaporis evaporet, donec
Partes 20
supersint, aut donec portiuncula exemta semirefrigerata appareat sicca. Massam semirefrigeratam, pistillo calido contritam, statim in lagenas vitreas ingere et in iis, epistomiis suberinis optime clausis, serva. Sit pulvis crystallinus, in aëre humescens.

Magnesium sulphuratum fluidum s. liquidum.

MgS,HS+xAq.

℞p. Magnesiae ustae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 15.

Mixtas et usque ad ebullitionem calefactas sepone, ut refrigescant. Tum in hanc miscelam l. a. tamdiu conducatur

Gas hydrosulphuratum,

donec miscela interdum agitata eo saturata sit. Serva in minoribus lagenis, epistomiis suberinis optime obturatis, loco frigido.

Manganum aceticum (oxydulatum).

$MnO,\bar{A}$.

Rp. Aceti concentrati *P.* 20.

Calefactis inter agitationem et paulatim injice

Mangani carbonici recens praecipitati

quantitatem sufficientem, quae solvitur. Liquor filtratus leni calore (40—50° C.) ad siccum evaporet, aut cuticula salina apparente ad crystallisationem seponatur. Crystalla premendo inter strages chartae bibulae et loco tepido quam celerrime siccentur.

Sit sal pulvereum crystallinum albidum vel in crystallulis rhombicis pellucidis, parum rubentibus vel coloris expertibus.

Manganum boracicum oxydulatum.

(Ad us. technic.)

Rp. Mangani chlorati (e paratione Aquae chloratae)

Aquae communis $\widehat{aa}$ *P.*

Mixtis instilla inter agitationem

Liquorem Natri carbonici,

donec portiuncula filtrata fluidi Liquore Ammonii sulphurati affuso praecipitatum colore carneo (non nigro vel griseo) demittat. Tum filtra. Liquori limpido calefacto instilla liquorem fervidum, solvendo paratum e

Boracis *P.* 1 et

Aquae *P.* 16,

quamdiu inde praecipitatum exoritur, quod aqua elotum exprime et sicca.

Manganum carbonicum oxydulatum.

$2(MnO,CO^2)+HO$.

Rp. Mangani sulphurici puri cryst. *P.* 12.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 120,

antea coquendo ab aëre atmosphaerico liberatis. Liquori filtrato et ad circiter +10° C. refrigerato sensim instilla inter lenem agitationem

Kali bicarbonici *P.* 12,

antea solutas in

Aquae destillatae frigidae *P.* 120,

quae coquendo ab aëre atmosphaerico liberatae sunt. Dein sepone per diem unum. Praecipitatum inde ortum aqua elue, dein inter strages chartae bibulae expressum loco tepido exsicca. Contritum serva in lagenis obturatis. Sit pulvis albidus.

Manganum chloratum.

$MnCl$.

Rp. Mangani hyperoxydati depurati *P.* 20.

Solve sub divo digerendo ope lenis caloris in

Acidi hydrochlorici puri *P.* 120.

Chloro perfecte expulso, liquori decanthato adde

Mangani carbonici *P.* 1

tum digere per aliquot horas, dein filtra. Liquor quam celerrime ad siccum evaporet. Sit massa salina alba.

Manganum chloratum crystallisatum.

$MnCl+4HO$.

Manganum chloratum crystallisatum aequali modo paretur, ita tamen, ut liquorem Mangani chlorati evaporando frigerandoque in crystalla redigas, quae celeriter premendo inter chartam bibulam sicces et in lagenis optime obturatis serves. Sint crystalla pallide rosea, in aëre deliquescentia. Serva in lagenis obturatis.

Manganum citricum (oxydulatum).

$3MgO,\overline{Ci}+2HO$.

Rp. Mangani carbonici *P.* 6,

Acidi citrici *P.* 21,

Aquae destillatae *P.* 27.

In mortarium porcellaneum immissas inter terendum digere per horam unam, tum massam in filtro collige, aqua ablue et premendo inter strages chartae bibu-

lae loco tepido sicca. Sit pulvis albus, in lagenis obturatis servandus.

Manganum et Ferrum carbonicum saccharatum.

Paretur aequali modo, quo Ferrum carbonicum saccharatum, e

Ferri sulphurici cryst. *P.* 25,
Mangani sulphurici cryst. *P.* 9,
Natri carbonici cryst. *P.* 40,
Sacchari *P.* 16.

Manganum hyperoxydatum depuratum.

MnO^2.

Rp. Mangani oxydati nativi optimi *P.* 15.

Pulveratis et in cucurbitam vitream immissis affunde

Acidi muriatici crudi *P.* 10,
Aquae *P.* 30.

Digere leni calore sub divo per aliquot horas. Tum, affusa aquae calidae quantitate majore, sedimentum collige, aqua ablue, in cucurbitam remitte et, affusis

Acidi nitrici crudi *P.* 5 et
Aquae *P.* 10,

iterum leni calore digere per aliquot horas. Tandem sedimentum aqua bene ablue et sicca.

Nota. Manganum hyperoxydatum residuum mixtionis, ex qua gas Chlori evolvisti, aqua bene ablutum, siccatum et pulveratum est satis depuratum et ad salia Mangani paranda aptum.

Manganum jodatum.

MnJ.

Rp. Acidi hydrojodici *P.* 100.

In cucurbitam immissis paulatim adde

Mangani carbonici *P.* 5,

vel q. s., ut paululum non solutum remaneat. Tum quam celerrime filtra et liquorem in cucurbitam parvam vitream immissum coquendo, ut pars vacua cucurbitae semper vaporibus aquosis repleatur, ad siccum evapora. Massa sicca eximatur et statim in lagenas parvas siccas, bene obturandas, ingeratur. Sit massa crystallina rosea.

Manganum lacticum.

$MnO,\overline{La}+3HO$.

Rp. Calcariae lactic. cryst. *P.* 12.

Solve leni calore in

Aquae dest. fervid. *P.* 80.

Liquori filtrato frigido instilla

Spiritus V. rectfss. *P.* 20,

dein solutionem frigidam filtratam, paratam e

Mangani chlorati sicci *P.* 5,
et Aquae destill. *P.* 10

et agita. Tum, immixtis

Spiritus V. rectfss. *P.* 60,

sepone per dies duos loco frigido. Sedimentum exortum in filtro collige, Spiritu Vini rectificato ablue, exprime et leni calore sicca. Serva in lagenis obturatis.

Manganum sulphuricum crystallisatum.

MnO,SO^3+5HO.

Rp. Acidi sulphur. diluti *P.* 45.

In vas amplum ingestis et calefactis paulatim immitte

Mangani carbonici oxydulati sicci *P.* 10,

vel quantum solvitur. Solutio celeriter filtrata evoporet, ut partes circiter 28 supersint. Tum sepone loco temperaturae mediae (+15 ad 20° C.), ut fluidum in crystalla abeat, quae evitando calorem inter chartam bibulam premendo sicces. Serva in lagenis vitreis obturatis. Effic. circiter *P.* 15. Sint crystalla fere coloris expertia aut subrubescentia.

Rp. Mangani hyperoxydati depurati,
Acidi sulphur. conc. $\widehat{aa}$ *P.*

In patinam porcellaneam immissae sub divo et modico calore inter agitationem ad siccum evaporent. Massa refrigerata solvatur in

Aquae destillatae

quantitate triplici et post filtrationem, additis guttis nonnullis Acidi sulphurici, in crystalla evaporando et seponendo cogatur.

Manna tabulata.

Morsuli mannati. (Manna *ad usum mercatorium.)*

Rp. Mannae Calabrinae *P.* 12.

Solve coquendo in

Aquae destill. *P.* 6.
Colaturam, additis
Sacchari albi *P.* 4,
non agitando, ad justam consistentiam tabulariam coquendo redige et in modulos ligneos aut chartaceos effunde. Massam semirefrigeratam in taleolas scinde et serva.

Mannites.

$C^6H^7O^6$. Mannitum. Saccharum Mannae.

Rp. Mannae Calabrinae optimae siccae *P.* 30.
Solve in
Aquae ferventis *P.* 90.
Solutis et colatis adde inter agitationem tamdiu
Aceti plumbici (*P.* 3—4),
quamdiu fluidum inde turbatur. Fluidum adhuc calidum filtretur et tunc ei sensim instilletur tantum
Acidi sulphuri diluti,
quantum ad justam plumbi soluti praecipitationem requiritur. Praecipitato filtratione separato, liquor limpidus evaporet, donec
Partes 35
supersint, quae adhuc calidae cum
Spir. V. rectfss. tepidi *P.* 70
commistae per 24 horas loco frigido seponantur. Mannites, qui in massam pulposam coierit, supra linteum collige, fortiter exprime et in
Spiritus V. rectfss. coquentis *P.* 40—45
solve. Solutionem deinde adhuc calidam filtra et loco frigido per 3—4 dies sepone, ut in massam crystallinam coëat, quam in linteo collectam et Spiritu Vini rectificatissimo ablutam exprime atque calore lenissimo siccatam in pulverem redige. Sit pulvis albissimus levis, a plumbo liber. Effic. *P.* 10—20.

Massa Balsami Copaivae.

Balsamum Copaivae solidificatum. *Copahu solidifié.*

Rp. Balsami Copaivae *P.* 32,
Magnesiae recens ustae *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 1.
Bene mixtae seponantur, ut fiat massa consistentiae terebinthinae spissioris. Serva in ollis porcellaneis. *(Ph. Hb., Sl. H.)*

Massa ad Candelas fumales.

Rp. Cort. Cascarillae *P.* 25,
Benzoës,
Olibani aa *P.* 20,
Succini,
Sandaraci aa *P.* 5,
Carbonis vegetabilis (vel Ligni Santali rubri) *P.* 30,
Kali nitrici *P.* 10.
M. f. pulvis, cui admisce
Styracis liquidi *P.* 30,
Balsami Peruviani *P.* 3.

Massa Chartae antirheumaticae *Ph. Norv.*

Rp. Colophonii,
Picis navalis aa *P.* 12,
Cerae *P.* 4,
Picis liquidae *P.* 3.
Leni calore colliquando mixtae colentur.

Massa pilularum e Cynoglosso.

Massa pilularum sedantium cum Cynoglosso. Pilulae sedantes s. Opii comp.

Rp. Rad. Cynoglossi,
Sem. Hyoscyami,
Opii aa *P.* 4,
Myrrhae *P.* 6,
Olibani *P.* 5,
Styracis Calamitae,
Caryophyllorum,
Cassiae cinnam. aa *P.* 2.
Pulveratae optime commisceantur. *Ph. Sl. H., Dan., (Ph. Sax.), Bor. veter.*

Nota. Partes 7 mixtionis continent circiter Partem unam Opii.

Ph. Sl. H. Addendo Mucilag. G. Arab. fiant pil. ponderis grani unius.

Ph. Sax. Ope Spiritus saponati ex massa fiant pilulae.

Ph. Hann. Styrace omisso, addendo Spirit. Vini fiat massa pilularis.

Ph. Norv. Opii, Olibani, Rd. Cynogl. aa 2, Myrrh. 3, Sem. Hyoscyam., Styrac. Calamit., Caryoph., Cass. cinn., Croci, Castorei aa *P.* 1. Partes 15 cont. Opii *P.* 2.

Ph. Belg. Extr. Opii, Rd. Cynogl., Sem. Hyoscyam. aa 116, Myrrh. 175, Oliban.

145, Croci, Castorei āā 43, Syrupi Opii cum quarta parte Sp. Vini mixti P. 246. Massa pilularis. *(Ph. Gall.)*

Massa pilularum eccoproticarum.

Pilulae eccoproticae.

Rp. Aloës P. 16,
G. res. Ammoniaci P. 8,
Extr. Hellebori nigri,
Resinae Guajaci āā P. 12,
Kali sulphurici P. 4,
Extr. Gentianae,
Extr. Myrrhae āā P. 2,
Balsami Peruviani,
Croci āā P. 1,
Syrupi Rhamni cath. q. s.

M. fiat massa pilularis. *Ph. Hann.*

Massa siccans pictorum polientium.

Siccativ für Staffirmaler.

I.

Rp. Zinci sulphurici,
Plumbi acetici cryst. āā P. 1,
Cerussae plumbicae opt. P. 2.

Pulveratis adde
Vernicis Lini q. s.,
ut fiat massa, quae optime laevigetur.

II.

Pulvis siccans.

Siccativ zumatique. Siccativ.

Rp. Zinci carbonici (Cerussae zincicae) P. 5,
Mangani boracici P. 1.

M. Fiat pulvis subtilissimus.

Usus. Partes 2—3 hujus pulveris addantur 100 Partibus mixtionis oleosae cum Zinco carbonico (Cerussae zincicae) ad illinimenta.

Extractum Mangani.

Manganextrakt.

Rp. Mangani boracici,
Cerussae zincicae āā P.

Misce.

III.

Rp. Cerussae zincicae P. 90,
Mangani boracici,
Mangani oxydati hydrati āā P. 5.

M. Fiat pulvis subtilissimus.

IV.

Siccativum liquidum.

Siccativöl.

Rp. Cerussae plumbicae P. 2,
Lithargyri,
Plumbi acetici cryst.,
Minii āā P. 3.

Pulveratis et in lebetem cupreum ingestis affunde
Olei Lini P. 60.

Inter agitationem coque per duas horas modico calore. Tum lebete ab igne remoto, admisce liquori paulum refrigerato
Olei Terebinth. P. 40
et agitare perge, donec miscela refrigerata fuerit. Dein sepone per aliquot dies decantha et filtra.

Masticatoria.

Kaumittel.

Masticatorium aromaticum.

Rd. Myrrhae P. 5,
Cassiae cinnamomeae P. 3,
Pulveris aromatici P. 2,
Cardamomi minoris P. 1.

Ad pulverem subtilissimum redactas immisce
Terebinthinae coctae P. 20,
Terebinth. Venetae P. 2,
antea colliquando mixtis. Fiant pastilli ponderis 0,5 Gramm. vel 8 Granorum.

Masticatorium Orientale.

Rp. Pulveris aromatici P. 2,
Rad. Pyrethri P. 4,
Rad. Zingiberis P. 1,
Elaeosacch. Vanillae P. ½,
Mastiches P. 2.

Ad pulverem subtiliorem redactas immisce
Cerae flavae P. 6,
quae antea liquatae sunt. Ex massa formentur pastilli ponderis Gramm. 0,3, Argento foliato obducendi.

Medicamina Capillorum.

Aqua contra **alopeciam** s. defluvium capillorum.

Aqua s. Spiritus trichophyticus. Waschwasser gegen das Ausfallen der Haare.

Rp. Tinct. Gallarum *P.* 4,
Tinct. Cantharidum *P.* 1,
Aquae Coloniensis *P.* 10,
Aquae Rosarum *P.* 40.

Misce conquassando, tum sepone per aliquot dies et filtra.

Rp. Mixturae oleoso-balsamic.,
Glycerini aa *P.* 20,
Tinct. Cantharidum *P.* 1,
Spirit. V. Gall. *P.* 60,
Acidi tannici *P.* 2.

M. et solve. Post aliquod tempus filtra.

Usus. Quoque die cutis capitis liquore humectetur.

Medicamen Epensteinii.

Rp. Tinct. Cantharid. *P.* 60,
Spiritus Sinapis *P.* 6,
Olei Lavandulae,
Olei Amygd. amar. aeth.,
Olei Rosarum,
Olei Neroli aa *P.* 3,
Spirit. V. rectfss. *P.* 600.

M. Quoque altero die quantitate, quae cochlear parvum replet, ope spongiae cuti capitis infricetur.

Linimentum contra **Alopeciam.**

Gegen das Ausfallen und Ausspringen der Haare.

Rp. Tinct. Cantharidum *P.* 1,
Balsami Vit. Hoffm. *P.* 60,
Acidi tannici *P.* 4,
Spirit. V. rectfss.,
Glycerini aa *P.* 240.

M. solve et filtra.

Rp. Spiritus V. rectfss. *P.* 1000,
Mixturae odoriferae moschatae *P.* 50,
Chinini sulphurici,
Acidi acetici aa *P.* 20.

Mixtis filtratisque inter agitationem instilla

Olei Ricini *P.* 500

et agita. Si mixtura inde turbida fit, admisce

Spiritus V. rectfss. q. s.,

ut limpida reddatur.

Rp. Olei Ricini *P.* 500,
Mixturae odoriferae *P.* 15,
Acidi tannici *P.* 20,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1200.

Misce, solve et filtra.

Pomata contra **alopeciam.**

Haarwuchspomade.

Rp. Pomatae odoratae *P.* 240,
Chinini sulphurici *P.* 4,
Aceti concentrati,
Aquae destill. aa *P.* 2.

M. l. a. exactissime.

Rp. Pomatae odoratae *P.* 400,
Acidi tannici *P.* 10,
Tinct. Cantharidum *P.* 5,
Mixturae oleos. bals. *P.* 10.

M. l. a.

Nota. Haec unguenta locis calvis cutis capitis infricanda sunt.

Rp. Pomatae odoratae *P.* 400,
Extracti Chinae frigide parat. *P.* 20,
Tinct. Cantharidum *P.* 5.

M. l. a.

Pomata Dupuytrenii.

Pommade contre la calvitie de Dupuytren.

Rp. Medullae ossium bovin. *P.* 300,
Balsami Peruviani *P.* 10,
Olei Cinnamomi *P.* 5,
Olei Bergamottae *P.* 3,
Tinct. Cantharid. *P.* 2,
Spirit. V. rectfss. *P.* 10.

Misce.

Balsamum crinale Wackersonii.

℞p. Pomatae odoratae *P.* 200,
Tinct. Cantharid. *P.* 1,
Balsami Peruviani *P.* 3,
Cort. Chinae reg. subtilissime pulverati *P.* 20.

Misce.

Aqua fixatoria ad capillos.

Eau de Lustre. Fixateur des cheveux.

Wasser zum Befestigen der Haare.

℞p. Sacchari albi,
Gummi Arab. āā *P.* 1,
Aquae Rosarum *P.* 80,
Aquae Coloniensis *P.* 10.

Digerendo solve, misce et filtra.

Bandoline.

℞p. Tragacanthae pulv. *P.* 2,
Aquae Rosar. *P.* 60.

Ebulliant et colentur. Colaturae adde
Rubramenti *P.* 1,
Spirit. Rosarum *P.* 6.

Liquor in vasa orificio amplo instructa effusus seponatur, ut refrigeret.

Depilatoria.

I.

Pasta depilatoria. Rhusma s. Rusma (Turcarum).

℞p. Auripigmenti *P.* 1,
Calcariae hydrat. *P.* 3,
Aquae communis q. s.

M. f. puls.

II.

Depilatorium s. Psilothrum Plenkii.

℞p. Calcariae hydrat. *P.* 40,
Auripigmenti *P.* 10,
Amyli *P.* 30,
Aq. calidae q. s.

M. Fiat puls.

Pasta depilatoria *Ph. Belg.*

℞p. Auripigmenti *P.* 37,
Calcariae ustae *P.* 593,
Amyli *P.* 370.

M. f. pulvis, in lagenis obturatis servandus. Ad usum cum aqua commisceatur.

III.

℞p. Natrii sulphhydrati *P.* 3,
Calcariae hydratae *P.* 10,
Amyli pulv. *P.* 5—10.

Misce, fiat pulvis. Cum aqua ad usum commisceatur.

IV.

℞p. Calcii sulphhydrati q. s.

Cf. idem. Pag. 82.

Usus. Loci cutis pilis vestiti strage psilothri pultiformis crassitie 1—2 Millimetrorum obteguntur. Sexta parte horae praeterlapsa psilothrum aqua frigida abluatur.

Tinctus Capillorum.

Haarfärbemittel.

Tinctus medicaminibus, quae plumbica continent, saepius effectus valetudinem profligat. Medicamina hujus generis tantum quaque altera hebdomade semel adhibeantur.

I.

℞p. Calcariae ustae *P.* 20,
Cerussae opt. *P.* 2,
Lithargyri praep. *P.* 4.

Misceantur, ut fiat pulvis subtilissimus, quem in vitris obturatis serves.

Usus. Hic pulvis commiscendo cum aqua in mucilaginem tenuem redigatur, si capillos nigrare vis, cum lacte vero vaccino, si eos fuscare vis. Hac mucilagine spongiae ope minoris capilli usque ad radiculam humectentur. Tum capillitium linteo humectato et supra mitra per 4—8 horas obtegatur. Dein capillitium ope pectinis et scopulae purgetur et unguatur.

II.

℞p. Bismuthi praec. nitrici *P.* 1.

Tere cum Olei Amygdalarum guttis nonnullis. Tum admisce
Unguenti pomadini *P.* 12,
et postremo
Aceti plumbici *P.* 1.

Usus. Haec pomata quotidie adhibeatur. Effectus lentus est.

III.

Pomata nigrans.

℞p. Acidi tannici *P.* 20.
Olei Amygdalar. *P.* 4—5,
Kali carbonici subtilissime triti *P.* 3.

Mixtae in ollam ampliorem inculcentur et calore balnei vaporis per octo dies inter iteratam agitationem digerantur. Tum massa contundendo optime praeparata exacte commisceatur cum

Unguenti pomadini, quod aquam non continet *P.* 80.
Denique massa subigatur
Ferri lactici *P.* 4,
Aeruginis *P.* 1,
antea terendo in mortario porcellaneo et addendo Oleum Amygdalarum ad pulpam tenerrimam redactis.

IV.

Pomata argentata.

℞p. Argenti nitrici *P.* 10,
Plumbi acetici,
Aceti concent. āā *P.* 5,
Ungt. pomadini *P.* 250.
M. l. a., ut fiat unguentum.
Usus. Cani hac pomata tertio quoque die unguantur.

℞p. Argenti nitrici,
Tartari depurati āā *P.* 10,
Ammoni caustici soluti *P.* 20,
Adipis suilli *P.* 80.
Misce l. a.

V.

℞p. Bismuthi nitrici praec. *P.* 5,
Aeruginis *P.* 1,
Olei Amygdalarum q. s.
Terendo in massam tenerrimam redactas commisce cum
Ungt. pomadini *P.* 30.
Usus. Cani tertio quoque die hoc unguento unguantur, quotidie autem unus vel duo Pastilli Sulphuris sumantur.

VI.

Eau de la Chine pour noircir les cheveux.

℞p. Argenti nitrici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 40.
Tum adde
Liquoris Hydrargyri nitrici oxydulati,
Spiritus odorati āā *P.* 5.

VII.

Aqua fuscans capillos.

℞p. Acidi pyrogallici sublimati *P.* 1,
Spiritus odorati *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 38.
Solve et misce conquassando.
Usus. Capilli, aqua saponata lavando a pinguedine liberati, hac aqua altero quoque die humectentur. Postea capillus unguatur.

℞p. Cupri sulphurici cryst. *P.* 1.
Solve in
Aquae Rosarum *P.* 20.
Usus. Capilli antea Aqua Calcariae eloti hac solutione humectentur.

Aqua fusca.

℞p. Carbonis fossilis fusci *P.* 1.
Pulveratae affunde
Liquor. Ammoni caust. *P.* 10,
Aquae *P* 5.
Macera per biduum, tum digere leni calore. Tandem usque ad ebullitionem calefac. Liquor colatus evaporet ad mellaginis consistentiam. Hoc extractum solve in
Aquae destill. *P.* 10,
Spiritus V. rectf. *P.* 2,
Aquae Coloniensis *P.* 1/4.
Usus. Capilli, lavando aqua saponata a pingui liberati, Aqua fusca saepius humectentur.

VIII.

Aqua nigra Anglica.

Eau Anglaise pour teindre les cheveux en noir.

℞p. Ligni ebenini nigri raspati *P.* 10.
Affunde
Aquae *P.* 200.
Digere per 1—2 dies in vase clauso. Colaturae adde
Plumbi acetici cryst. *P.* 1,
Spiritus odorati *P.* 10
et saepius agita.
Usus ut supra.

IX.

Aqua nigra Laforestii.

℞p. Vini rubri *P.* 500,
Salis culinaris *P.* 6,
Ferri sulphurici *P.* 10.
Mixtas usque ad ebullitionem calefac, tum adde
Aeruginis pulv. *P.* 6.
Post horae quadrantem admisce
Gallarum pulv. *P.* 12.

X.

Aqua nigra Graeca.

Eau grecque pour teindre en noir les sourcils ou cheveux roux.

℞p. Argenti nitrici *P.* 5,

Plumbi acetici *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 100,
Aquae Coloniensis *P.* 1.
Solve et misce agitando.
Usus ut supra.

XI.

Liquor transmutatorius ad capillos.
Liqueur transmutative pour teindre soi même les cheveux, moustaches et favoris en toutes nuances, inventée par Faivre, chimiste à Paris.

℞p. Argenti nitrici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 30.
Solve. *Signa:* Liqueur Nr. 1.

℞p. Kalii sulphurati *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 40.
Solve. *Signa:* Liqueur Nro. II.

℞p. Kalii jodati *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 6.
Solve. *Signa:* Liqueur Nro. III.

Usus. Capilli, lavando aqua saponata a pinguedine liberati, liquore Nro. 1. humectantur, et liquore Nro. II. depectuntur. Liquor Nro. III. usui est ad delendas maculas nigras, in cute forte effectas.

XII.

Mélanogène. Krinochrom.

℞p. Acidi pyrogallici *P.* 10,
Aceti pyrolignosi rectf.,
Spirit. V. rectf. aa *P.* 500.
Misce et solve. *Signa* Nro. I.

℞p. Argenti nitrici *P.* 30.
Solutis in
Aquae destillatae *P.* 900
sensim instilla
Ammoni caustici soluti
quantum requiritur, ut praecipitatum initio exoriens resolvatur. *Signa* Nro. II.

Usus. Capilli cani aqua saponata purgati et desiccati ope scopulae liquore I humectatae scopentur, dein alterius scopulae ope, liquore II humectatae, eodem modo tractentur.

Finis partis de capillorum medicaminibus.

Medulla bovina factitia.

Medulla ossium facticia. Künstliches Rindermark.

℞p. Adipis suilli rec. *P.* 2,
Olei Cacao *P.* 1.
Liquando leni calore misceantur.

Mel balsamicum

Hillii.

Hill'scher Honigbalsam.

℞p. Balsami Tolutani *P.* 9,
Styracis liquidi *P.* 2,
Opii pulv. *P.* 1,
Mellis *P.* 80,
Spirit. Vini rectf. *P.* 300.
Macera per aliquot dies et filtra.

Mel depuratum

s. despumatum. Mellitum simplex.

(Ad usum pharmaceut.)

℞p. Mellis optimi *P.* 50,
Aquae destillatae *P.* 90,
Aquae Calcariae *P.* 10.
In lebete stanneo mixtas et ad ebullitionem usque calefactas sepone, in vas figulinum immissas, loco frigido per noctem unam. Tum, admixta
Carbonis ligni grosso modo pulverati et a pulvere subtili liberati *P.* 1,
filtra per laneam manicam. Liquor evaporando calore balnei vaporis ad syrupi spissitudinem redactus coletur et loco subfrigido servetur.

(Ad usum domesticum.)

℞p. Mellis crudi *P.* 75,
Aquae *P.* 100.
In lebetem cupreum stanno bene obductum immissas modico calore usque ad coctionis gradum calefac. Tum admisce
Acidi tannici *P.* $^1/_{16}$,
(vel Gallarum pulverat. *P.* $\frac{1}{10}$)
antea cum
Aquae destill. *P.* 4
mixtam, et ope spathulae ligneae (non ferreae) agita. Fluidum per pannum laneum, antea humectatum, filtra. Liquori dein admisce lac calcarium e
Calcariae ustae *P.* $^1/_6$ et
Aquae *P.* 4 paratum.
Mixtio agitata, usque ad 70—80° C. calefacta, deinde per diem ac noctem seposita iterum per pannum filtretur et leni calore ad syrupi spissitudinem evaporet.

Mel foeniculatum.

(Schlesischer Fenchelhonig-Extrakt).

Rp. Mellis despumati spissioris *P.* 3000,
Infusi fructuum Foeniculi filtrati *P.* 100,
Olei Foeniculi *P.* 1.

Mixtae per aliquot horas digerantur.

Mel e Mercuriale.

Mellitum cum succo Mercurialis. *Miel mercurial.*

Rp. Succi recentis Mercurialis annuae *P.* 10.

Usque ad ebullitionem calefac et cola. Tum, succo depurato additis

Mellis crudi *P.* 10,

coque inter evaporandum agitandumque ad syrupi spissitudinem et iterum cola.

Mel e Mercuriale compositum.

Syrupus ad longam vitam. Syrupus Sanitatis. *Sirop de Calabre.*

Rp. Succi recentis Mercurialis annuae *P.* 100,
Succi rec. Boraginis officinalis,
Succi rec. Anchusae Italicae $\overline{aa}$ *P.* 25.

Usque ad ebullitionem calefac et cola. Tum adde

Mellis crudi *P.* 150 et

infusum paratum e

Radicis recentis Iridis germanicae *P.* 6½,
Radicis Gentianae *P.* 3¼,
Vini albi *P.* 40.

Coque inter evaporationem ad syrupi spissitudinem densioris et cola. Colaturam commisce cum

Spiritus V. rectf. *P.* 15.

Mel Rosarum.

Mel rosatum. Rhodomel.

Rp. Flor. Rosar. incarnatar. *P.* 1.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 6.

Sepone per horas duodecim, tum exprimendo cola. Liquorem leni calore evaporando ad spissitudinem mellaginis tenuioris redactum et refrigeratum commisce cum

Spiritus Vini rectfss.

volumine aequali, dein seponendo filtrandoque fac ut depuretur. Liquorem limpidum commisce cum

Mellis depurati *P.* 12

et calore balnei vaporis ad spissitudinem syrupi redactum cola. Sit mel limpidum fuscum.

Mel rosatum cum Borace.

Mel Boracis s. boracinum. Linimentum s. Linctus ad Aphthas s. boraxatus.

Rp. Boracis pulv. *P.* 1.

Solve in

Mellis rosati *P.* 8.

Ph. Dan., Lond., Edinb., Dubl. Borac. 1, Mellis despumati 8.

Ph. Norv. Borac. 1, Mellis despumat. 9.

Ph. Wrtb. Borac. 1, Mell. rosat. 8, Aq. Rosar. 3.

Mel scilliticum.

Mellitum Scillae.

Rp. Extracti Scillae *P.* 1.

Solve in

Mellis depurati *P.* 32.

Mel tannatum.

Loco Mellis rosati.

Rp. Mellis depurati *P.* 24,
Tinct. tannicae *P.* 1.

M.

Mercurius animalisatus.

Mercurius albuminatus. Hydrargyrum bichloratum albuminatum.

Rp. Albuminis Ovi *P.* 16,
Aquae destill. *P.* 64.

Mixtis instilla liquorem paratum ex

Hydrarg. bichlorati *P.* 6
et Aquae destill. *P.* 96.

Praecipitatum inde exortum collige, aqua ablue et leni calore (30—40° C.) sicca.

Mercurius gummosus (Plenkii.)

Mucilago Hydrargyri.

Rp. Hydrargyri depurati *P.* 1,
Gummi Arab. *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 2.

Terendo misceantur, donec globuli Hydrargyri plane evanuerint.

Metallica.

Calamus scriptorius metallicus.

Metallschreibstift.

Rp. Plumbi *P.* 75,
Bismuthi *P.* 30.
Liquatis admisce
Hydrargyri *P.* 8—10.

Ferrumina metallica.

Lothe.

Ferrumen durum. Schlagloth Schnellloth.
Rp. Orichalci *P.* 2, Zinci *P.* 1. Fusione misce.
Rp. Orichalci *P.* 5, Stanni *P.* 1, M.
Rp. Orichalci *P.* 1000, Zinci *P.* 333, Stanni *P.* 125. M.
Rp. Orichalci *P.* 82, Zinci *P.* 19. M.

Ferrumen stannicum. Schnellloth.
Rp. Stanni et Plumbi aa *P.* M.
Rp. Plumbi *P.* 2, Stanni *P.* 1. M.

Ferrumen organopoeorum. Loth für Orgelbauer.
Rp. Plumbi *P.* 1, Stanni *P.* 1, Bismuthi *P.* 2. Misce.

Ferrumen argenteum.
Rp. Orichalci *P.* 6, Argenti *P.* 5, Zinci *P.* 2. M.

Ferrumen opificum organorum.
Rp. Argenti puri *P.* 9, Zinci *P.* 35, Orichalci *P.* 157. M.

Ferrumen aluminicum durum.
Rp. Zinci *P.* 80, Aluminii *P.* 20. M.
Rp. Zinci *P.* 85, Aluminii *P.* 15. M.

Ferrumen aluminicum molle.
Rp. Zinci *P.* 94, Aluminii *P.* 6. M.
Rp. Zinci *P.* 92, Aluminii *P.* 8. M.
Primo Aluminium frustatim in crucibulum injiciatur, dein, sebi ovilli paulo addito, adde Zincum.

Liquor acidus ferrum fuscans.

Liquor infectorius ad cannas sclopetorum.
Brünirflüssigkeit oder Beize für Gewehrläufe.

I.

Rp. Acidi nitrici,
Tinct. Ferri muriat.,
Cupri sulphurici cryst. plv. aa *P.* 24,
Liquoris Stibii chlorati *P.* 8,
Aquae destill. *P.* 48.
Misce, sepone et agita.

II.

Rp. Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 20,
(vel Ferri sesquichl. soluti, pd. spec. 1,480, *P.* 27)
Liquoris Stibii chlorati *P.* 20,
Acidi gallici *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 40.
Misce exacte. Indumentum hac mixtura ope spongiae effectum in aëre, calore non adhibito, siccetur, quod indumentum reiteretur. Dein locus siccus Vernice Lini defricetur.

III.

Rp. Ferri sulphurici cryst. *P.* 10,
Cupri sulphurici cryst. *P.* 1.
Solvantur in
Aquae destill. *P.* 100.
Tum adde
Spirit. nitrico-aetherei *P.* 2.

IV.

Liquor ad ferrum et chalybem aere inducendum.
(Englisches Bronzirsalz.)

Rp. Liquoris Stibii chlorati *P.* 10,
Olei Olivarum *P* 1.
M.

Usus. Miscela ferrum tepefactum tenuiter et aequabiliter illinatur et per aliquot dies aëri exponatur. Ferrum tunc accurate ablutum et siccatum aut chalybe politorio (Polirstahl) tractandum, aut cera fricandum, aut vernice spirituosa e Sanguine Draconis et Lacca in tabulis obducendum est.

V.

Rp. Acidi nitrici crudi,
Spiritus nitrico-aetherei aa *P.* 4,
Tartari depur. *P.* 8,
Cupri sulphurici cryst. plv. *P.* 12,
Aquae *P.* 250,

Tinct. Ferri acet. *P.* 8.

Misceantur et digerantur.

Usus. Ferrum calcaria usta optime fricatum et mundatum hoc fluido illinatur et, indumento in aëre siccato, ope scoparum ferrearum fricetur. Inductio fluidi et fricatio saepius repetendae sunt. Postremo ferrum aqua abluatur et siccatum ope chalybis politorii glabretur.

Liquor ad Cuprum caeruleo temperandum.

Kupferbläue.

℞p. Salis Schlippii *P.* 1.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 15.

Usus. Cuprum politum liquori ad ebullitionem usque calefacto eo modo per aliquot temporis momenta immergatur, ut suspensum sit et parietem ollae porcellaneae non contingat. Dein cuprum aqua abluatur et linteo tenere defricetur.

Liquor insculptorius ad cuprum.

Aetzflüssigkeit für Kupfer.

℞p. Liquoris Ferri sesquichlorati (pd. spec. 1,480) *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 2,
Natrii chlorati *P.* 3.

M. et solve.

Liquor insculptorius ad ferrum et chalybem.

Flüssigkeit, in Stahl und Eisen Figuren oder Buchstaben einzuätzen.

℞p. Hydrarg. bichlorati corros. *P.* 24,
Acidi tartarici *P.* 2.

Solve in

Aquae destill. *P.* 672,
Acidi nitrici *P.* 2.

℞p. Tinct. Jodi *P.* 10,
Kalii jodati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 5.

M. et solve.

Metalla composita fusibiliora.

Leichtschmelzbare Legirungen.

℞p. Bismuthi *P.* 4,
Plumbi,
Stanni ãã *P.* 1.

Misce colliquando. Mixtura liquescit calore 94° Celsiani thermometri.

℞p. Bismuthi *P.* 8,
Plumbi *P.* 5,
Stanni *P.* 3.

Colliquando misce. Mixtura liquescit calore 98° Cels. therm.

Metallum fusibilius Woodii.

℞p. Bismuthi puri *P.* 15,
Plumbi *P.* 8,
Stanni *P.* 4,
Cadmii *P.* 3.

Colliquando misce. Mixtura mollescit calore 60° Cels. therm., eadem liquescit calore 65° Cels. therm.

Methodus

Ferro nitorem e caeruleo chalybeum induendi.

Eisen stahlblau anlaufen lassen.

Ferrum defricando mundatum in Acetum immerge, tum desiccatum et ope lintei Acido muriatico parce humectati detersum denuo sicca, postremo insertum in arenam siccatam calidam, calorem sensim augendo, tam diu calefac, donec e caeruleo chalybeum colorem satis induerit.

Methodus nummos

memoriales cupreos aere inducendi.

Bronzirung der Medaillen.

℞p. Aeruginis pulv. *P.* 2,
Ammon. muriat. *P.* 1,
Aceti crudi *P.* 50.

Coquendo solve et filtra. Dein adde

Aquae destill. *P.* 50.

Liquore usque ad ebullitionem calefacto superfunde nummos cupreos mundatos et in vas cupreum immissos. Tum ebullitio liquoris continuetur, donec nummi aëre inducti fuerint.

Pulvis ferruminatorius

Erneri.

Erner'sches Schweißpulver.

℞p. Boracis *P.* 16,
Ammonii muriatici,
Kalii ferrocyanati flavi ãã *P.* 2.

Solve in

Aquae destill. calid. *P.* 24.

Liquorem in patinam porcellaneam immissum evaporando inter agitationem modico calore ad perfectam usque siccitatem redige. (Massa fortiore calore detonat).

Pulvis ad orichalcum nigrificandum.

Nigredo ad orichalcum. Schwärze für Messing.

Rp Stanni bichlorati q. s.

Instilla inter agitationem in

Ammonum causticum solutum,

quod Aquae destillatae triplo volumine dilutum est. Praecipitatum inde exortum collige in filtro, aqua ablue et expressum solve, calore non adhibito, in

Acidi nitrici concentratissimi q. s.,

Acidum inter agitandum guttatim affundendo. Tum liquorem leni calore ad siccum fere evapora.

Salis residui *P.* 1

admisce

Auri chloridati *P.* 2.

Usus. Miscela haec additae aquae paulo soluta orichalco polito infricetur. Partibus sexagesimis horae decem praeterlapsis texti leviter aqua humectati ope orichalcum defricetur.

Pulvis politorius ad instrumenta chalybea.

Polirpulver für stählerne Werkzeuge.

Rp. Magnesiae ustae,
— carbonicae,
Ferri oxydati fusci laevigati
āā *P.*

Mixtae leniter urantur.

Rp. Ferri oxalici eloti q. v.

In crucibulo aperto leniter uratur.

Nota. De paratione Ferri oxalici cf. Ferrum reductum, Pag. 214.

Sapo ad Argentum mundandum.

Silberseife.

Rp. Saponis domestici *P.* 10.

Solve in

Aquae fervidae *P.* 200.

Liquori adhuc fervido colato admisce

Argillae laevigatae *P.* 30,

cum aqua contritas. Sedimentum aqua ablutum et expressum in modulos imprime et sicca.

Notanda

de institutione apparatus ad galvanometallica indumenta.

Bemerkungen über die Einrichtung des Apparats, um galvanische Metallüberzüge zu bewerkstelligen.

I.

Rem, quae pellicula metallica obducenda est, et dicitur Kathodus vel Electrodus negativa, colloca in vase vitreo aut porcellaneo. Hoc vas contineat Liquorem electrolyticum vel Electrolytum (fluidum). Res tunc conjungitur cum polo zinci apparatus Galvaniani. Tum recipitur lamina e metallo eodem confecta, quod liquor electrolyticus solutum continet. Haec lamina, quae dicitur Anodus vel Electrodus positiva, conjungitur cum polo platini ejusdem apparatus Galvaniani, et collocatur in illo vase, ita ut rei obducendae (electrodo negativae) ex adverso posita sit.

II.

Requiruntur haec:

a. Superficies metalli kathodi sit purissima, praecipue a pingui liberata.
b. Effectus fluidi electrici sit lentus et debilis.
c. Liquores electrolytici sint satis diluti et quam maxime neutrales.

Notanda

de methodo artis galvanometallicae sine apparatu Galvaniano.

Res, quae pellicula metallica obducenda est, in liquorem electrolyticum immergitur et ope bacillorum nitidorum duorum e zinco confectorum partibus duabus oppositis contingitur. Processu metallico finito metallum pretiosum una in zincum praecipitatum lege artis chemicae colligas.

Notanda

de methodo indumenta aurea aut argentea, processu galvanico exorta, auferendi.

Res, cui indumentum aureum demere vis, immersa liquori auri (electrolytico, partim usu ab auro liberato,) conjungatur cum polo platini. Tum polo zinci

lamina aurea alligetur, quae liquori auri (electrolytico) eidem immergatur. Dein liquor auri lenissimo calore calefiat. Aurum, quod solvitur, ad polum zinci transit et ad laminam auream adhaerescit.

Simili modo ope metallorum propriorum res argentatae et platinatae ab argento et platino liberantur.

Inargentatio.

I.

Liquores electrolytici.

℞p. Argenti cyanati *P.* 1,
Kalii cyanati *P.* 2—4,
Aquae destill. *P.* 30 — 60.

Conquassando solve et, si opus est, filtra.

℞p. Argenti nitrici cryst. *P.* 3.
Solve in
Aquae destill. *P.* 100 vel q. s.
Solutis adde
Kalii cyanati soluti eam quantitatem,
donec praecipitatum primum exortum inter agitationem resolutum sit.

Usus. Ad inargentationes auri, platini, cupri, orichalci, aeris campani (Bronze), atque ferri et chalybis, quae antea cupro obducenda sunt.

II.

Methodus metalla via humida atque modo facili argento obducendi.

Ratio inargentationis illi inaurationis similis est, eo tamen discrimine, ut massae auratae loco massam argentatam adhibeas hanc:

Massa argentata.

℞p. Argenti nitrici fusi *P.* 10.
Solve in
Aquae destill. *P.* 50.
Tum admisce
Kalii cyanati *P.* 25,
antea solutas in
Aquae destill. *P.* 50.

Miscelam optime conquassatam per horae quadrantem sepositam filtra. Ad usum hujus liquoris tantum pulveri, composito e
Cretae praep. *P.* 100,
Tartari dep. sbt. pulv. *P.* 10,
Hydrargyri vivi *P.* 1,
admisce, ut puls semifluida fiat et haec ad illinendum apta sit.

Aequali modo adhibeatur miscela haec:

℞p Kalii cyanati *P.* 12,
Argenti nitrici *P.* 6,
Calcar. carbonic. *P.* 30.

℞p. Argenti nitrici fusi *P.* 1,
Kalii cyanati *P.* 3.
Conterendo in mortario porcellaneo laevigatis admisce
Aquae destill. q. s,
ut fiat puls.

Usus. Haec puls cupro vel orichalco optime purato ope telae laneae infricetur.

℞p. Argenti chlorati q. v.
Solve iu solutione aquosa
Natri subsulphurosi.

Usus. Hic liquor cum Conchis praeparatis commixtus cupro infricetur.

℞p. Argenti chlorati sicci *P.* 2⅔,
Liquor. Ammoni caust. *P.* 16.
Misce agitando per horae quadrantem, tum adde solutionem calefactam e
Natri carbonici cryst.,
Kalii cyanati āā *P.* 10,
Natrii chlorati *P.* 4,
Aquae dest. *P.* 240—250.
Dein coque per horae quadrantem et filtra.

Usus. Res cupreae optime ope Spiritus vini et Cretae fricando mundatae in liquorem filtratum ebullientem immergantur, dum duobus bacillis zincicis (cf. supra) continguntur.

Methodus vitrum inargentandi.

℞p. Argenti nitrici *P.* 8.
Solve in
Aquae *P.* 24,
Liq. Ammoni caust. *P.* 8,
Spiritus V. rectfss. *P.* 24.
Sepone per 3—4 horas. Tum filtra et adde
Sacchari uvarii *P.* 2,
antea in
Aquae destill.,
Spirit. V. rectfss. āā *P.* 2
solutas.

Usus. Superficies vitri mundati inargentandi hac solutione obtecta sensim ad gradus 71 Celsiani thermometri calefiat et eidem calori tamdiu exponatur, donec praecipitatio argenti perfecta sit. Superficies inargentata et siccata vernice Mastiches obducatur.

℞p. Argenti nitrici *P.* 155.
Solve in

Aquae destill. *P.* 770,
tum adde
Liq. Ammoni caust *P* 96.
Optime conquassatis adde liquorem, paratum ex
Acidi tartarici *P.* 17,
Aquae destill. *P.* 70.
Mixtionem iterato conquassatam dilue
Aquae destill. *P.* 4460.
Tum sepone per horam unam et decantha. Liquori limpido admisce
Aquae destill. *P.* 1760.
Usus. Hunc liquorem vitro optime mundato superfunde et sensim usque ad 60° Cels. calefac, ut strages argenteae in vitrum praecipitentur.

℞p. Argenti nitrici *P.* 10.
Solutas in
Aquae destill. *P.* 80
instilla in liquorem ad ebullitionem usque calefactum, paratum solvendo e
Natro-Kali tartarici *P.* 8
et Aquae destill. *P.* 4000.
Post partem sextam horae filtra. Signa: liquor reductorius.
Dein:
*R*p. Argenti nitrici *P.* 10.
Solutis in
Aquae destill. *P.* 80
sensim instilla inter agitationem
Ammonum causticum solutum,
quamdiu praecipitatum exoriens resolvitur, cave autem, ne Ammonum superabundet. Tum admisce
Aquae destill. *P.* 960.
Signa: liquor argentatorius.
Usus. Aequalibus voluminibus liquoris reductorii et liquoris argentatorii recens mixtis vas mundatum vitreum (globum, vitreum concavum etc.) statim expleatur et per aliquod tempus seponatur. Indumentum argenteum siccum vernice obducatur.

Inauratio.

I.

Liquores electrolytici.

℞p. Auri cyanati *P.* 1,
Kalii cyanati *P.* 3—6,
Aquae destill. *P.* 50—150.

℞p. Auri trichlorati *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 50.
Tum instilla tantum solutionis, paratae e
Natri carbonici cryst. *P.* 4 et
Aquae destill. *P.* 12,
quantum requiritur ad perfectam neutralisationem acidi auro adhaerentis. Dein affunde liquorem fervidum, paratum e
Kalii ferro-cyanati *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 50—60,
et usque ad ebullitionem calefac, dum alteram partem solutionis Natri carbonici paulatim instillas. Liquidum sepone per aliquot horas, tum decanthando filtrandoque depura.

℞p. Auri trichlorati *P.* 11.
Solve in
Aquae destill. *P.* 100.
Solutis instilla tamdiu
Liquorem Ammoni caustici dilutum,
quamdiu praecipitatum inde exoritur, ita tamen, ut Ammonum non praevaleat. (Praecipitatum est Aurum fulminans, quod ob suam inclinationem ad detonationes caveas). Praecipitatum adhuc humidum ingere in solutionem fervidam, paratam e
Kalii cyanati puri *P.* 6—8 et
Aquae destill. *P.* 500—800.

II.

Methodus metalla via humida et modo facili auro obducendi.

Res metallicae l. a. zinco obductae ope penicilli massa aurata, infra commemorata, illinantur. Massa inducta siccata ope scoparum setacearum defricetur.

Massa aurata.

℞p. Auri trichlorati *P.* 36.
Solve in
Aquae destill. *P.* 36.
Solutas commisce cum solutione, parata e
Kalii cyanati *P.* 60 et
Aquae destill. *P.* 80.
Miscelam optime conquassatam repone per horae quadrantem et filtra. Ad usum hujus liquoris eam quantitatem pulveri, composito e
Cretae praepar. siccatae *P.* 100 et
Tartari depurat. *P.* 5,
admisce, ut puls semifluida fiat et haec ad illinendum apta sit.

III.

℞p. Auri trichlorati *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 4.

Solve et commisce cum liquore, parato e

Kalii cyanati,
Natrii chlorati āā *P.* 6,
Natri carbon. cryst. *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 240—250.

Tum sepone et saepius agita, donec liquor sit decolor.

Usus. Res metallicae auro obducendae, optime ope Spiritus vini et Cretae fricando mundatae, in liquorem limpidum bullientem immergantur, dum duobus bacillis zincicis contingantur. Cf. supra Pag. 308 Notanda de methodo artis etc.

IV.

℞p. Auri trichlorati *P.* 9.

Solve in

Aquae dest. *P.* 1000—2000.

Tum adde

Kali bicarbonici cryst. *P.* 360.

Coque tunc per horas duas. (Effectum est Kalium chloratum, Kali cum Auro oxydato et oxydulato.)

Usus. In liquorem hunc bullientem res cupreae immerguntur, res argenteae autem inter immergendum filo cupreo contingendae sunt. Simulatque filum cupreum strage cuprea nigra obtectum est, id exime, coquere autem perge, donec res argentea colorem saturate flavum induerit. Tum res aqua abluatur et scopa metallica tractetur. Liquorem seponendo et decanthando depuratum, iterum ad ebullitionem calefac et in eum rem denuo immerge, inter movendum filum cupreum in liquore, rem non contingens. Hanc operationem iterare et, si vis, rem auro obductam tandem fortiter incalfacere potes.

Incupratio.

I.

Liquor electrolyticus.

℞p. Cupri oxydati triti *P.* 1.

Affunde

Liquoris Kalii cyanati concentratioris *P.* 10—20.

Digere calore 87° Cels. therm. non excedente per horam unam. Liquor tum diluatur

Aquae destill. *P.* 20—40,

et filtretur.

II.

Methodus res ferreas (uti clavos, epitonia, cochlearia) cupro obducendi.

℞p. Stanni chlorati *P.* 4,
Zinci sulphurici *P.* 7,
Cupri sulphurici cryst. *P.* 6.

Ingere in

Aquae pluvialis *P.* 2000,

antea commixtas cum

Acidi sulphurici conc. *P.* 10,

et agita.

Usus. In hoc fluidum ingere clavorum ferreorum ponderis partes 1700—1800 et per horam dimidiam et diutius agita, tum clavos exime, aqua ablue et conquassando cum serragine siccata e ligno sicca. Clavi ante incuprationem sunt aqua saponata lavandi et conquassando cum serragine siccandi.

III.

Mixtura ad Zincum cupro obducendum.

℞p. Cupri sulphurici *P.* 15.

Solve in

Aquae destill. *P.* 75.

Liquorem commisce cum

Kalii cyanati *P.* 19,

antea solutis in

Aquae destill. *P.* 80.

Mixturae admisce

Argillae albae laevigatae *P.* 160,

ut fiat massa syrupi consistentiae, quae rebus zincicis infricetur. Massa semper recens adhibeatur.

Implatinatio.

I.

Liquor electroliticus.

℞p. Platino-Ammonii bichlorati (Salis ammoniaci platinici, $NH^4Cl,PtCl^2$) *P.* 10.

Solve coquendo in

Aquae destill. *P.* 1000.

Solutis adde instillando

Liquoris Ammoni caust. *P.* 5—8,

ut accurate neutralisentur.

Usus. Liquor ad implatinationem cupri et orichalci adhibeatur.

II.

℞p. Salis ammoniaci platinici *P.* 1,
Ammonii muriatici *P.* 8,
Aquae destill. *P.* 40.

In ollam porcellaneam immissis et ad ebullitionem calefactis immerge res cupreas vel orichalceas, optime mundatas. Indumentum postea Cretae laevigatae ope fricandum est.

Instannatio.

I.

℞p. Liquoris Kali caust. concent. *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 20—30.

Mixtis et calefactis paulatim ingere
Stanni oxydati
quantum digerendo inter agitationem solvitur.

Usus. Hunc liquorem in patinam figulinam aut porcellaneam ingere, tum immitte ramenta stanni; supra ramenta colloca res cupreas stanno obducendas, et calefac. Vasa intus instannanda bene mundata liquore Kali stannici impleantur et, ramentis stanneis ingestis, calefiant.

Nota. Ad instannandum ferrum ille liquor loco liquoris electrolytici et fluidum galvanico-electricum possunt adhiberi.

II.

Liquor stannatus.

℞p. Stanni chlorati *P.* 4,
Ammoni muriatici *P.* 1,
Salis culinaris *P.* 4.

Mixtis affunde
Acidi hydrochlorici *P.* 16,
Acidi nitrici *P.* 8,
et saepius agita.

Usus. In hunc liquorem stannatum aqua plus minusve dilutum metallum optime mundatum, stanno obducendum, immerge et per sufficiens tempus sepone, donec stannatio effecta sit.

Nota. Si vero ferrum et cuprum eodem modo tractas, metallum cum filo e zinco conjunge.

III.

Instannatio vasorum cupreorum.

In vas cupreum optime mundatum! calefactum ingere stannum liquatum et pulveris, parati ex
Ammoni muriatici,
Colophonii aa *P.*
parvam quantitatem. Tum ope plicae turgidae e stupa stannum supra superficiem cupri calefacti optime extende. Stannum superfluum effunde.

Inzincatio.

I.

Liquor electrolyticus.

℞p. Solutionis Kalii cyanati q. v.
Calefactae immitte
Zinci carbonici recens praecipitati,
quantum solvitur. Tum aqua dilue.

II.

℞p. Zinci chlorati *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 20—80.

Usus. Liquorem immitte in vas figulinum, tum adde quantitatem zinci granulati, supra zincum granulatum colloca res cupreas et orichalceas zinco obducendas, postremo usque ad ebullitionem calefac.

Finis partis de metallicis.

Methodus lavatoria

Americana.

℞p. Saponis raspati *P.* 1000.
Solve in
Aquae pluvialis *P.* 50000.

Dein admisce mixturam bene agitatam, paratam ex
Olei Lavandulae *P.* 15,
Olei Terebinth. Gall. *P.* 30,
Ammoni caustici soluti *P.* 20.

Mixtione peracta, immitte in liquorem lintea, quae macerata post horas duas eximantur, fricentur et contortione non adhibita exprimantur. Quo facto lintea immittantur in aquam pluvialem fere fervidam et digesta post horas duas eximantur et denuo fricentur, dein aqua frigida bene eluantur, siccentur etc.

Methodus

Resinas decolorandi.

(Ad parationem laccarum et vernicum albarum.)

℞p. Resinae cujusvis crudae *P.* 5,
Aquae ferventis *P.* 25—30.

Ebullientibus adde paulatim solutionem e
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
Aquae *P.* 2—3

paratam, aut eam quantitatem hujus salis, ut resina solvatur. In liquorem colatum conducatur tamdiu
Acidum sulphurosum gasiforme (cf. Pag. 15),

donec praecipitatum non amplius demittatur. Hoc praecipitatum aqua edulcoratum loco tepido siccetur.

Mixtura acida.

Mixtura acida mineralis.

℞p. Acidi sulphurici diluti *P.* 1,
Aquae *P.* 48,
Syrupi Rub. Id. *P.* 8.

M. *Ph. Norv. (Dan.* 1,40, 8*).*

Ph. mil. Bor. Mixt. sulph. acid. 3, Sacchari 12, Aq. 96.

Ph. mil. Dan. Acidi sulph. dil. 1, Aquae 48, Syr. Sacch. 6.

Mixtura Acidi hydrochlorici.

Form. mag. Berol.

℞p. Acidi hydrochlorici *P.* 2,
Aquae *P.* 142,
Syrupi Sacchari *P.* 48.

M. Loco partium sume Scrupulos, ut Drachmae 64 (pond. Noric.) hujus mixturae praebeant dosin dispensandam.

Mixtura Acidi tartarici.

Mixtura acida vegetabilis.

℞p. Acidi tartarici 1,
Aquae 56,
Syrup. Rub. Id. *P.* 8.

M. *Ph. Dan. vet.*

Ph. mil. Bor. Acid. 1, Aq. 96, Sacch. 8.

Ph. mil. Austr. Acid. 1, Aq. 384, Sacch. 8.

Mixtura adstringens

et escharotica.

Eau de Villate.

℞p. Cupri sulphurici,
Zinci sulphurici āā *P.* 5,
Aceti crudi *P.* 80.

Solutis adde
Aceti plumbici *P.* 10.

Detur turbida. (Ad usum medicinae veterinariae.) *Ph. Belg.*

Mixtura amara.

Ph. mil. Austr.

℞p. Extr. Trifolii *P.* 1,
Elaeosacch. Menth. p. *P.* 1,
Aquae *P.* 64.

Solve et misce.

Mixtura Ammoniaci.

Ph. Brit.

℞p. Gummi-resinae Ammoniaci pulv. *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 32.

M. l. a., ut fiat emulsio.

Mixtura ammoniato-citrata.

℞p. Succi Citri rec. *P.* 11,
Ammoni carbonici *P.* 1.

M. l. a.

Mixtura Ammonii muriatici cum Rheo.

Mixtura rheo-salina *Ph. mil. Dan.*

℞p. Ammonii muriat. *P.* 2,
Aquae *P.* 56,
Tinct. Rhei aquosae *P.* 6.

M. et solve.

Mixtura Anglica.

℞p. Magnes. sulphuric. *P.* 8,
Acidi sulphurici dil. *P.* 1,
Aq. destill. *P.* 32,
Syrupi simpl. *P.* 8.

Solve et misce.

Mixtura antemetica

Kroyheri.

Guttae antemeticae. Tropfen gegen das Erbrechen der Schwangeren. *Guttes contre le vomissement des femmes enceintes.*

℞p. Aquae Lauro-Cerasi *P.* 2,
Tincturae Strychni *P.* 1.

M. *Dosis:* mane et vesperi guttae decem.

Mixtura antepileptica
(Buchholzii).

Remedium antepilepticum. Epilepsietrank.

Rp. Rd. Artemisiae rec.,
— Paeoniae rec. aa *P.* 2.
Affunde concisis et contusis
Vini rubri opt.,
Spirit. V. rectf.,
Aq. Cinnamomi aa *P.* 5.

Digere per duos dies. In Colaturae expressae et filtratae *P.* 16 solve leni calore
Sacchari albi *P.* 2.
Liquori refrigerato admisce
Tinct. Artemisiae *P.* 1.
D. S. Ter quaterve quotidie cochlear.

Nota. Simul dentur Species antepilepticae, quae constant ex
Herb. Artemisiae,
Fol. Aurantii aa *P.* 1,
Fol. Sennae,
Ligni Guajaci aa *P.* ⅓.

Mixtura antifebrilis.
Form. mag. Berol.

Rp. Mixtur. sulphuric. acid. *P.* 1,
Tincturae Chinoidinae *P.* 15.
M.

Mixtura antigonorrhoica.

Rp. Chloroformi *P.* 1,
Bals. Copaivae *P.* 6,
Tinct. Ferri acet. *P.* 2.
Misce, *Signa:* ter quaterve quoque die 40—50 gutt.

Mixtura aperiens
Ph. Norv.

Rp. Tinct. Rhei aquos. *P.* 3,
Kali tartarici *P.* 1,
Aquae *P.* 2.
M.

Mixtura Brasiliensis.

Rp. Balsami Copaivae *P.* 8,
Vitelli ovi,
Mucilag. G. Arabici,
Syrupi Sacchari aa *P.* 4,
Aquae *P.* 32,
Tinct. Croci *P.* 1.
M. l. a.

Mixtura camphorata.
Julapium e Camphora.

Rp. Camphorae tritae,
Gummi Arab.,
Sacchari albi aa *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 3.
Terendo exacte misceantur. Tum adde paulatim inter agitationem
Aquae destill *P.* 80.
Cola. Paretur, quoties poscitur. *(Ph. Hb.)*

Ph. Sl. H. Camph. 1, Spirit. V. ope conteratur. Tum admisce Sacchari 4, Aq. calidae 80. Filtra.

Ph. Norv. Camph. 1, G. Arab. 4, Aq. 104, Syr. Rub. Id. 16.

Ph. Dan. Camph. 1, Muc. G. Arab. 4, Syr. Rhoead. 16, Aq. Sambuci 112.

Ph. mil. Dan. Camph. 4, Sp. V. rectfss. 1, Muc. G. Arab., Sacch. albi aa 24, Aq. 512.

Ph. Belg. (Lond.) Camph. 20, Spir. V. 5, Aq. 975. Per linteum cola.

Mixtura camphorata acida.

Rp. Mixturae camphorat. *P.* 15,
Aceti Vini *P.* 1.
M.

Ph. Norv. 14 et 1. *Ph. m. Dan.* 16 et 1.

Ph. Sl. H. Camph. 1, Spiritus V. ope contritae, G. Arab. 4, Sacch. 6, Acet. Vini 8, Aq. 96. Misce.

Mixtura Camphorae cum Magnesia.

Rp. Camphorae *P.* 2,
Magnesiae carb. *P.* 5,
Aquae *P.* 480.
M. l. a. *Ph. Edinb.*

Mixtura cathaeretica.
Mixture cathérétique. Collyre de Lanfranc Pharm. Gallicae.

Rp. Aloës,
Myrrhae aa *P.* 5,
Aeruginis *P.* 8,
Auripigmenti (Sulphureti arsenicosi) *P.* 16.
Subtilissime pulveratis et mixtis adde
Aquae Rosarum *P.* 400,
Vini albi *P.* 1000,

et agita. Externum remedium contra ulcerationes spongiosas.

Mixtura Chinioïdini
Ph. Hann.

Rp. Tinct. Chinioïdini *P.* 24,
Mixturae sulph. acid. *P.* 1,
Aq. Menth. pip. *P.* 72.

M.

Mixtura cretacea.

Mixtura alba. Lac. perlarum.

Rp. Conchar. praeparat.,
Gummi Arab. aa *P.* 1,
Aquae Cerasorum,
Aquae destill. aa *P.* 12,
Syrupi Sacchari *P.* 4.

M. l. a. Paretur recens. *Ph. Hb.*

Mixtura Cretae.

Mixtura alba *Ph. Dan.* *Chalk mixture.*

Rp. Cretae praep. *P.* 4,
Gummi Arab.,
Sacchari albi aa *P.* 2,
Aquae destill.,
Aquae Cinnamomi aa *P.* 32.

M. l. a. *Ph. Americ.*

Ph. Dan. 2, 1, 1, 48, Aq. Cinnam vin. 2.

Ph. Norv. Conchar. praep., Sacch. albi, Aq. Cinnam. aa 2, G. Arab. 1, Aq. fervid. 64.

Ph. Brit. Cret. praep. 2, Syrupi Sacchari 8*v*, G. Arab. 2, Aq. Cinnam. 60*v*.

Mixtura diapnoica.

Rp. Liq. Ammon. acet. *P.* 1,
Aq. Sambuci *P.* 4,
Syrupi Sambuci *P.* 1.

M. *Ph. Dan. vet.*

Ph. mil. Dan. Liq. Amm. acet., Mellis dep. aa 1, Aq. 6.

Mixtura diuretica.

Rp. Aceti scillitici,
Spiritus muriatico-aetherei aa *P.*

M. *Ph. Norv.*

Mixtura diuretica Hildebrandii (in hydrothorace).

Rp. Spirit. nitric. aeth. *P.* 2,
Tinct. Colchici sem.,
Tinct. Digitalis aa *P.* 10.

M. *Dosis.* Quaque quarta hora guttae 20.

Mixtura Ferri composita.

Mixtura tonico-antihectica Griffithii. Emulsio Myrrhae ferrata. Mixtura Myrrhae (antiphthisica) Griffithii.

Rp. Myrrhae electae *P.* 60.
Kali carbonici dep. *P.* 25,
Aquae Menth. crisp. *P.* 3840,
Ferri sulphurici cryst. *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 240.

Misce exacte ex tempore. Loco partis sumatur Granum. *Ph. Hb., Hann.*

Rp. Tinct. Myrrhae *P.* 5,
Kali carbonici *P.* 1,
Aquae Menth. pip. *P.* 280,
Syrupi Althaeae *P.* 40.

Mixtis adde
Ferri sulphur. cryst. triti *P.* 1,

et agita. Paretur recens.

Ph. Suec. Myrrh. 1, Aq. M. pip. 52, Kali carb. $\frac{5}{12}$, Ferr. sulph. $\frac{1}{3}$, Tinct. Lavand. 6, Syr. Sacch. 2.

Ph. Norv. Myrrh. 2, Kali carb. 1, Aq. 96, Syr. Sacch. 8, Ferr. sulphuric. 1, Aq. Rosar. 32.

Ph. Dan. Myrrh. 2, Kali carb. 1, Ferr. sulph. $\frac{5}{6}$, Aq. Rosar. 128, Syrup. Sacch. 8.

Ph. Brit. Ferri sulph. cryst. 30, Kali carb. 25, Myrrhae pulv. 60, Sacchari 60, Spirit. nuc. moschatarum 60*v*, Aq. Rosarum 3840*v*.

Ph. mil. Dan. Myrrh. pulv. 2, Kali carb. 1, Aquae 96, Syr. Sacch. 8; Ferri sulph. cryst. $\frac{5}{6}$, Aq. 32.

Mixturae frigerantes.

Species frigerantes. Kältemischungen.

Rp. Ammoni nitrici, Aquae aa *P.* — Temperatura descendit. a + 10° C. ad — 15° C.

	Temperatura descendit
II. Rp. Ammonii chlorati *P.* 3, Kali nitrici *P.* 1, Kalii chlorati *P.* 6, Aquae *P.* 10.	a + 25° ad — 6° C.
III. Rp. Ammonii chlorati, Kali nitrici aa *P.* 5, Natri sulphurici cryst. *P.* 8, Aquae *P.* 16.	a + 10° ad — 15° C.
IV. Rp. Natri sulphurici cryst. *P.* 16. Adde Acidi hydrochlorici crudi, Aquae frigidae aa *P.* 5, antea mixtas et refrigeratas.	a + 10° C. ad — 16° C.
V. Rp. Acidi hydrochlorici crudi, Aquae aa *P.* 1. Mixtis et bene refrigeratis adde Natri sulphurici cryst. *P.* 3.	a + 10° ad — 15° C.
VI. Rp. Acidi nitrici crudi, Aquae aa *P.* 1, Mixtis et bene refrigeratis adde Natri sulphurici cryst. *P.* 3.	a + 10° ad — 25° C.
VII. Rp. Nivis v. Glaciei contusae, Natrii chlorati cryst. aa *P.*	a 0° ad — 17° C.
VIII. Rp. Nivis v. Glaciei cont. *P.* 3, Calcii chlorati cryst. *P.* 4.	a 0° ad — 45° C.
IX. Rp. Nivis v. Glaciei contus. *P.* 2, Calcii chlorati cryst. *P.* 3.	a 0° ad — 28° C.

Nota. Salia omnia adhibeantur crystallisata et grosse pulverata, atque aqua, quantum fieri potest, refrigerata.

Mixtura Guajaci resinae.

Rp. Resinae Guajaci pulv.,
Sacchari albi aa *P.* 2,
Gummi Arabici *P.* 1.
Conterendo misce cum
Aquae Cinnamomi *P.* 80*v.*
Ph. Brit.

Mixtura haemostatica.

Dr. Jansensi et Adriani.

Rp. Natrii chlorati,
Ferri sesquichlorati soluti aa *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 15.
M. et solve. Externum.

Mixtura Javensis.

Mixture de Java.

Rp. Aquae Naphae *P.* 5,
Spiritus aetherei *P.* 4,
Tinct. Opii croc. *P.* 3.
M. *Dosis.* Guttae 20 – 30 in aqua saccharata. Contra cholerinam.

Mixtura Kali acetici.

Julapium salinum. Haustus Riverii *Ph. Dan.*

Rp. Kali carbonici *P.* 1,
Aq. Menth. pip. 24,
Aceti Vini q. s.
Sacchari *P.* 1.

M. Fiat saturatio. *Ph. Dan. vet.*

Ph. mil. Dan. Kali carb. 1, Aq. 32, Acet. 16, Sacch. 2.

Ph. mil. Bor. Kali carb., Acet. Vini q. s.

Mixtura Kali nitrici.

Mixtura nitrosa *Ph. milit. Boruss.*

Rp. Kali nitrici *P.* 1,
Aquae *P.* 32,
Syrupi communis *P.* 2.

Solve et misce. *Signa:* Detur cochlear unum singulis horis.

Ph. mil. Dan. Kali nitr. 1, Sacch. 1, Aq. 32.

Mixtura nitrosa
Formul. mag. Berol. in us. paup.

Rp. Kali nitrici *P.* 1½,
Aquae *P.* 40,
Syrupi Sacch. *P.* 8.

Solve et misce. Loco partium singularum sumantur Drachmae.

Mixtura Kali nitrici composita.

Mixtura nitrosa stibiata *Ph. mil. Dan.*

Rp. Kali nitrici,
Sacchari āā *P.* 30,
Tartari stibiati *P.* 1,
Aquae *P.* 960.

M. et solve.

Mixtura Kali tartarici.

Ph. mil. Bor.

Rp. Kali tartarici *P.* 2,
Aquae *P.* 24,
Syrupi communis. *P.* 1.

M. et solve.

Mixtura Kreosoti.

Rp. Acidi acetici glacialis,
Kreosoti āā *P.* 1,
Spiritus Juniperi *P.* 2*v*,
Syrupi Sacchari *P.* 32*v*,
Aquae destill. *P.* 480*v*.

M. *Ph. Brit.*

Mixtura mannata

Ph. Norv.

Rp. Mannae *P.* 4,
Magnesiae sulphuric. *P.* 1.

Solve in
Aquae fervidae *P.* 10.

Colatis bene conquassando admisce
Olei Oliv. Provinc. *P.* 3.

Mixtura mercurialis.

Rp. Hydrarg. bichlorati corr.,
Ammonii chlorati āā *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 800,
Syrup. Sacchari *P.* 160.

M. et solve. *Ph. Suec.*

Mixtura contra Morsum Canis rabidi.

Haustus antilyssus *(Ph. Sax.)*

Rp. Meloas melle conditos duos,
Mellis depurati Unciam 1,
Ferri sulphurici cryst.
Grana 10,
Fuliginis splendentis Drachmam ½.

Conterantur in mortario exactissime in pulticulam, dein addantur sensim
Aceti crudi Unciae 2.

Paretur recens.

Nota. Pondus indicatum est Noricum.

Mixtura Natri nitrici.

Formul. magistr. Berol.

Rp. Natri nitrici *P.* 3,
Syrupi Sacchari *P.* 8,
Aquae *P.* 53.

M. et solve. Loco partium singularum sumantur Drachmae.

Mixtura Natri sulphurici.

Mixtura purgans *Ph. milit. Boruss.*

Rp. Natri sulphur. cryst. *P.* 1.

Solve in
Aquae *P.* 6.

Mixtura odorifera
s. odorata.

Rp. Olei Bergamottae *P.* 32,
Olei Citri corticis *P.* 16,
Olei Pelargonii rosei *P.* 2.
Misce.

Mixtura odorifera moschata.

Rp. Olei Bergamottae *P.* 32,
Olei Citri cort. *P.* 16,
Olei Pelargonii rosei *P.* 2—4,
Tinct. Moschi *P.* 1/6—1/2.
M.

Rp. Olei Citri corticis,
— Bergamottae āā *P.* 20,
— Caryophyllorum,
— Lavandulae āā *P.* 5,
Tinct. Moschi *P.* 2.
M., sepone et per gossypium cola.

Rp. Olei Bergamott. *P.* 10,
— Citri cort. *P.* 5,
— Cassiae *P.* 6,
— Caryophyllor. *P.* 2,
— Anthos. *P.* 1,
Styracis liquidi,
Balsami Peruviani āā *P.* 5,
Spirit. Vini absoluti *P.* 15,
Moschi *P.* 1/20.
Macera, agita et filtra.

Mixtura oleoso-balsamica.

Balsamum Vitae Hoffmanni.
Liquor oleoso-balsamicus. Essentia aetherea balsamica.

Rp. Olei Lavandulae,
— Caryophyll.,
— Cinnamomi,
— Thymi,
— Citri cort.,
— Macidis, āā *P.* 1,
— Bergamottae,
Bals. Peruviani āā *P.* 3,
Spiritus V. rectfss. *P.* 240.
Mixtas sepone per aliquot dies loco frigido, tum filtra.

Ph. Bor. Paretur eodem modo, nisi quod loco Olei Bergamottae sumatur Pars una Olei Aurantii florum.

Ph. Norv. Olei Succini rectf. 1, — Lavand., — Caryoph., — Cinnam., — Macid., āā 2, Bals. Peruv., Rd. Alcann. āā 3. Sp. V. 400. Macera.

Ph. Belg. Bals. Peruv., Olei Caryoph., — Macidis, — Lavand. āā 5., — Cinnam., — Citri āā 2½. — Sp. V. rectfss. 975.

Ph. Hb. Olei Lavand., — Majoran., — Caryoph., — Macid., — Cinnam,, — Citri āā 1, — Rutae ⅓, Bals. Peruv. 1½, Spirit. V. rectfss. 240. *Ph. Hann., Hass.* ad misce Olei Succini rect. ⅓.

Ph. Bad., Hass., Graec., Bav., Wrtb. adhuc admiscent Olei Succini rectf. *P.* ⅓—½.

Ph. Austr. Olei Lavand., — Majoran., — Citri, — Caryoph. aa 1, — Macid., — Succini rectf. āā ½, — Ol. Cinnam. ⅙, Bals. Peruv. 1½, Spirit. aromatici ejusdem Pharm. 288.

Mixtas digere per aliquot dies et filtra.

Gebrauchsanweisung.

Noch keines von den Mitteln, welche der Geheimmittelschwindel bis heute an den Tag gebracht hat, konnte diesen seit mehr denn hundert Jahren bekannten Balsam verdrängen. Dieser ist das vorzüglichste Mittel in rheumatischen, gichtischen, krampfhaften Leiden. Ganz besonders zeigt es seine Wirksamkeit in allen Leiden, die in Schwäche des Körpers und der Nerven ihren Grund haben. Kinder, welche in einem Alter von mehr denn zwei Jahren nicht gehen können oder im Gebrauch der Beine schwach und unsicher sind, erlangen nach dem Gebrauch dieses Balsams in 2 bis 3 Wochen ihre volle Körperkraft. Kopfkrampf, Wadenkrampf, Brustkrampf weichen der Anwendung dieses Mittels, selbst so mancher an Epilepsie Leidende hat durch den Gebrauch seine Gesundheit wieder erlangt Gemeinlich wird der leidende Theil des Körpers täglich einmal beim Schlafengehen eingerieben, nur hüte man sich, mit dem Lichte zu nahe zu kommen. Kindern, die nicht gehen können oder schwach auf den Gliedern sind, wird täglich des Morgens, wenn sie noch im Bett liegen, das Rückgrad, die Hüften und Beine vom Knie bis zur Fußsohle eingerieben, worauf das Kind noch eine halbe bis eine Stunde im Bette liegen bleibt. Kleinen Kindern, welche an Krämpfen leiden, wird ein wollenes Läppchen, mit dem Balsam schwach befeuchtet, auf

Brust und Herzgrube gelegt. Kindern, welche an Würmern leiden, wird der Leib damit täglich einmal eingerieben. Diejenigen, welche von dem freiwilligen Hinken heimgesucht werden, badet man in Malzabkochung, welchem man einen Löffel des Balsams zugesetzt hat. Bei durch Anstrengung geschwächten Augen reibt man äußerlich um die Augen einige Tropfen ein und läßt den Dunst des zwischen den Händen zerriebenen Balsams gegen die Augen steigen. Bei Kopfschmerz wird die Stirn eingerieben oder der Kopfwirbel mit dem Balsam befeuchtet. Bei Zahnschmerz reibt man äußerlich hinter dem Ohre und im Gesicht die Stellen, in deren Gegend der Zahnschmerz ist, ein, bringt auch einige Tropfen mit Baumwolle auf den Zahn. Einige Tropfen auf Zukker genommen schützen gegen Ohnmacht und Schwäche des Herzens, bewähren sich besonders gegen Seekrankheit. An Epilepsie Leidende lassen sich täglich einmal das Rückgrad mit dem Balsam einreiben, tragen auch längere Zeit ein wollenes, mit dem Balsam befeuchtetes Läppchen auf der Herzgrube.

Mixtura opiata

Nosocomii caritatis Berolinensis.

℞p. Gummi Arabici,
Opii pulv. āā P. 10,
Aq. Cinnamomi P. 40.

M. exacte. Gutta continet Grani quadrantem Opii.

Mixtura pyro-tartarica.

Mixtura simplex. Mixtura diatrion. Mixtura de tribus. Mixtura pyro-tartarica camphorata. Mixtura bezoardica.

℞p. Spirit. Angelic. comp. P. 24,
Liq. pyro-tartarici P. 16,
Acidi sulphurici conc. P. 2.

Misce, sepone et filtra. *Ph. Sl. H., Hann., Sax.*

Ph. Fenn. Acid. sulph. dilut. 4, Liq. pyro-tart. 12, Spir. V. camphorati 20. Commixtae tingantur Baccar. Myrtillor. 1. Filtra.

Mixtura pyro-tartarica camphorata.

Mixtura simplex camphorata.

℞p. Spirit. Angelicae comp. camphorati P. 12,
Liq. pyro-tartarici P. 8,
Acidi sulphurici conc. P. 1.

M. l. a. *Ph. Hann.*

Mixtura salina

Macbridii.

Mixtura salina composita.

℞p. Succi Citri P. 480,
Kali carbonici q. s.,
Aq. Menth. pip. P. 3360,
Tartari stibiati P. 1,
Syrupi Sacchari P. 240.

M., fiat saturatio.

Mixtura salina

Ph. milit. Austr.

℞p. Aquae P. 64,
Kali sulphurici pulv. P. 4,
Solution. Succi Liquirit. P. 3.

Misce.

Mixtura saponato-odorata

Nosocomii caritatis Berolinensis.

℞p. Saponis medicati P. 12,
Kali caust. sicc. P. 1,
Ol. Lavandul. P. 3,
— Bergamott. P. ½,
Aquae pluvial. P. 864.

Digerendo solve et misce.

Mixtura Saponis terebinthinata.

Formul. mag. Nosoc. carit. Berol.

℞p. Sapon. terebinth. P. 2,
Aquae P. 16,
Ol. Terebinth. P. 1.

M.

Mixtura Scammonii.

℞p. Scammonii sbt. pulv. P. 1,
Lactis vaccini P. 240.

M. emulgendo. *Ph. Brit.*

Mixtura solvens.

Form. mag. Berol. in us. paup. Mixtura Salis ammoniaci. Mixtura Ammonii muriatici *Ph. Fenn.*

℞p. Ammoni muriat. P. 4,
Aquae P. 185,

Succi Liquirit. dep *P.* 3.
Solve et misce. 192 Scrupuli exaequant portionem unam dispensandam.
Ph. Fenn. 1,24,2. (Port.=54 Drachm.)

Mixtura solvens stibiata.

Form. mag. Berol. in us. paup.

℞p. Mixturae solventis *P.* 192,
Tartari stibiati *P.* 1/20.
Solve. Loco partium singularum sumantur Scrupuli.

Mixtura solvens
Ph. milit. Boruss.

Mixtura Ammoni muriatici stibiata ejusd. Ph.

℞p. Ammoni muriatici *P.* 2,
Tartari stibiati *P.* 1/60,
Succi Liquir. dep. *P.* 1 1/2.
Solve in
Aquae *P.* 84.
Signa: Dentur singulis vel binis horis cochlearia singula ad bina. Praescriptio primaria jubet, Succi Liquiritiae crudi Partes 3 sumi.

Mixtura solvens concentrata.

(Ad recepturam.)

℞p. Ammoni muriatici *P.* 24,
Tartari stibiati *P.* 1/5,
Succi Liquirit. depur. *P.* 18.
Solve in
Aquae destill. *P.* 82.
Tum adde
Spiritus V. rectfss. *P.* 8.
Misce et serva.

Notà. Hujus mixturae, bene agitatae, Pars 1 commixta cum Aquae Partibus 7 constituit Mixturam solventem *Ph. milit. Boruss.*

Ph. mil. Dan. Amm. mur., Succ. Liquir. aa 1, Aq. 32 = Mixtura Ammonii muriatici dulcis. Amm. mur. 1, Aq. 32, Tinct. Rhei aq. 2 = Mixtura Ammonii muriatici.

Mixtura tonico-nervina
Stahlii.

℞p. Tinct. kalinae *P.* 2,
Liq. Ammoni succinici *P* 1.
M.

Morphino-Strychninum sulphuricum.

℞p. Morphini sulphurici,
Strychnini sulphurici aa *P.*
M. et serva.

Morphinum.

Mph+2HO. Morphium.

℞p. Opii Smyrnaei conc. *P.* 10.
Iterata maceratione, quaque vice cum
Aquae tepidae *P.* 30
exhauriantur. Liquoribus colatis, tum evaporando ad residui *P.* 40 redactis et ad ebullitionem calefactis paulatim affunde
Lac Calcariae fervidum,
quod Calcariae hydratae *P.* 3 continet. Tum usque ad ebullitionem calefac, et dum liquor fervet, per linteum cola, residuum in linteo aqua fervida eluendo. Liquores commixti evaporando ad *P.* 20 residuas redacti et adhuc fervidi filtrati commisceantur cum
Ammonii chlorati pulv. *P.* 1,
et semel ebulliant. Tunc sepone loco frigido per aliquot dies. Morphinum in crystalla concretum colligatur et lixivium ulterius evaporando ad volumen dimidium redactum iterum seponatur, ut Morphinum demittatur. Tandem Morphinum omne solvendo in Spiritu Vini, macerando cum Carbone animali depurato atque ex aqua crystallisando bene mundetur.

℞p. liquorem, qui in paratione Narceïni ad Morphinum demittendum seponitur. Morphino demisso separato, liquor evaporando ad voluminis trientem redactus per tres dies seponatur, ut Morphinum amplius demittat. Morphium collectum in liquore Kali caustici diluto solutum addendo Acido muriatico praecipitetur et solvendo in Spiritu Vini rectfss. seponendoque in crystalla cogatur.

Morphinum aceticum.

MphA,HO.

℞p. Morphini puri *P.* 3.
Inter agitandum affunde
Aceti concentrati,
Aquae destillatae aa *P.* 2.

Leni calore fiat solutio et liquor acidus, si opus est, filtretur, tum calore balnei aquae, 50° C. non superante, inter agitationem ope bacilli porcellanei vel

vitrei, ad syrupi spissitudinem redigatur, dein supra Acidum sulphuricum collocatus, interdum agitando, exsiccetur. Massa residua conteratur et in vitris obturatis servetur. Sit pulvis albidus.

Morphinum hydrochloricum.

$\overset{+}{\text{Mph}}$,HCl+6HO. Morphium muriaticum s. hydrochloratum.

℞p. Morphini puri cryst. *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 5.

In catinum porcellaneum immissae et mixtae ad lenem ebullitionem incalescant. Tum affunde

Acidi hydrochlorici puri (p. spec. 1,120—1,122) *P.* 1,

aut quantum ad solvendum Morphinum requiritur, ita quidem, ut acidum vix praevaleat. Liquorem per biduum loco frigido sepone. Crystallula orta a lixivio separa et supra orbem porcellaneum extensa loco, cujus calor gradus 25 Cels. therm. non excedit, aut premendo inter strages chartae bibulae sicca. Lixivium a crystallulis defusum evaporando in crystalla coge, quae antea collectis adjungas. Effic. circiter *P.* 2¼. Sint crystalla, coloris expertia, acicularia, nitoris sericei, peramara, quae in lagenis vitreis caute serves.

℞p. Spirit. V. alcoholisati *P.* 12.

Ad ebullitionem fere usque calefactis injice

Morphini puri *P.* 2.

Dein instilla

Acidi hydrochlorici puri *P.* 1,

vel q. s., ut liquor reactionem neutralem praebeat. Dein liquorem sepone loco frigido, ut in massam crystallinam abeat, quae supra orbes vitreos vel porcellaneos sparsa loco vix tepido seponatur, donec sicca appareat.

Morphinum meconicum.

2$\overset{+}{\text{Mph}}$,$\overline{\text{Me}}$+HO.

℞p. Acidi meconici cryst. *P.* 5.

Ad pulverem subtilissimum contritas commisce cum

Aquae calidae, calore 70 ad 80° Cels. therm., *P.* 30.

Tum adde

Morphini puri cryst. *P.* 12,

aut quantum ad neutralisationem requiritur. Mixtura calore balnei vaporis, 80° Cels. therm. non superante (!), inter agitationem ad siccum evaporet. Residuum in pulverem contritum caute serva. Effic. circiter *P.* 13.

Morphinum sulphuricum.

$\overset{+}{\text{Mph}}$,SO^3+6HO.

Paretur uti Morphium hydrochloricum, e

Morphini puri cryst. *P.* 20,
Spirit. V. alcoholisati *P.* 120, et
Acidi sulphurici diluti *P.* 19

aut quantitate ea, quae sufficit ad justam neutralisationem Morphini. Effic. circiter *P.* 32—33.

Morphinum valerianicum.

$\overset{+}{\text{Mph}}$,$\overline{\text{Va}}$+2HO (?).

℞p. Morphini puri crystall. triti *P.* 20,
Aquae destill. *P.* 100.

Mixtis et calefactis instilla inter agitandum

Acidi valerianici trishydrici *P.* 8,

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Tum liquor leni calore balnei vaporis inter agitationem ad siccum evaporet. Effic. *P.* circiter 25.

Morsuli antimoniales.

Morsuli Kunkelii s. stibiati.

℞p. Sacchari albi pulv. *P.* 96,
Aquae fervidae *P.* 14.

Mixtas in lebetem porcellaneum ingestas celeriter calefac ad ebullitionem usque, non agitando. Massae ab igne remotae statim admisce

Stibii sulphurati laevig. *P.* 16,
Amygdalarum dulcium excorticatarum, minutim concisarum *P.* 12,

Cardamomi min. pulv.,
Cassiae cinnamom. plv. aa
P. 1.

Dein mixta celeriter in modulum humectatum effunde, et massam inde obtentam adhuc calidam disseca, ut fiant morsuli, quantum fieri potest, aequales Drachmarum duarum (72—76 Decigramm.). Morsulus continet circiter 15 Grana (9 Decigramm.) Stibii sulphurati.

Ph. Belg. Tabellae antimoniales Kunkelii. Rp. Amygd. amar. minutissime incis. 114, Sacch. 740, Cardam. min. 56, Cass. cinn. 28, Antimon. sulph. nigri 56, Gumm. Tragacanth. 6, Aquae q. s. Fiant pastillae, siccae pond. Grammatis unius.

Morsuli aromatici
s. stomachici s. Imperatoris.
Magenmorsellen.

Rp. Sacchari albi Indici P. 288,
Aquae P. 72.

Mixtae et in lebetem cupreum mundatum ingestae l. a. ad consistentiam tabulandi decoquantur. Tum massae liquidae ab igne remotae inter lenem agitationem admisceatur miscela, forma specierum minutim concisarum, parata ex

Amygdalarum dulcium excorticatarum P. 44,
Pistaciarum P. 4,
Confecti Cort. Aurant.,
— — Citri aa P. 8,
Specierum aromaticarum pro morsulis P. 6—8,
Florum Cyani,
— Calendulae,
— Rosar. rubr. aa P. 1/2—1

Mixtae etc. Cf. Morsulos antimoniales

Rp. Sacchari albi P. 144,
Aquae P. 30,
Aquae Naphae P. 8,
Spec. aromat. pr. mors.,
Amygdalar. dulc. decort. alb.,
Amygdalarum dulc. decort. infuso Curcumae tinctar.,
Amygdalarum dulc. decort. inf. Coccionellae tinctar.,
Confectionis Cort. Aurant. aa P. 6.

Coque et misce, ut fiant lege artis morsuli, Amygdalae tinctae autem ante admistionem siccandae sunt.

Ph. Wrtb. Sacch. 128, Aq. 16, Macid., Nuc. moschat. 1/2, Caryoph. 1, Cass. cinn. 2, Conf. Aurant., Conf. Citri aa 6, Amygd. deglupt. 12.

Ph. Suec. Sacch. 12, Aq. q. s., Rd. Zingib. $\frac{1}{24}$, Cass. cinn. 1/2, Amygd. deglupt. 1, Conf. Aurant. 1.

Morsuli refrigerantes
s. citrici s. e Succo Citri.

Rp. Sacchari albi Indici P. 228,
Aquae destill. P. 60.

Mixtas decoque ad consistentiam tabulandi. Tum massae liquidae, ab igne remotae, inter agitandum admisce miscelam bene contritam, paratam ex

Acidi citrici cryst. P. 4,
Elaeosacch. Citri P. 6,
Elaeosacch. Aurant. flor. 2.

Fiant l. a. morsuli ponderis Grammat. circiter 2. Cf. Morsulos antimoniales.

Ph. Suec. Sacch. 8, Succ. Citri rec. 1.

Rp. Sacchari albi P. 16,
Aquae P. 4,
Succi Citri fruct. recent.,
Flaved. Citri cort. recent. minut. conc.,
Confectionis Citri minut. conc. aa P. 1,
Olei Citri cort. 1/24.

Coque et misce l. a., ut fiant morsuli ut supra.

Morsuli Rosarum purgantes.
Rosenzucker.

Rp. Sacchari albi P. 26,
Aquae Rosarum P. 7.

Ad justam consistentiam coquendo coctis admisce

Rd. Jalapae P. 4,
Ligni Santal. rubr. P. 1,
Scammonii P. 1/2,

bene mixtas et pulveratas.

Fiant Morsuli ponderis Drachmae unius (4 Grammatum). *Ph. Dan.*

Morsuli contra Strumam.

Rp. Carbon. Spongiae *P.* 8,
Natri bicarbonici *P.* 2,
Rad. Zingiberis,
Cassiae cinnam. āā *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 120,
Aquae destill. q. s.
M. f. l. a. morsuli. *Ph. Bad.*

Morsuli Zingiberis.

Rp. Sacchari albi Indici *P.* 320,
Aquae *P.* 80.
Ad justam consistentiam decoquantur. Tum admisce
Rad Zingiberis *P.* 12,
Cassiae cinnam. *P.* 3,
Caryophyllorum *P.* 1,
(Coccionellae,)
(Boracis āā *P.* 1,)
singulas pulveratas, dein mixtas.
M. f. l. a. morsuli.

Rp. Sacchari albi pulv. *P.* 256,
Aquae Rosarum *P.* 40.
In lebetem cupreum immissas et mixtas ad ebullitionem usque calefac, tum, lebete ab igne remoto, admisce mixturam pulveream grossam, paratam e
Rad. Zingiberis *P.* 12,
Cinnamomi acuti *P.* 2,
Caryophyllorum *P.* $1/_2$.
Dein statim massam adhuc calidam in modulum humectatum l. a. effunde etc.

Moschus cum Saccharo.

(Ad recepturam.)

Rp. Moschi Tunquinensis, a quisquiliis liberati *P.* 1,
Sacchari Lactis pulv. *P.* 2.
Terendo in mortario porcellaneo commisceantur et in pulverem subtilem redigantur. Serva in lagenis vitreis obturatis. *Signa:* Moschus. Sumatur 3plum.

Moxa.

Moxa chromata. Brennkegel. *Moxas.*

Parantur moxae e charta bibula, Gossypio carminato, medulla spongiosa Sambuci nigrae etc., quae corpora in solutione aquosa Kali bichromici vel chromici macerantur, tum siccantur.

Moxa Artemisiae.

Rp. Foliorum Artemisiae vulgaris siccatorum q. v.
Contunde in mortario lapideo ope pistilli lignei, tum partem fibrosam separa et serva. *Ph. Belg.*

Moxa saturnina.

Moxas de marmoral.

Charta bibula Aceto plumbico imbuatur et siccetur. Plagula (Bogen) chartae praebet 60 cylindros.

Mucilago Althaeae.

Decoctum s. Infusum Althaeae.

Rp. Rad. Althaeae conc. *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 16.
Stent per horae quadrantem, tum cola sine pressione. Recens paretur.

Mucilago Amyli.

Rp. Amyli pulv. *P.* 1,
Aquae frigidae *P.* 5.
Mixtis inter agitationem affunde
Aquae fervidae *P.* 35.
(Ph. Brit.)

Mucilago cretacea.

Potio cretacea. Emulsio cretacea.

Rp. Sacchari albi *P.* 2,
Gummi Arabici *P.* 4,
Cretae albae praep. *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 48.
M. *(Ph. Fenn.)*

Mucilago Cydoniae.

Mucilago seminum Cydoniorum.

Rp. Sem. Cydoniae *P.* 1.
Non contusis affunde
Aquae Rosarum *P.* 64.
Stent per unam horam, interdum agitando, tum cola. Recens paretur. (*Ph. Bor. vet., Hann., Dan.)*

Rp. Sem. Cydoniae *P.* 10.
Non contusis affunde
Aq. Rosar. tepidae *P.* 480.
Stent per horae quadrantem et saepius agitentur, tum colentur. Recens paretur.
Ph. Graec., Sax., Norv. loco Aquae Rosarum praecipiunt Aquam destillatam, *Ph. Austr.* Aquam fontanam.
Ph. Hass. Sem. Cyd. 1, Aq. dest. ferv. 30.

Mucilago Cydoniae sicca.

℞p. Sem. Cydoniae *P.* 16.
Non contusis affunde
Aquae dest. tepidae *P.* 80.
Post agitationem liquore mucilagineo defuso, denuo affunde
Aquae dest. tepidae *P.* 80.
Mucilago tepefacta et colata leni calore (balnei aquae) evaporando ad partes remanentes 32 redigatur, dein commisceatur cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 48.
Massam inde praecipitatam in linteo collige, paulum exprime, supra orbes porcellaneos sparsam loco tepido exsicca, postremo in pulverem redige.
P. 1 pulveris cum Aquae destillatae *P.* 360 praebet mucilaginem.

Mucilago Gummi Arabici (concentrata).

(Ad recepturam.)
Solutio Gummi Arabici.

℞p. Gummi Arabici *P.* 1,
Aquae frigidae *P.* 2.
In ollam immissae stent per aliquot dies et saepius agitentur. Gummi soluto, aqua exhalatione forsan diminuta restituatur, liquor per telam laneam paulum madefactam fundatur et in lagena ad sedimentandum seponatur. (*Signa:* Gummi Arabicum. Sumatur triplum.) *Ph. Austr., Bav., Wrtb., Hass., Sax., Hann. Sl. H., Hass., Hb., Suec., Norv., Græc., Fenn. Dan.*
Ph. Bor. 1 et 3. *Ph. Brit.* 2 et 3.

Mucilago Hydrargyri

Mercurius gummosus.

℞p. Hydrargyri puri *P.* 1,
Gummi Mimosae *P.* 2.
Tere in mortario porcellaneo cum
Aquae destill. *P.* 1,
donec globuli Hydrargyri plane evanuerint. Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb.*

Mucilago Salep.

Infusum s. Decoctum Salep.

℞p. Aquae frigidae *P.* 16.
In lagenam infusis adjice
Rad. Salep subt. pulv. *P.* 1,
et quam celerrime conquassa. Dein adde
Aquae fervidae *P.* 80
et agita. (*Ph. Fenn., Hann., Hass., Dan.*)

℞p. Rad Salep cum Saccharo *P.* 2.
In lagenam immissis affunde
Aquae frigidae *P.* 12,
et agitando misce. Tum adde
Aquae fervidae *P.* 84
et agita.
Nota. Uncia 1 continet 5 Grana Radicis Salep.

Mucilago Tragacanthae.

℞p. Tragacanth. sbt. plv. *P.* 4,
Gummi Arab. *P.* 1.
Mixtis una affunde
Aquae dest. fervid. *P.* 480.
Recens paretur *Ph. Hb., Sl. H. (Ph. Hass.* 10, 4, 480).
Ph. Austr. Tragacanth. 1, Aq. 120. *Ph. Graec.* 1 et 60. *Ph Brit., Wrtb.* 1 et 48. *Ph. Batav.* 1 et 12. *Ph. Belg.* 12 et 988.
Ph. Bav. Tragacanth., Sacch. albi āā 1, Aq. 48.

Mucilago ad Trochiscos, Pastillos etc. parandos.

℞p. Tragacanth. subt. plv. *P.* 1,
Aquae tepidae *P.* 30.
M.

Mumia arte facta.

℞p. Asphalti *P.* 12,
Olibani,
Aloës āā *P.* 6.
Contusae colliquefiant cum
Colophonii,
Picis albae āā *P.* 24.
Liquatis admisce
Ochrae fuscae tritae *P.* 8.
Nota. Loco Aloës residuum resinosum e paratione Extracti Aloës adhibere potes.

Narceïnum.

$\overset{+}{N}rc = C^{46}H^{29}NO^{18}$.

℞p. Opii Smyrnaici vel Constantinopolitani *P.* 100.
Incisas superfunde
Acidi phosphorici (pd. spec. 1,130) *P.* 20,
Aquae destillatae *P.* 80,
et loco tepido macera, ut fiat puls, cui admisce

Ammoni caust. soluti q. s.
ut Ammonum paulum praevaleat. Quo facto puls interdum agitata stet per aliquot horas. Dein immisce inter agitationem

Spirit. V. rectfss. *P.* 1200.
Post horam filtra, residuo in filtro Spiritum Vini rectfss. affundendo, quamdiu liquor defluens saporis amari est.

Liquor filtratus spirituosus et addita

Acidi oxalici in aqua soluti
quantitate sufficiente acidulus redditus, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, evaporet calore balnei aquae ad syrupi spissitudinem. Residuum hoc refrigeratum, affusis

Aquae dest. frigidae *P.* 1000,
macerando agitandoque solve et loco frigidiore sepone, ut resina secernatur. Dein filtra, filtrum aqua frigida abluendo.

Liquori limpido immisce inter agitationem

Natri carbonici cryst. *P.* 40,
antea solutas in

Aquae dest. frigid. *P.* 200.
Praecipitatum inde ortum statim in filtro aqua humectato collige et Aqua destillata quam celerrime ablue.

Liquor filtratus seponatur per aliquot dies, ut Morphinum demittat, praecipitatum autem loco tepido exsiccatum tamdiu

Aethere puro, pd. spec. 0,725,
macera et elue, quamdiu aliquid solvitur. (Aether solvit Codeïnum, Thebaïnum, Papaverinum, Narcotinum, Meconinum). Quod Aether non solvit, post exsiccationem solve in mixtura calida, parata ex

Ammoni caust. soluti *P.* 3
et Aquae destill. *P.* 2,
vel in quantitate sufficiente hujus mixturae. Liquorem filtratum evaporando ad volumen dimidium usque redactum sepone, vase non tecto, per aliquot dies loco frigido. Dein crystallula collige et inter strages chartae bibulae sicca.

Si crystalla non satis decoloria invenis, in aqua fervida soluta denuo ad crystallisationem sepone.

Natrium bromatum.

NaBr. Natrum hydrobromicum,

℞p. Liquoris Natri caustici,
Aquae destill. āā *P.* 14.
In patinam porcellaneam immissis paulatim inter agitandum bacillo vitreo adde

Bromi *P.* 9.
Tunc guttatim, si opus fuerit, adhuc instilletur liquoris Natri caustici, quantum sufficit ad justam neutralisationem. Liquidum sic obtentum ad siccum evaporet. Residuum, commixtum cum

Carbonis vegetab. plv. *P.* 1,
crucibulo porcellaneo aut Hassiaco satis capaci ingeratur et modico calore aestuet. Massa refrigerata solvatur in

Aquae destillatae
quantitate suffic.. et solutio filtrata in vase porcellaneo ad siccum evaporet. Sal siccum in lagenis vitreis serva. Effic. circiter *P.* 10. Solutio aquosa salis chartam exploratoriam rubefactam paululum tantum coeruleam reddat.

Crystallisando obtinebis sal constitutionis NaBr+4HO.

Naphthalinum.

$C^{20}H^{8}$.

℞p. Picis liquidae Lithranthracis (carbonis fossilis) q. v.
In retortam immitte et excipulum bene refrigerando destilla, donec volumen dimidium picis transierit. In liquorem destillatum induc

Gas Chlori,
ut partes oleosae heterogeneae, quantum fieri potest, decomponantur. Dein liquorem cum aqua commiscendo, sedimentando decanthandoque optime ablue, ut ab Acido hydrochlorico liber sit. Liquor iterum fere ad siccum destillando eliciatur et liquor destillatus frigori (8—12° C.) exponatur, ut Naphthalinum congelando secernatur, quod in linteo collectum et inter chartae bibulae strages expressum in

Spiritus V. rectfss.
fervidi q. s. solve et post filtrationem seponendo loco frigido in crystalla coge. Crystallisatio repetatur, donec Naphtalinum satis decolor evaserit. Crystalla serva in vitris obturatis.

Narcotinum.

$\overset{+}{Nrct}=C^{46}H^{25}NO^{14}$. Opianum.

Massae residuae Opii, quam in paratione Extracti Opii aquosi obtinebis, et aqua commixtae instilla

Acidi hydrochlorici,
quantum requiritur, ut Acidum paululum praevaleat. Post macerationem filtra. Liquori filtrato instilla

Liq. Natri carbonici,

quamdiu inde praecipitatum producitur, quod siccatum in Aethere solvatur et, solutione filtrata atque Aethere destillando elicito, in Spiritu Vini absoluto fervido iterum solvatur. Liquor filtratus evaporando et seponendo in crystallula redigatur. Solutione in Spiritu Vini absoluto et iterata crystallisatione Narcotinum depuretur.

Sint crystallula acicularia vel prismatica decoloria venenosa, in aqua frigida non solubilia, in 300 *P.* frigidi, in 120 *P.* fervidi Spiritus Vini rectificatissimi, in 60 *P.* frigidi, 15 *P.* fervidi Spiritus Vini absoluti, atque in 35 *P.* Aetheris solubilia.

Conf. etiam Extract. Opii sine Narcotino. Narcotinum hydrochloricum et Narcotinum sulphuricum aequali modo, quo Salia Morphini, parentur.

℞p. Aetherem, quo in paratione Narceïni praecipitatum tractavisti. Aethere destillando elicito, residuo affunde Aceti destillati circiter 30plum et macera per diem unum, interdum agitando. Dein filtra. Quod in filtro remanet, solve in Spiritus Vini alcoholisati q. s., filtra et liquorem sepone, ut crystallula demittat, quae collecta et siccata serva.

Natrium auro-chloridatum.

$NaCl,AuCl^3+4HO$. Auro-Natrium chloratum. Goldchloridnatrium (Photographorum).

℞p. Auri trichlorati *P.* 310,
Natrii chlorati puri *P.* 60,
Natri carbonici cryst. *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 930.

Misce et solve. Liquor, si opus est, decanthetur et evaporando seponendoque in crystalla cogatur.

Nota. E lixivio ultimo Aurum addendo Ferrum sulphuricum praecipitetur.

Natrium chloratum depuratum.

NaCl. Natrum muriaticum. Sal culinare purum.

℞p. Salis culinaris *P.* 10.
Solve in
Aquae fervidae *P.* 30.
Liquori adhuc ferventi instilla
Natri carbonici soluti q. s.,

donec non amplius turbetur. Tum sepone. Liquori refrigerato, dein filtrato, instilla

Acidi hydrochlorici q. s.,

ut fiat neuter. Postremum liquorem limpidum in crystalla evaporando coge, quae iterata crystallisatione depurentur, tum siccentur. Lixivium ultimum rejiciatur.

Natrium jodatum.

$NaJ+4HO$. Natrum hydrojodicum.

℞p. Jodi *P.* 30,
Aquae destill. *P.* 180.

In lebetem porcellaneum ingestis inter agitationem paulatim immittantur

Ferri puri limati *P.* 10.

Mixtura ad circiter 50° C. calefiat, donec liquor initio fuscus decolor evaserit. Liquor filtretur et ferrum residuum bene eluatur. Liquor limpidus in ollam vitream amplam remittatur. Tum adde

Jodi *P.* 10

et saepius agita. Jodo soluto, liquori agitato paulatim affunde

Natri carbonici puri cryst. *P.* 45,

solutas in

Aquae destill. *P.* 90,

aut quantum hujus salis ad decompositionem Ferri sesquijodati sufficit, cavendo autem, ne Natrum praevaleat. Fluidum turbidum, cujus portiuncula exemta et filtrata adhuc minimam remanentiam ferri ostendat, tunc porro in lebete ferreo initio leni calore, sub finem fortiore igne ad perfectam siccitatem inter agitandum evaporet. Residuum refrigeratum cum

Aquae destill. calidae *P.* 100,

vel quantitate sufficiente digere, tum filtra, Ferrum oxydatum in filtro bene eluendo. Fluidum limpidum tandem evaporando seponendoque loco frigido in crystalla coge, quae inter chartam bibulam siccata in vitris clausis asserves. Effic. *P.* circiter 46.

Ad parandas quantitates majores.

℞p. Liquoris Natri caustici diluti q. v.

In lebetem ferreum ingesto et paulum calefacto paulatim inter agitationem ingere

Jodi quantum

requiritur ad justam neutralisationem. Tum liquor evaporet ad volumen dimidium. Addita

Carbonis pulverati

parte decima quantitatis Jodi supra consumpti, inter agitationem evaporare ad siccum perge. Tum, lebete operculo tecto, residuum modico calore aestuet. Massa refrigerata in aqua destillata solvatur, filtretur et l. a. in crystalla redigatur.

Natrium nitro-ferri-cyanatum.

$2NaCy,Fe^2Cy^3NO^2+4HO$. Natrum nitroborussicum. Ferrô-Natrium cyanatum nitrosatum. Nitroprussidnatrium.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 3.

In cucurbitam vitream ingestis affunde

Acidi nitrici puri (p. spec. 1,2) *P.* 7.

Digere lenissimo calore per horam dimidiam et interdum agita. Tum, si opus est, inter digerendum paulatim instilla

Acidi nitrici puri q. s.,

donec portiuncula liquoris exemta et cum solutione dilutiore Ferri sulphurici crystallisati commista non colore caeruleo, sed sordide viridi tingatur. Tum liquorem evaporando ad partes remanentes 8 redactum loco frigido per diem unum sepone, ut Kali nitricum exortum in crystalla coëat.

Liquori viridi a crystallis defuso, dein calefacto sensim instilla

Natri carbonici in aqua soluti

quantum ad neutralisationem liquoris requiritur. Fluidum adhuc calidum a praecipitato exorto filtrando separa, filtrum paulo aquae elue, et fluida limpida commista evaporando seponendoque in crystalla coge, quamdiu haecce a Kali nitrico atque Natro nitrico libera prodeunt. Sint crystalla colore e rubineo rubro, premendo inter chartam bibulam siccanda. Serva in vitris a luce remotis.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 3.

In cucurbitam vitream ingestis affunde

Acidi nitrici puri *P.* 7.

Digere lenissimo calore per horam dimidiam et interdum agita. Tum, si opus est, inter digerendum paulatim instilla

Acidi nitrici q. s.,

donec portiuncula liquoris exemta addita solutione dilutiore Ferri sulphurici crystallisati non calore caeruleo sed sordide viridi tingatur. Dein liquori adhuc calido instilla

Natri carbonici soluti,

quantum ad neutralisationem requiritur. Tum filtretur. Liquorem filtratum evaporando ad partes 5 remanentes usque redactum commisce cum

Spiritus V. rectfss. *P.* 25

et per diem unum loco frigido sepone. Postremum decantha et liquorem limpidum evaporando seponendoque in crystalla coge.

Natrium sulpho-cyanatum.

NaC^2NS^2. Natrium rhodanatum.

Rp. Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 10,

Natri hyposulphurosi cryst. *P.* 35.

Conterendo bene mixtas et calore ab crystallisationis aqua liberatas immitte in patinam porcellaneam et modice calefac, donec Acidum hyposulphurosum destructum fuerit. Massam residuam aut sepone loco humido, ut humescat, et Spiritu Vini affundendo Natrium sulpho-cyanatum aut Aqua destillata affundenda elixiva. Solutio Natrii sulphocyanati tum evaporando in crystalla cogatur.

Natrium sulphuratum.

Sulphuretum Sodii officinalis *Ph. Belg.*

Rp. Natri carbonici sicci *P.* 3,

Sulphuris sublimati *P.* 2.

Mixtae in sartaginem ferream immissae leni igni exponantur, donec effervescentia peracta in massam homogeneam coierint, quam in laminam ferream effusam post refrigerationem in pulverem grossum redige. Serva in lagenis bene obturatis.

Natrium sulphuratum sulphhydratum.

$NaS,HS+12HO$. Natrium hydrosulphuratum. Natriumsulfhydrat.

Rp. Liquoris Natri caustici rec. parati, p. spec. 1,3, q. v.

In lagenam ingeratur et in liquorem gas hydrosulphuratum l. a. tamdiu inducatur, donec nil amplius absorbeatur. Tum liquorem, lagena optime obturata, loco frigido sepone per aliquot dies. Crystalla exorta in cribro porcellaneo collige et premendo inter chartam bibulam siccata

in lagenas siccas ingere, quas optime obturatas loco umbroso asserves.

Natro-Kali tartaricum.

$KaO\overline{T}+NaO,\overline{T}+8HO$. Tartarus natronatus.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 15.

Solve in vas stanneum vel porcellaneum immissas in

Aquae destillat. *P.* 90.

Liquori calefacto et ebullienti paulatim adjice

Tartari depurati pulv. *P.* 19

aut quantum requiritur, ut Natrum tantum paululum praevaleat. Liquor seponatur per aliquot dies, tum filtretur et evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Effic. *P.* 28.

Natrum arsenicicum crystallisatum.

$2NaO,HO,AsO^5+24HO$.

Rp. Natri nitrici *P.* 100,
Arsenici albi *P.* 116.

Pulveratas et optime mixtas in crucibulum Hassiacum ingere, ad dimidium tantum implendum, cui alterum crucibulum inversum, in fundo foramine instructum, supertege. Crucibulo sensim prunis circumdato, massa primum liquescens, tum vapores fuscos venenosos (circumspecte evitandos, ne imbibantur) exhalans, sub divo modice uratur. Massam salinam refrigeratam solve in

Aquae fervidae destill.

quantitate sufficiente. Liquori fervido instilla solutionem aquosam e

Natri carbonici cryst. *P.* 150

paratam vel quantum requiritur, donec reactio alcalina praevaleat. Tum filtra. Liquor filtratus evaporet, donec gutta lapidi instillata crystalla exhibeat. Dein loco frigido per unum diem sepone ad crystallisandum. Liquor ab crystallis ortis defusus fac iterato evaporet ac refrigescat, ut crystalla edat. Lixivium ultimum in locum separatum rejiciatur. Crystalla collecta crystallisatione iterata depura et inter chartam bibulam, calorem evitando, sicca. Lixivium ultimum denuo rejiciatur. Cura autem, ut liquores crystallisandi semper reactionem alcalinam praebeant. Crystalla serva in lagenis obturatis. 100 Partes continent Partes 28,6 Acidi arsenicici. Quoniam crystalla exoriuntur, quorum constitutio exaequat formulam: $2NaO,AsO^5+14HO$, exsiccatio salis commendatur.

Natrum arsenicicum siccum.

Rp. Natri arsenicici cryst. q. s.

In vas porcellaneum immissum liquefac et inter agitandum calore sensim aucto per aliquod tempus exure, donec ex eo vapores aquosi non amplius evadant. Sal perfecte exsiccatum et contritum in vitris bene obturatis caute serva. Partes 100 continent Partes 65 Acidi arsenicici.

Natrum benzoïcum.

$NaO,\overline{Bz},+2HO$.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 15.

Solutis in

Aquae destill. *P.* 45

et calefactis immisce

Acidi benzoici cryst. *P.* 13

vel quantum sufficit ad neutralisationem perfectam efficiendam. Liquor dein filtratus et leni calore ad volumen dimidium usque redactus supra orbes porcellaneos effundatur, ut loco tepido sensim evaporatus in crystalla convertatur.

Natrum bisulphuricum.

$NaO,HO,2SO^3+2HO$. Natrum sulph. acidum.

Rp. Natri sulphurici cryst. *P.* 16,
Aquae destill. *P.* 24.

In patinam porcellaneam immissis instilla inter agitationem

Acidi sulphurici conc. *P.* 5.

Dein mixtura usque ad ebullitionem calefacta seponatur loco frigido, ut crystalla demittat. Liquor a crystallis defusus ad volumen usque dimidium evaporet et ad crystallisationem seponatur. Crystalla in infundibulo collige et, postquam lixivium defluxerit, loco tepido desicca.

Natrum bitartaricum.

$NaO,HO,\overline{T}^2+2HO$. Natrum tart. acidum.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 19.
Acidi tartarici *P.* 10,
Aquae destill. *P.* 34.

In ollam amplam immissae interdum agitentur, tum calefiant et filtrentur. Liquori admisce solutionem filtratam, paratam ex

Acidi tartarici *P.* 10 et
Aquae destill. tepid. *P.* 15.

Hoc facto, mixturam agita, donec sal albissimum demittitur. Sedimentum in

linteum transfer et premendo ab liquido separatum loco calido exsicca. E liquore ultimo evaporando, seponendo agitandoque sal separetur, quamdiu hoc album evadit.

Natrum carbonicum solutum.

Rp. Natri carbonici cryst. dep. *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 2.
Filtra. Pond. spec. 1,131.
Ph. Dubl. 3 et 40. Pd. spec. 1,026.

Reagens.

Rp. Natri carbonici cryst. puri *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 4.
Filtra.

Natrum causticum liquidum.

NaO,HO+10,3 Aq. Liquor Natri caustici s. hydrici. Soda caustica liquida.

Paretur aequali modo, quo Kali causticum liquidum, nisi quod Natri carbonici crystallisati *P.* 4, Aquae *P.* 20 et Calcariae *P.* 1 sumantur. Pond. spec. 1,330.
Nota. Pondera specifica liquoris *Pharmacopoearum* aequant eadem, quae Liquori Kali caustico attributa sunt. *Ph. Brit.* 1,047.

Rp. Natri caustici sicci *P.* 3.
Solve agitando in
Aquae destill. *P.* 7.
Paretur, quoties usus poscit. Pond. spec. 1,33.

Natrum causticum siccum.

NaO,HO. Natrum hydricum.
Paretur e Natro caustico liquido recens parato aequali modo, quo Kali causticum siccum.

Natrum chloricum.

NaO,ClO⁵. Natrum oxymuriaticum.

Rp. Acidi tartarici cryst. in frustulis *P.* 21.
In
Aquae destill. *P.* 200
solutae perfecte saturentur
Natri carbon. cryst. (*P.* 40)
quantitate sufficiente. Liquori filtrato tunc adde
Acidi tartarici cryst. *P.* 21.
et leni calore solve. Tum admisce
Kali chlorici *P.* 34½.
(Hoc Kali chloricum terendo in mortario porcellaneo et, dum adspergitur aqua, in pulverem redactum sit.)
Digere per 24 horas, saepius agita, tum loco frigido sepone. Sedimento exorto deinde colando per linteum separato et ope pauxilli aquae abluto, fluida collecta filtrentur et in balneo vaporis ad siccum evaporent. Sal siccum refrigeratum in
Aquae dest. frigidae 5plo
digerendo solutum, tum filtratum l. a. evaporando refrigerandoque in crystalla coge, quae supra orbem porcellaneum dispersum loco vix tepido siccata serva in lagenis vitreis obturatis. Effic. circiter *P.* 26. Sint crystalla plerumque rhomboidea prismatica, in aëre paululum humescentia.

Natrum choleïnicum (impurum).

Rp. Fellis recentis Tauri vel Ovis *P.* 10.
In balneo vaporis quam celerrime ad volumen dimidium evaporent. Liquorem residuum statim cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 10
inter conquassandum commisce, per biduum loco frigido sepone et filtra. Liquori filtrato admisce
Carbonis animal. pur. *P.* 1.
Digere leni calore per aliquot horas et filtra.
Liquor limpidus, Spiritu blanda destillatione calore balnei vaporis elicito, calore eodem ad mellaginis tenuioris spissitudinem evaporet, et residuum cum
Aetheris (p. spec. 0,725 —0,730) *P.* 3
fortiter saepiusque conquassetur et maceretur. Aethere defuso, residuum leni calore siccetur, tum commistum cum
Sacch. Lactis pulv. siccati aequali pondere,
et bene contritum statim in lagenulis vitreis embolis suberinis optime obturandis asservetur.
Signa: Natrum choleinicum. Sumatur

2plum. Effic. cum Saccharo adjecto ½ *P.* et plus.

Nota. Fel Tauri inspissatum praebet circiter 50% Natri choleinici (sine Saccharo). Conf. Fel Tauri depuratum siccum *Ph. Bor.*

Natrum citricum.

3NaO,$\overline{Ci}$+11HO. Citras Sodae neutralis.

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 3.
Solve in
Aq. destill. fervid. *P.* 6.
Liquori filtrato paulatim injice
Acidi citrici cryst. *P.* 4

vel quantum requiritur ad neutralisationem. Liquorem evaporando seponendoque in crystalla coge, quae inter strages chartae bibulae loco tepido siccata in vasis obturatis serva, ne fatiscant.

Natrum hypophosphorosum.

NaO,PO,2HO.

℞p. Calcariae hypophosphorosae,
Natri bicarbonici pulv. aa *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 6.

In ollam amplam immissae stent, interdum agitatae, loco tepido per horas duas dein refrigeratae, admixtis
Spiritus V. rectfss. *P.* 3,

filtrentur. Liquor filtratus calore balnei vaporis (70—80° C.) ad siccum evaporet. Sal siccum statim in lagenulis vitreis optime obturatis servetur.

Sal solutum loco aëre vacuo evaporatum refert crystalla decoloria nitentia, saporis paululum caustici salini, odoris expertia, in aëre deliquescentia, in aqua et Spiritu Vini solubilia. Sal calore aucto primum liquescit, tandem subito decomponitur, gas Hydrogenii phosphorati deflagrans vehementer emittendo.

Natrum hyposulphurosum.

NaO,S^2O^2+5HO. Natrum subsulphurosum.
Unterschwefligsaures Natron.

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 32.
Solve in
Aquae *P.* 64.
Solutioni filtratae inter terendum in mortario porcellaneo admisce
Sulphuris sublimati *P.* 4.
In miscelam l. a. inducatur tamdiu
Acidum sulphurosum gasiforme,

donec hoc valde praevaleat. (De evolutione Acidi sulphurosi cf. Pag. 15.) Liquor in cucurbitam vitream ingestus calefiat, ut per aliquot temporis momenta ebulliat, tum filtretur et modico calore evaporando in lebete porcellaneo ad tertiam partem sui voluminis redigatur. Dein sepone loco frigido, ut sal in crystalla abeat. Lixivium ultimum rejiciatur. Effic. *P.* 24.

Natrum lacticum.

NaO,$\overline{L}$.

℞p. Calcariae lacticae siccae *P.* 5,
Natri bicarbonici *P.* 3:
Conterendo mixtis sensim admisce
Aquae dest. fervidae *P.* 10.
Effervescentia cessante, adde, si opus est,
Natri bicarbonici pulv. q. s.,

ut reactio paulum alcalina efficiatur. Quo facto admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 5

et sepone per aliquot horas, interdum agitando. Postremo filtra, filtrum Spiritu Vini rectf. eluendo. Liquor evaporet ad siccum et loco calido seponatur, donec massam pulverandam referat. Massa pulverata in vitris bene obturatis servetur, ne humescat.

℞p. Ferri lactici cryst. *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 10,
Acidi nitrici puri (pd. spec. 1,18 ad 1,2) *P.* 1.

In patinam porcellaneam immissae leni calore, ope spathulae vitreae agitatae, ad extracti spissitudinem redigantur. Dein admisce
Natri bicarbonici pulv.
et Aquae destill. aa *P.* 3.

Interdum agitatae loco calido exsiccentur. Massae siccae contritae admisce
Aquae destill. *P.* 5 et
Spiritus V. rectf. *P.* 8.

Macera per horas duas et saepius agita. Si liquor reactionem paululum alcalinam non praebet, addatur Natri bicarbonici parva quantitas. Postremum filtra et

liquorem eodem modo tracta, quo supra praeceptum est.

Natrum molybdaenico-phosphoricum liquidum.

(Reagens.)

Rp. Ammoni molybdaenici *P.* 1.
Solve in
Aquae fervidae *P.* 4.
Solutioni tamdiu instilla liquorem e
Natri phosphorici cryst. et
Aquae destill. 4plo
paratum, quamdiu praecipitatum inde efficitur. Praecipitato optime eloto, affusis
Aquae dest. fervidae *P.* 3,
adde paulatim
Natri carbonici soluti q. s.,
donee inter digestionem solutum sit. Tum liquor ad siccum evaporet et massa sicca tamdiu uratur, donec Ammonum plane evanuerit. Massa sicca refrigerata et contrita
Acidi nitrici puri q. s.
humectetur et denuo leni igne uratur, ut Molybdaenum forte ortum iterum in Acidum molybdaenicum abeat.

Massa salina sicca et contrita commisceatur et conquassetur cum
Aquae dest. fervidae 10plo.
Tum adde
Acidi nitrici q. s.,
ut hoc valde praevaleat. Miscela bene conquassata stet per 12 horas, postremo filtretur. Liquor citrinus sic obtentus in lagenis vitreis obturatis et contra vapores ammoniacales optime munitis asservetur.

Natrum nitricum solutum.


Solutio Natri nitrici. *(Ad recepturam.)*

Rp. Natri nitrici cryst. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 3.
Solve et filtra. *Signa:* Natrum nitricum. Sumatur 4plum. Pond. spec. 1,187.

Liquor Natri nitrici Rademacheri.

Liquor Natri nitrici *Ph. Hamb.*

Rp. Natri nitrici cryst. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 2.
Solve et filtra. Pond. spec. 1,256.



Natrum phosphoricum.


$2NaO,HO,PO^5+24HO$.

Rp. Ossium q. v.
Immitte in focum fornacis, et ad albedinem ure. Horum ossium ustorum contusorum
Partibus 8
affunde
Acidi sulphurici Angl. conc. *P.* 5,
antea dilutas
Aquae quintuplo.
Digerantur in vase vitreo vel figulino leni calore, donec frustula ossium omnia evanuerint, et miscela in pultem impalpabilem mutata sit. Tum cum expressione cola. Residuum pari pondere aquae purae edulcoretur, quem ad finem optime methodum expulsoriam seu deturbatoriam institues. Liquor hoc modo obtentus calefactus tum
Natri carbonici
quantitate sufficiente addenda saturetur, ita ut Natrum praevaleat. Dein liquor filtratus, in vase figulino ad crystallisationis momentum evaporatus, seponatur, et crystallis collectis, evaporatio repetatur, quamdiu crystalla prodeunt; lixivium ultimum rejiciatur. Crystalla collecta resolvendo in aqua, filtrando, evaporando seponendoque denuo in crystalla coge, lixivium ultimum iterum rejiciendo. Effic, *P.* circiter 7—8.

Natrum phosphoricum ammoniatum.

NaO,NH^4O,HO,cPO^5+8HO. Sal microcosmicum. Sal Urinae fusibile. Phosphorsalz.

Rp. Natri phosphorici cryst. *P.* 7,
Ammoni chlorati *P.* 1.
Solve coquendo in
Aquae destill. *P.* 3.
Liquorem refrigerando in crystalla coge, quae collecta denuo solvendo in aqua, evaporando seponendoque iterum in crystalla coge. Lixivia ultima semper rejiciantur.



Natrum pyrophosphoricum.

$2NaO,PO^5+10HO$.

Rp. Natri phosphorici cryst. q. v.
Contusum loco tepido seponendo vel calore balnei aquae inter agitationem quam

maxime ab aqua crystallina liberetur. Massa pulverea tum in crucibulum porcellaneum ingesta primum modico calore incalescat, dein uratur, donec omnis aqua avolaverit et portiuncula exemta, in Aqua destillata soluta addito Argento nitrico praebeat praecipitatum album. Dein massam refrigeratam solve in

Aquae destill. fervidae

octuplo quantitatis Natri phosphorici crystallisati adhibiti. Liquor adhuc calidus filtratus ad duos trientes voluminis evaporando redigatur et loco frigido seponatur, ut crystalla demittat. Liquor a crystallis defusus denuo evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Crystalla collecta et desiccata serva in ollis obturatis. Eff. 60$\frac{0}{0}$.

Natrum santonicum.

$\overline{Na,O,\overline{San}+8HO}$. Natrum santoninicum.

℞p. Santonini *P.* 5,
Natri carbonici cryst. *P.* 4.

Conterendo exacte mixtas, affusis

Aquae destillat. *P.* 5,

loco umbroso per aliquot horas digere. Dein leni calore balnei vaporis evaporando ad siccum redigantur. Massae residuae contritae affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 15.

Sepone loco tepido et saepius agita. Liquore defuso, residuo Spiritum Vini rectificatissimum iterum affunde, quod repetatur, quamdiu Spiritus aliquid solvit. Liquores commixti, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, loco tepido (30—40° C.) seponantur, quamdiu crystallula concrescunt, quae siccata in vitris obturatis, a luce remotis, asserventur. Sint crystallula acicularia rhomboidea decoloria.

Natrum silicicum basicum liquidum.

Vitrum solutum natricum. Natronwasserglas.

Paretur aequali modo atque Kali silicicum basicum liquidum e

Quarzi *P.* 45,
Natri carbonici exsiccati *P.* 23,
Carbonis vegetab. *P.* 16.

Natrum stearinicum.

NaO,$\overline{St}$. Sapo purus.

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 11.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 44.

Liquori filtrato, in patinam porcellaneam immisso et in balneo vaporis calefacto sensim adjice

Acidi stearinici *P.* 20.

Digere per aliquot horas, donec effervescentia cessaverit. Dein admisce liquorem filtratum, solvendo paratum e

Salis culinaris *P.* 5,
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
et Aquae destill. *P.* 15.

Post agitationem per horam unam digerere perge, dein sepone loco frigido. Sapo dein collectus et Aquae destillatae paulo ablutus exprimatur et loco tepido exsiccetur, postremum in pulverem redigatur. Effic. *P.* 21.

Natrum sulphuricum solutum.

Solutio Natri sulphurici. *(Ad recepturam.)*

℞p. Natri sulphurici cryst. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 3.

Solve et filtra. Serva loco temperaturae mediae. *Signa:* Natrum sulphuricum. Sumatur 4plum. Pond. spec. 1,103.

Solutio hieme asservanda.

℞p. Natri sulphurici cryst. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 5.

Solve et filtra. *Signa*: Natrum sulphuricum. Sumatur 6plum. P. spec. 1,067.

Natrum sulphurosum.

NaO,SO^2+7HO. Antichlor.

℞p. Natri carbonici cryst. depur. *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 2.

In hanc solutionem filtratam et tepefactam conduc tamdiu

Acidum sulphurosum,

donec charta exploratoria mutetur. Deinde liquorem leni calore evaporando (sub divo) et refrigerando in crystalla coge.

Natrum tartaricum.

NaO,$\overline{T}$+2HO.

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 36.

Solve in

Aquae destill. *P.* 120.

Liquori calefacto sensim adjice

Acidi tartarici *P.* 19

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Liquorem filtratum evaporando seponendoque in crystalla coge. Eff. *P.* 27.

Niccolum carbonicum.

$2(NiO,CO^2)+3(NiO,HO)+2HO$.

Rp. Niccoli metallici venalis *P.* 10.

In cucurbitam vitream caute immissis affunde paulatim

Acidi nitrici puri *P.* 80.

Digere leni calore, Acidum paulatim adhuc addendo, donec metallum fere solutum sit. Liquor, admixta *P.* 1 Niccoli metallici, calore balnei arenae ad perfectam siccitatem redigatur. Residuo in

Aquae destillat. *P.* 120

soluto, dein filtrato fervefactoque instilla liquorem calidum, paratum e

Natri carbonici cryst. *P.* 50
et Aquae destill. *P.* 150.

Praecipitatum inde exortum, elotum, adhuc humidum solvatur in

Acidi hydrochlorici puri *P.* 50

vel quantum requiritur, ut Acidum parum praevaleat. In hanc solutionem aqua dilutam inducatur

Acidi hydrosulphurici gasiformis,

donec liquor eo saturatus sit. Dein sepone per aliquot horas et filtra. Liquor tunc coquatur, post refrigerationem filtretur, in lagenam (ad partes tres e quatuor replendam) ingeratur et

Gase Chlori

exacte saturetur. Additis

Barytae carbonicae *P.* 2,

sepone per unum diem, saepius agitando. Liquori filtrato instilla

Acidi sulphurici diluti q. s.,

ut Baryta soluta praecipitetur. Filtratione facta, liquori limpido instilla solutionem filtratam paratam e

Natri carbonici cryst. *P.* 48
et Aquae destill. *P.* 144

vel q. s. hujus solutionis, donec Natrum parum praevaleat. Praecipitatum inde exortum aqua calida ablue et loco calido inter strages chartae bibulae sicca.

Niccolum sulphuricum.

NiO,SO^3+7HO.

Rp. Niccoli carbonici *P.* 5.

Sensim immitte in

Acidi sulphurici diluti *P.* 27

vel q. s., ut solvatur. Liquor filtratus evaporando seponendoque in crystalla cogatur, quae celeriter inter strages chartae bibulae pressa et siccata in vitris obturatis serventur, ne fatiscant.

Nicotinum.

$\overset{+}{Ni}=C^{10}H^7N$.

Rp. Fol. Nicotianae sicc. *P.* 100.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 400.

Digere per horas 24 loco calido et ope preli exprime. Residuo iterum affunde

Aquae fervidae *P.* 200,

digere et exprime.

Liquoribus commixtis, evaporando ad spissitudinem mellis redactis, adhuc calidis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 50.

Sepone loco calido, saepius fortiter agita, tandem filtra. Liquori filtrato, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, admisce

Liq. Kali caustici (pond. spec. 1,333) *P.* 15,
Aetheris optimi *P.* 20.

Macera et saepius agita. Aetheri decanthato paulatim admisce inter lenem agitationem

Acidum oxalicum pulveratum (*P.* 2—3),

quamdiu liquidum spissiusculum secernitur, quod Aethere ablutum commisceatur cum

Liq. Kali caustici et
Aetheris āā Volum. duplici.

Saepius fortiter agita et sepone. Liquore aethereo decanthato, residuum semel atque iterum cum novis quantitatibus Aetheris conquassetur, ut Nicotinum omne exhauriatur, et liquores aetherei decanthando colligantur. Liquores aetherei commixti, Aethere magna ex parte destillando elicito, calore balnei aquae, 35° C. non superante, agitatione evitata, sub divo evaporent. Residuum oleosum, quam celerrime in lagunculas ex toto replendas

et optime obturandas (epistomeis vitreis) ingestum, caute asservetur.

Evaporatio liquoris sub campana vitrea antliae pneumaticae melius peragitur.

Sit liquor olei instar decolor vel subflavidus venenosissimus, saporis odorisque tabacini penetrantis, ponderis specifici 1,022—1,024.

Nitrobenzonum.

$C^{12}H^{5}NO^{4}$ Nitrobenzol. *Essence de Mirbane.*

Rp. Acidi nitrici monhydrati fumantis *P.* 10.

In retortam tubulatam ad trientem capacitatis replendam immissis et ad lenem ebullitionem usque calefactis sensim guttatimque instilla (perfundendo per tubum vitreum longiorem tubulo insertum).

Benzonum e lithanthrace,

quamdiu vapores nitrosi evolvuntur. Liquor, qui in excipulum transit, saepius in retortam refundatur. Evolutione vaporum rutilorum cessante, Benzonum Acido forsan innatans leni calore destilletur. Quo facto liquorem, quem retorta continet, funde in

Aquae frigidae *P.* 120—150

et per aliquot dies sepone, donec Nitrobenzonum in fundo vasis coïerit. Liquore acido defuso, Nitrobenzonum aqua abluatur et servetur.

Nitrum tabulatum.

Sal Prunellae.

Rp. Kali nitrici *P.* 3,
Kali sulphurici *P.* 1.

Pulveratae mixtaeque in crucibulum porcellaneum aut Hassiacum ingerantur et igne fortiore liquentur. Massam liquatam ope cochlearis porcellanei calefacti exemtam per cochlear ferreum calefactum, foramine minore instructum, supra discum porcellaneum ita perfunde, ut gutta quaeque rotula fiat. Loco cochlearis ferrei etiam caput fistulae fumariae adhibere potes.

Oleum Absinthii coctum s. infusum.

Rp. Herbae Absinthii siccatae, minutim concisae *P.* 2.

Exacte conspergantur

Spiritus V. rectfss. *P.* 1.

In vase clauso compressae seponantur per horam unam. Tum affunde

Olei Oliv. Provinc. *P.* 12.

Digere per aliquot horas et saepius agita. Miscelam deinde in lebetem cupreum ingere et coque, donec Spiritus Vini abierit et portiuncula herbae exemta, dum inter digitos teritur, plane sicca appareat. Exprimendo cola et post aliquod tempus filtra. (*Ph. Dan.* Herb. Abs. 1, Ol. Oliv. 3).

Ex tempore paretur secundum praescriptum hoc:

Rp. Olei Oliv. Prov. *P.* 100,
— viridis *P.* 20,
— Absinth. aeth. *P.* 1,

Misce.

Eodem modo paretur:

Oleum coctum **Elaterii** e fructib.

Oleum coctum **Rutae** graveolentis.

Ph. Sax. Oleum Absinthii mixtum. Ol. Absinth. aeth. 1, Ol. Olivar. 480.

Oleum Absinthii terebinthinatum.

Rp. Olei Absinth. aeth. *P.* 1,
Olei Terebinth. rectf. *P.* 8.

M. *Ph. Hann.*

Oleum Amygdalarum camphoratum.

Simili modo, quo Oleum camphoratum paretur.

Oleum Anchusinae.

Oleum Alcannae.

Rp. Pigmenti Alcannae *P.* 1.

Solve digerendo in

Olei Amygdalar. *P.* 8.

Filtra et serva in lagenis obturatis loco umbroso frigido.

Oleum animale aethereum.

Oleum animale Dippelii.

Rp. Olei animalis foetidi q. v.

Per tubum retortae vitreae in balneo arenae collocandae infunde. Excipulo apposito, leni calore destillationem institue, quamdiu oleum tenue coloris expers vel flavescens prodit. Oleum sic obtentum cum aquae quadruplo novae destillationi ex alio vase destillatorio subjice, quamdiu decolor emanat. Oleum destillatum

ab aqua liberatum in laguncalas ex toto replendas immittatur, quas probe clausas, sub Glycerino vel aqua immersas, loco obscuro serva.

Oleum Anisi sulphuratum.

Balsamum Sulphuris anisatum.

Rp. Sulphuris sublimati *P.* 1.

In cucurbitam vitream immissam igne sensim aucto liqua, donec spissescat. Tum ab igne remove et sulphuri affunde

Olei Anisi aeth. *P.* 8,

cucurbitam operculo obtegendo. Digere per aliquot horas calore balnei vaporis et saepius agita. Post refrigerationem, liquor decanthetur et in lagenula clausa, luci subducta, asservetur.

Sit oleum e rubro flavum, odoris Anisi. *Ph. Belg.*

Oleum anodynum.

Linimentum antispasticum.

Rp. Tinct. Opii spl.
Spirit. Ammoni caustici Dzondii,
Mixturae oleoso-balsamicae āā *P.* 1,
Olei Hyoscyami cocti *P.* 9.

Misce. Agitatum dispensa.

Oleum anthelminthicum s. contra Taeniam Chaberti.

Oleum Chaberti.

Rp. Olei Terebinth. *P.* 3,
Olei animal. foet. *P.* 1.

Mixtis in retortam immissis, blanda destillatione eliciantur

Partes 3,

quae statim in lagenulas vitreas ingerendae et in iis loco umbroso asservandae sunt. Sit Oleum limpidum, coloris expers aut flavescentis. Si oleum fuscescit, novae destillationi subjiciatur. *Ph. Bor. vet.*

Ex tempore:

Rp. Olei Terebinth. rectf. *P.* 9,
Olei animalis aeth. *P.* 1.

Misce. *Ph. Norv.*

Ph. Belg. Ol. Tereb. 4, Ol. animal. aeth. 1. Misce.

Oleum antihypocophosicum.

Oleum acusticum. Ohrenöl bei Schwerhörigkeit. Gehöröl.

Rp. Glycerini *P.* 480,
Camphorae,
Olei Cajaputi,
Olei Sassafras āā *P.* 2,
Spirit. aetherei *P.* 4.

Macera et saepius agita, tum filtra. *Signa:* Guttulae nonnullae gossypio infusae in meatum auditorium transducantur.

Oleum Dr. John Robinsonii.

Rp. Ol. Provincial *P.* 500,
Ol. Papaveris *P.* 1000,
Camphorae *P.* 30,
Ol. Cajaputi *P.* 10,
Ol. Sassafras *P.* 5,
Ol. Neroli *P.* 2,
Ol. Pelargonii *P.* 1.

M. et solve.

Oleum Spielmannii.

Rp. Bulbor. Allii Cepae conc. *P.* 480,
Fellis Tauri *P.* 120,
Olei Amygdalar. *P.* 480.

Digere et exprime. Oleo decanthato admisce

Olei Rorismarini,
— Majoranae,
— Rutae āā *P.* 2.

Oleum Asphalti rectificatum.

Rp. Asphalti pulv. *P.* 2,
Arenae lotae *P.* 3.

Misce et destilla e retorta vitrea ad siccitatem. Liquor aquosus, initio prodiens, ab oleo separetur, quod denuo rectificatum in lagenulis bene obturatis serves. Sit flavescens.

Oleum Balsami Copaivae aethereum.

Rp. Balsami Copaivae *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 50.

Vesicae destillatoriae, intus stanno ob-

ductae, immissis, fiat destillatio, quamdiu aqua oleo gravida prodit. Oleum l. a. separatum serva. Effic. circiter *P.* 3½. Resina in vesica residens siccetur et signetur:

Balsamum Copaivae inspissatum s. siccum s. Parisiense.

Serva.

Oleum Belladonnae coctum s. infusum.

Similiter paretur ex Herba Belladonnae (Atropae) atque Oleum Absinthii coctum. Ex tempore paretur secundum praescriptum sequens:

Rp. Extracti Belladonnae (spirit.) *P.* 1.

Terendo in mortario porcellaneo solve in

Spiritus V. rectf. *P.* 1.

Tum exacte admisce fortiter conquassando

Olei Olivar. Prov. *P.* 22.

Nota. Si vis, oleum decanthatum dispensa.

Oleum bezoardicum.

Rp. Camphorae *P.* 10,
Olei Provincialis *P.* 100,
Olei Bergamottae *P.* 5.

Solve et misce. Mixtura tingatur Radice Alcannae.

Oleum Cacao.

Butyrum Cacao.

Rp. Semina Cacao.

Leviter tosta, dein decorticata et minutim contusa in mortario ferreo, modice calefacto, terantur, donec in massam quasi unguinosam redacta sint. Tunc, immixta Aquae calidae parte sexta, sacco cannabino inclusa inter laminas metallicas, aqua fervida calefactas, prelo exprimantur. Oleum elicitum calore balnei vaporis liquefiat et per chartam bibulam, antea exsiccatam, loco calido filtretur. Refrigeratum serva.

Oleum cadinum arte factum.

(Ad usum veterinarium.)

Rp. Fuliginis splendent. plv.,
Picis liquidae āā *P.* 5,
Olei Olivarum *P.* 20,
Olei Ligni Juniperi,
Benzoni e lithanthrace āā *P.* 30.

Mixtas digere per aliquot dies, tum sepone loco frigido, tandem filtra.

Oleum Cajaputi rectificatum.

Rp. Olei Cajeputi crudi *P.* 60.

Admisce agitando

Kalii ferro-cyanati flavi *P.* 1,

antea solutam in

Aquae destill. *P.* 4.

Sepone per aliquot horas. Tum Oleum supernatans l. a. separa et cum aqua rectifica.

Oleum camphoratum.

Linimentum Camphorae *Ph. Brit.* Oleum Olivarum camph. *Ph. Fenn.*

Rp. Camphorae concisae *P.* 1.

Solve digerendo in

Olei Olivarum *P.* 8

et serva. *Ph. Bor. vet., Dan.*

Ph. Austr. 1 et 2. *Ph. Suec., Norv., Hann., Brit.* 1 et 4. *Ph. Fenn.* 1 et 3. *Ph. Bav., Wrtb., Gall.* 1 et 7.

Oleum Cannabis Indicae.

Rp. Herba Cannabis Indicae *P.* 1,
Olei Cannabis *P.* 2,
Olei Provincialis *P.* 1.

Herbam Cannabis contusam et oleis superfusam digere per 5—6 horas, donec oleum colorem saturate viridulum assumserit, tum exprime et liquorem oleosum viscosum loco tepido filtra.

Oleum Cantharidum.

Rp. Aetheris cantharidati q. v.

Lenissimo calore evaporando ad mellaginis tenuioris spissitudinem redigatur.

Oleum Cantharidum coctum s. infusum.

Rp. Cantharidum contus. *P.* 1,
Olei Olivar. Prov. 4.

Digerantur per 24 horas in vase vitreo, tunc per linteum densius colentur. Sit oleum turbidum, e viridi fuscum. *Ph. Hb., Sl. H., Dan. vet., Suec., Norv.*

Oleum carminativum.
Kolitöl.

℞p. Olei Chamomill. coct. *P.* 64,
— Menth. pip. *P.* 4,
— Carvi,
— Foeniculi,
— Cumini āā *P.* 1.
M. *Ph. Norv.*

Oleum carminativum mitius
Ph. Norv.

℞p. Olei Chamomill. coct. *P.* 64,
— Menth. pip. *P.* 4,
— Carvi *P.* 3.
M.

(Ad usum mercatorium.)
Anwachsöl. Reeskoöl.

℞p. Olei Chamomill. coct. *P.* 16,
— Rorismarini,
— Thymi āā *P.* 1,
— Carvi *P.* 1/2.
M.

Oleum Cerae.

℞p. Calcariae ustae cont.,
Cerae flavae āā *P.* 2.
His in retortam vitream, in balneo arenae collocatam, immissis, fiat destillatio igne paulatim aucto. Oleum elicitum butyraceum nova destillatione supra
Calcariae ustae *P.* 1
rectifica.

Oleum Chamomillae citratum.
(Loco Olei Chamomillae *Ph Bor., Fenn.)*
Paretur e Floribus Chamomillae vulgaris recens collectis modice siccatis, quorum partibus 480 addita sit
Olei Cort. Citri *P.* 1.
Sit coloris caerulei saturati, nequaquam viridis. Servetur a luce remotum *Ph. Bor., Fenn., Helv.*
Nota. Si oleum colorem viridem induit, supra Flores Chamomillae denuo rectificetur.

Oleum Chamomillae coctum s. infusum s. mixtum.
Paretur simili modo e Floribus Chamomillae siccis atque Oleum Absinthii coctum.
Ex tempore paretur secundum hoc praescriptum:

℞p. Olei Olivar. Prov. *P.* 100,
— viridis *P.* 20,
— Chamomill. citrati *P.* 1.
Misce.

Oleum Conii coctum
s. infusum.
Paretur coquendo simili modo ex Herba Conii maculati atque Oleum Absinthii coctum.
Ex tempore paretur ex Extracto Conii uti Oleum Belladonnae coctum.

Oleum crinale.
Huile antique. Haaröl.

℞p. Olei Oliv. Prov. *P.* 24,
Mixturae odoriferae *P.* 1.
Misce.
Nota. Olei crinalis *P.* 25 macerando Radicis Alcannae *P.* 1/8 vel commiscendo cum guttulis nonnullis Olei anchusinae tinctae praebent:

Oleum crinale rubrum.
Klettenwurzel-, Kräuteröl, Macasseröl.

Oleum crinale album.

℞p. Olei Ricini albi *P.* 50,
Spirit. V. alcoholisati
P. 150,
Olei Bergamottae *P.* 2,
Olei Rosarum *P.* 1/4.
M.

Oleum Crotonis Tiglii.
Paretur (manus, faciem oculosque bene protegendo) e seminibus Crotonis Tiglii decorticatis et contusis aut expressione aut cum Asbesto mixtis in apparatu depulsorio (Aetherextractionsapparat) ope Aetheris extrahendo.

Oleum Euphorbii compositum.
Oleum Baunscheidtii.

℞p. Olei Olivarum *P.* 40,
Cantharid. pulv. *P.* 1,
Euphorbii pulv. *P.* 2.
Digere per aliquot dies et filtra.

Oleum Euphorbiae
Lathyridis.

Oleum Lathyridis s. Cataputiae minoris.

Rp. Seminum Euphorbiae Lathyridis in aëre siccat. q. v.

Contusum macera per diem unum cum
Aetheris 4plo
et exprime. Tinctura filtrata destillando deminuta postremo in balneo vaporis evaporet. Residuum oleosum serva. Efficiuntur *P.* 30—35 e Partibus 100 Seminum.

Oleum
Fabrorum horologiorum.

Uhrmacheröl.

Rp. Olei ex pedibus Tauri vel ex ossibus eliciti recentis *P.* 1,
Benzini optimi *P.* 3.

Mixtae et in lagena clausa per aliquot dies sepositae filtrentur. Liquor filtratus tunc loco frigido temperaturae +5° C. seponatur, ut adeps stearinicus concrescat. Dein eodem loco frigido decantha et residuum turbidum filtra. Oleum, Benzino destillando elicito, in lagenulas denigratas immitte et serva.

Oleum Formicarum.

Rp. Formicarum *P.* 1,
Olei Olivarum *P.* 4.

Digere, exprime et filtra.

Oleum Galbani.

Rp. Galbani *P.* 1,
Aquae *P.* 8.

Fiat destillatio e retorta, quamdiu Oleum ab empyreumate liberum prodit. Oleum ab aqua separetur et servetur. Sit coloris expers aut subflavum.

Simili modo paretur:

Oleum Myrrhae aeth.

Oleum Galbani compositum.

Galbanetum Paracelsi.

Rp. Olei Galbani aeth.,
— Lavandulae āā *P.*
M.

Oleum Habacuccinum.

Oleum Colocynthidis comp. Habakuköl.

Rp. Extracti Colocynthidis,
Olei Absinthii aeth. āā *P.* 1,
— Petrae,
— Lavandul. āā *P.* 4,
— Rutae,
— Tanaceti āā *P.* 1,
Aloës pulv. *P.* 8,
Olei Absinthii coct. *P.* 40.

Misce et digere, postremo filtra.

Oleum Hippocastani.

Antigoutteux Genevoix.

Rp. Semina Aesculi Hippocastani.

Contusa et loco umbroso, calore non adhibito, siccata in pulverem grossiusculum redige, dein in apparatum depulsorium (Aetherextractionsapparat) immissa eodem modo, quo in paratione Extracti Cinae praescriptum est, Aethere affundendo exhauri. Liquor aethereus collectus, Aethere destillando separato, seponatur et postremo decanthetur.

Oleum Hippocastani venale plerumque paretur admiscendo Seminibus Hipocastani pulveratis
Amygdalarum dulcium pulveratarum partem quartam,
et exhauriendo Aetheris ope.

Oleum Hyoscyami coctum s. infusum.

Paretur simili modo ex Herba Hyoscyami atque Oleum Absinthii coctum.

Ex tempore paretur ex Extracto Hyoscyami uti Oleum Belladonnae coctum.

Oleum Hyoscyami
seminum pressum.

Semina Hyoscyami siccata aqua conspersa calore balnei vaporis emolliantur, tum ope preli exprimantur. Oleum expressum filtra.

Oleum Hyperici.

Rp. Olei Raparum *P.* 30,
Rd. Alcannae *P.* 1.

Digere per aliquot horas et funde per gossypium.

Oleum Jecoris Aselli album.

Oleum Morrhuae album.

Rp. Olei Jecoris Aselli flavi *P.* 300.

In lagenam immissis affunde

Kali caustici soluti, pond. spec. 1,115—1,120, *P.* 30.

Calore non adhibito, saepius agita, dein mixturam sepone per duas hebdomades loco frigido (10 ad 15° C.). Postremo liquor oleosus decanthando filtrandoque separetur et in lagenis bene obturatis servetur.

Oleum Jecoris Aselli ferruginatum.

Rp. Olei Jecoris Aselli flavi *P.* 1000.

In lagenam immissis admisce

Ferri oxydati hydrati recens praecipitati *P.* 50,

antea contritas cum

Aquae destill. *P.* 10.

Post conquassationem exactam sepone per aliquot dies et filtra.

Nota. Ferrum hydratum, si in promptu non habes, paretur e Ferri sesquichlorati crystallisati *P.* 54, vel Ferri sesquichlorati soluti, pond. spec. 1,480, *P.* 72, praecipitando ope Ammoni caustici et eluendo ope Aquae frigidae.

P. 100 Olei Jecoris Aselli ferruginati continent Ferri oxydati circiter *P.* 1.

Oleum Jecoris Aselli jodatum.

Rp. Olei Jecoris Asell. *P.* 480,
Jodi *P.* 1.

Jodo cum pauxillo Olei contrito Oleo Jecoris admixto, digere leni calore, donec color fuscus quam maxime evanuerit.

Oleum Jecoris Aselli ozonisatum

venale fuisse dubitandum est. Praestigatores pharmacopolaeque circumforanei verbo „ozonisatum" usi sunt, ut medicos aliqua nova fallerent. Illi Oleum Jecoris Aselli fere coloris expers semper dispensaverunt.

Oleum Jecoris Ozono impraegnatum est saporis et odoris ita ingrati, ut aegroti usum Olei hujus respuant.

Oleum jodoformatum.

Rp. Olei Amygdalar. *P.* 1000,
Jodoformii *P.* 5,
Olei Amygdal. aeth. *P.* 1/5.

M. et solve.

Oleum jodatum.

Rp. Jodi *P.* 1.

Solve leni calore in

Olei Oliv. Prov. *P.* 480.

Tum in lagenam e vitro albo confectam et bene obturatam immissas digere donec color fuscus quam maxime evanuerit.

Simili modo paretur

Oleum Amygdalarum jodatum.

Oleum ferro-jodatum.

Rp. Ferri limati *P.* 10,
Olei Amygdalarum vel Olivarum Provinc. *P.* 1000.

In lagenam immissis conquassandoque mixtis adde

Jodi *P.* 3,

et saepius agita. Dein sepone per aliquot dies, decantha et, si opus est, filtra.

Oleum laurinum.

Rp. Bacc. Lauri siccat. q. v.

Grosse pulveratas consperge aquae ferventis quantitate sufficiente, ut fiat puls mollior. Tum digere calore balnei vaporis per aliquot horas et massam adhuc fervidam ope preli calefacti fortiter exprime. Fluidum expressum sepone primum loco tepido, dein loco frigido, ut aqua subsidat. Oleum tunc separa et serva.

Oleum Liliorum.

Rp. Florum Liliorum candid. recent. conc. *P.* 1,
Olei Olivar. Provinc. *P.* 6.

Leni igne ebulliant, donec partes aquosae fere evaporatae sint. Oleum expressum sepone per aliquod tempus, tum filtra.

Oleum Lini sulphuratum.

Oleum sulphuratum. Balsamum Sulphuris.

℞p. Olei Lini *P.* 4,
– Olivarum *P.* 1,
Sulphuris sublimati loti et perfecte siccati *P.* 1.

Oleis in lebetem ferreum, satis amplum, immissis et fervefactis paulatim Sulphur immitte, spathula semper movendo, donec massa colore e fusco rubro mellaginis densioris spissitudinem acquisiverit; sed effervescentia incipiente vas statim ab igne remove, ne oleum nimio calore comburatur. Serva in ollis porcellaneis. *Ph. Norv.* Sulph. 1, Ol. 8. *Ph. Hann.* 1 et 6. *Ph. Helv.* 1 et 4.

Oleum Lumbricorum.

℞p. Olei Raparum *P.* 1.

In patinam porcellaneam immissam coque, donec fuscescat. Tum admisce
Olei Olivar. *P.* 2.

Oleum Menthae coctum s. infusum.

℞p. Olei Oliv. Prov. *P.* 100,
— viridis *P.* 20,
– Menthae crisp. *P.* 1.

Misce.

Oleum Menthae terebinthinatum.

℞p. Olei Menthae crisp. *P.* 3,
— Terebinth. rectf. *P.* 13.

Misce.

Oleum Mezerei.

℞p. Extracti Mezerei *P.* 1.

Solve in
Spirit. Vini absoluti *P.* 3.

Tum admixtis
Olei Oliv. Provinc. *P.* 10,
primum digere per horam unam, dein calore balnei vaporis tamdiu calefac, donec Spiritus Vini evaporatus sit. Post refrigerationem decantha.

Oleum Mudaris.

℞p. Corticis rad. Mudaris *) plv. *P.* 1,
Olei Oliv. Provinc. *P.* 50.

Digerantur per aliquot horas calore balnei vaporis et saepius agitentur. Tum filtra.

*) Cf. Pilulas Mudaris.

Oleum opiatum.

℞p. Opii subt. pulv. *P.* 1,
Olei Hyoscyami cocti *P.* 16.

Digerantur per dies duos et saepius agitentur, tum filtrentur.

Oleum Ovorum.

℞p. Vitellor. ovorum gallinaceorum q. v.

In sartaginem stanneam immissum calore balnei vaporis inter agitationem assiduam calefac, usquedum massa consistentiam unguenti mollioris induere incipiat, et portiuncula exemta inter digitos pressa pingue demittat. Tum sacculo linteo inclusum inter laminas, immergendo in aquam fervidam calefactas, fortiter exprime. Oleum expressum filtra et in vitris minoribus optime clausis serva. Sit oleum spissum, non rancidum. Vitella duo praebent Drachmam olei.

℞p. Vitell. ovor. gall. q. v.

In sartaginem porcellaneam immissum calore balnei vaporis inter agitationem assiduam calefac, donec in massam pulveream conversum sit, quae contrita in vas deturbatorium immittatur et affundendo Carboneum sulphuratum exhauriatur. Liquor collectus, Carboneo sulphurato maxima ex parte destillando elicito, calore balnei vaporis evaporet. Loco Carbonei sulphurati Aetherem sumere licet. Paratio tum eo modo efficiatur, qui ad parationem Extracti Cinae praeceptus est.

Oleum Ovorum artificiale.

℞p. Olei Amygdalar. *P.* 24,
Olei Cacao *P.* 4,
Cerae flavae *P.* 1

Liquando misceantur.

Oleum Petrae depuratum.

℞p. Petrolei *P.* 30,
Acidi sulphurici fumantis *P.* 5.

Conquassando bene mixtas sepone per

7 dies, tum Petroleum decantha et, admixta

Calcar. ustae pulv. *P.* 1,

sepone per aliquot dies. Petroleum decanthatum serva.

Oleum Philosophorum.

Oleum lateritium.

Rp. Olei Raparum *P.* 120,
Petrolei *P.* 4,
Olei animal. foet. crudi *P.* 2.

Misce.

Oleum phosphoratum.

Linimentum phosphoratum.

Rp. Phosphori P. 6.

Immitte in phialam

Olei Amygdal. *P.* 480

continentem, quam obturatam in aquam calidam immerge, ita ut Phosphorus liquetur. Vas saepe agitetur, donec phosphorus solutus sit, tum per aliquod tempus seponatur. Dein oleum refrigeratum a phosphoro forte secreto diligenter decantha. Sit oleum limpidum, a Phosphoro secreto liberum. *Ph. Bor. vet.*

Ph. Wrtb. 1 et 60. *Ph. Graec.* 1 et 48. *Ph. Sl. H., Dan.* 1 et 40. *Ph. Belg.* 1 et 50.

Oleum phosphoratum camphoratum.

Oleum phosphoratum *Ph. Hamb., Hann., Hass.*

Paretur aequali modo, atque Oleum phosphoratum *Ph. Bor. vet.*, e

Phosphori *P.* 6,
Camphorae *P.* 20,
Olei Amygdal. *P.* 480.

Ph. Hann. Phosph. 6, Camph. 40, Ol. Provinc. 480.

Oleum Ricini gelatinatum.

Gelatina Olei Ricini.

Rp. Olei Ricini *P.* 8,
Cetacei *P.* 1.

Leni calore colliquando mixtae seponantur, ut rigescant.

Oleum Secalis cornuti.

Oleum Ergotae. Extractum Secalis cornuti aethereum.

Paretur e Secali cornuto grosse pulverato, uti Extractum Seminum Cinae aethereum. 100 Partes Secalis cornuti edunt *P.* 33.

Oleum Stramonii coctum.

Paretur e Foliis Stramonii eodem modo quo Oleum Belladonnae.

Oleum Tauri pedum.

Ochsenpfotenfett. Rinderklauenfett.

Rp. Crura cum ungulis Bovis Tauri.

Ungulis rejectis, ossa diffinde et in ollam figulinam, quae aquam fervidam continet, immitte. Dein aqua per horam dimidiam ebulliat. Post refrigerationem pinguedo colligatur et servetur.

Oleum Terebinthinae camphinatum.

(Camphine.)

Rp. Olei Terebinthinae,
Aquae aa *P.* 50,
Calcariae hydratae *P.* 1,

quas in vesicam destillatoriam cupream ingere, ita ut ad $\frac{2}{3}$ repleta sit. Destilla igne moderato, donec Partes 47 Olei elicitae sint. Oleum ab aqua separatum in lagenis vitreis optime obturatis serva.

Oleum Terebinthinae ozonisatum.

Rp, Phosphori in frustulis P. 1,
Aquae destill. *P.* $^1/_2$.

Immittantur in lagenam amplam (capacem *P.* 1200—1300), epistomio claudendam. Sepone per quatuor horas. Tum in lagenam infunde

Olei Terebinth. rectf. *P.* 18,

et, epistomio celerrime iterum imposito, conquassa, dein sepone per horam unam. Postremo liquorem decantha et filtra.

Oleum Terebinthinae sulphuratum.

Balsamum Sulphuris Rulandi.

Rp. Olei Lini sulphurati,
Olei Lini $\widehat{aa}$ *P.* 1.

Leni igne liquatis et mixtis paulatim affunde

Olei Terebinthinae *P.* 4

et misce. Sit liquor e rubro fuscus, limpidus. Serva in lagenis vitreis obturatis.

Ph. Hass. Ol. Lini sulphurati 1, Ol. Tereb. 2. *Ph. Helv.* 1 et 3.

Oleum vesicans s. acre

Anglicum.

Feu anglais.

Rp. Euphorbii pulv.,
Cantharid. pulv. aa *P.* 1,
Olei Lavandulae,
Olei Oliv. Provinc. aa *P.* 50.

In ollam ingestas digere calore balnei vaporis, interdum agitando, per diem unum. Tum sepone et liquorem frigidum filtra.

Oleum acre Belgicum.

Feu belge.

Rp. Euphorbii pulv. *P.* 1,
Cantharid. pulv. *P.* 2,
Olei Jecoris Aselli *P.* 65.

Digere ut supra et filtra.

Feu français.

Rp. Tinct. Euphorbii,
Tinct. Cantharid. aa *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.

Misce.

Oleum Vini Gallici.

Aether oenanthicus. Fermentoleum Vini.

Cognacöl.

Rp. Faecum e musti fermentatione (Drusen) *P.* 200,
Aquae q. s

Misceantur, ut fiat liquidum pultiforme, cui adhuc

Acidi sulphurici conc. *P.* 1,

antea aqua diluta, addatur. Mixtura injiciatur in dolium ligneum, intus laminis plumbeis vestitum et ita constructum, ut aquae vapores ex alio vase emissi transeant. Destillatio fiat per hosce vapores, pultem inter destillandum perpetuo agitando, quamdiu aqua spirituosa prodit, cui oleum nigrum innatat. Hoc oleum collectum l. a. rectificatione depuretur. Sit oleum aethereum, cum Oleo Provinciali commixtum mixturam limpidam praebens. Effic. *P.* 0,066 Olei Vini.

Nota. Minima quantitas Olei Vini Spiritui depurato admixtum praebet

Spiritum Vini Gallici s. Cognacensem.

Destillatione illa peracta, faeces cum Natri carbonici crystallisati *P.* 2½ commisceantur et ad sedimentationem Tartari crudi per 8 dies seponantur. Effic. *P.* 10 Tartari.

Oleum viride

s. viridefactum.

Rp. Olei Olivar. Prov. *P.* 20,
Pulveris tinctorii *P.* 1.

Digere per biduum et saepius agita. Tum decantha et filtra. Serva in lagenis vitreis optime obturatis.

Rp. Hb. Plantaginis rec. *P.* 1,
Olei Oliv. Prov. *P.* 8.

Coque ad consumptionem usque humiditatis, exprime et filtra.

Oleum Vitae.

Balsamum Vitae album s. Asiaticum.

Lebensöl.

Rp. Olei Anisi *P.* 10,
Olei Caryophyllor. *P.* 30,
Olei Cort. Aurant. *P.* 40,
Spirit. V. rectfss. *P.* 960.

M. et filtra.

Oleum Vitae universale.

Balsamum Vitae Hamburgense.

Hamburgisches Universal-Lebens-Oel.

Rp. Rad. Alcannae *P.* 60,
Olei Caryophyllor.,
— Cort. Aurant. aa *P.* 40,
— Anisi *P.* 10,
Spirit. V. rectfss. *P.* 1440.

M., macera et filtra.

In lagenulis longioribus, capacitatis drachmarum sex, ingestum venumdatur. Lagenulae sunt involutae in hanc signaturam:

Nutzen und Gebrauch
des
**Hamburgischen
Universal-Lebens-Oels.**

Dieses alle Krankheiten in gewissem Maße zu curiren, und dieselben zu verhindern nützliche Medicament, stärket ohne Hitze und Kälte die Kraft der Bewegung, resolviret und mindert den Schmerz, ist daher beim ersten Anfange der Krankheit, oder auch während der Krankheit selbst, wenn und wo kein Medicus vorhanden, als ein Nothmittel zu gebrauchen, das gemeiniglich hilft und niemals schadet.

Aeußerlich die Schläfe, Nacken, Hals, Wirbel und Puls damit bestrichen, vor die Nase gehalten, und in der größten Dosis eingenommen, präserviret, hemmet den Paroxismum, und curiret die Ohnmachten, den Schwindel, die Schlafsucht, das 3tägige Fieber, die Bangigkeit, den Schnupfen, Husten, die Kopfschmerzen, das schwache Gedächtniß und dergleichen.

Den Leib warm damit bestrichen, und innerlich eingegeben, dienet es wider Mutterbeschwerung, das Aufstoßen der Winde, die Colik, Blähungen, das Uebel der Hypochondrie, die englische Krankheit der Kinder, den schwachen Magen, verlorenen Appetit, die Säure des Magens, die Würmer der Kinder.

Innerlich gebraucht, vertreibet es ferner den stinkenden Athem, Scharbock, Wassersucht, geschwollene Füße, stärket die Schwangern, präservirt vor dem Mißfall, und hilft zur glücklichen Entbindung, macht den Säugerinnen gute Milch.

Gleich nach der Alteration und dem Aergernisse eingenommen, präserviret und curiret alles hieraus entstehende Uebel.

Die leidenden Theile warm damit bestrichen, curiret den Krampf, die Verkältungen, Reissen und Schmerzen der Glieder, Gichtschmerzen, Podagra, Mundfäule, stillet das Blut der frischen Wunden, stärket das schwache Gehör, vertreibet das Sausen und Klingen der Ohren

In einer Schwammdose bei sich getragen, und daran gerochen, präserviret vor böser Luft, und divertiret die Nase.

12 bis 16 Tropfen auf ein Stückchen feinen Hut-Zucker getropft, und solches im Mund zergehen lassen, ist des Morgens eine schöne Vernüchterung bei kalt- und nassem Wetter, 80 Tropfen unter 4 Loth gestoßenen feinen Zucker gemischt, kann man Messerspitzweise nehmen, bei neblichter Luft auch mit einem Quartier Brandwein vermischt, giebt einen angenehmen Magen-Aquavit. Wenige Tropfen ins Wasser gegossen, und sich damit gewaschen, conserviret das Gesicht und die Hände.

Die Dosis bei Erwachsenen ist 12 bis 16 Tropfen, bei Kindern von etlichen Monaten 2 bis 3 Tropfen, in allen Getränken, es sei Thee, Caffee, Wein, Bier, Milch, kalt oder warm, nüchtern des Morgens, Mittags, Abends, bei der Mahlzeit, ja zu aller Zeit zu nehmen, und schadet niemals, wenn auch die Dosis überschritten, oder oft wiederholet wird.

Opium depuratum.

Opium colatum.

Rp. Opii optimi q. v.

Cum duplo aquae fervidae pondere ebulliat et premendo coletur. Residuum iterum cum aqua coque et exprime. Colaturas commixtas calore balnei aquae ad consistentiam Opii redige.

Orleana depurata.

Rp. Kali carbonici *P.* 3,
Calcariae ustae *P.* 1,
Aquae *P.* 20.

In lebetem ferreum ingestae ebulliant, tum colentur. Liquori decanthato et usque ad ebullitionem calefacto adde tantum

Orleanae,

quantum solvitur. Solutioni refrigeratae et colatae adde inter agitationem

Acidi sulphurici diluti

quantum sufficit, ut acidum paulum praevaleat. Praecipitatum inde exortum collige, elue et sicca.

Ossa usta alba.

(Loco Cornu cervi usti.)

Ossa recentia, a pinguedine carneque liberata in fornace ad albedinem perfectam comburantur atque post refrigerationem a cinere carbonibusque mundata in pulverem subtilissimum redigantur. *(Ph. Fenn.)*

Oxyacanthinum.

Berbinum.

Rp. Liquores post crystallisationem Berberini hydrochlorici residuos.

Commisceantur cum

Aquae volumine aequali.

Tum instilla

Liquorem Natri carbonici,

quamdiu inde praecipitatum exoritur, quod aqua ablue et sicca.

Praecipitati sicci *P.* 1

macera bis terve in

Aetheris puri *P.* 10,

saepius agita et decantha. E liquoribus aethereis commistis Aetherem blanda destillatione magna ex parte elice, sed residuum in retorta solve in

Aqua destill., cui pauxillum
Acidi hydrochlorici

admixtum est. Solutionem evaporando refrigerandoque in crystalla coge. Ea crystalla, quae flavida sunt, in aqua solve, cum lixivio residuo e crystallisatione commisce et, Carbone animali admixto, digere, donec fluidum decolor appareat. In hoc fluido filtrato solve crystalla primum obtenta, tum admisce instillando

Liquorem Ammoni caustici, quamdiu inde praecipitatum exoritur, quod (luce diurna prohibita) colligas et aqua frigida ablutum leni calore sicces. Sit pulvis albus, odoris expers, saporis amari paulum acris. Corticis radicis Berberidis recentis *P.* 2000 edunt circiter *P.* 1 Oxyacanthini.

Oxycratum compositum.

Rp. Oxycrati simpl. *P.* 37,
Spiritus camphorati *P.* 2.
Misce.

Oxycratum simplex.

Rp. Ammonii chlorati *P.* 1,
Aceti crudi,
Aquae frigidae āā *P.* 18.
Conquassando misce.

Oxygenium.

Gas oxygenium gradatim evolvendum.

Rp. Kali bichromici *P.* 3.
Contritis et in cucurbitam vitream immissis affunde
Acidi sulphurici conc. *P.* 4.
Tubo deductorio cucurbitae infixo, calore modico evolutio Oxygenii efficiatur. 30 Grammata vel Uncia una bichromatis praebent circiter 200 digitos cubicos, vel 90 Grana, vel 5,5 Gramm. Oxygenii.

Gas oxygenium celeriter evolvendum.

Rp. Kali chlorici pulv. *P.* 4,
Mangani hyperoxydati optimi pulv. *P.* 1.
Mixtae immittantur in cucurbitam. Tubo deductorio infixo, calore modico evolutio gasis efficiatur. 30 Grammata vel Uncia una Chloratis praebent circiter 450 digiti cubici vel 200 Grana vel 12 Grammata Oxygenii.

Oxymel Colchici.

Rp. Aceti Colchici *P.* 1,
Mellis depurati *P.* 2.
Mixtae evaporando ad spissitudinem syrupi redigantur. *Ph. Hb., Hann., Sax., Sl. H., Austr., Graec. etc.*
Ph. Belg. Acet. Colch., Sacch. āā 1, Mell. 4.
Ph. Helv. Acet. Colch., Sacch. āā 2, Mell. 3.

Oxymel Scillae.

Oxysaccharum Scillae.

Rp. Extracti Scillae aquosi *P.* 1.
Solve digerendo in
Aceti concentr. *P.* 2.
Tum adde
Mellis depurati *P.* 40.

Rp. Aceti scillitici *P.* 1,
Mellis depurati *P.* 2.
Mixtae evaporent calore balnei vaporis ad syrupi spissitudinem. *Ph. Bor., Hb., Hann., Sax., Sl. H., Austr., Bav., Wrtb., Fenn., Bad. etc.*
Ph. Norv., Dan. Acet. scill. 2, Mellis 5, Colaturae 6.
Ph. Helv. Modo quo Oxym. Colch.
Ph. Hass. Bulbi Scillae $4\frac{1}{2}$, Acet. 24. Macera. Colat. filtrata cum Mell. depur. 96 mixta evaporet ad spissit. syrupi.

Oxymel simplex.

Oxymel, Syrupus Aceti, Oxysaccharum.

Rp. Aceti concentr. *P.* 1,
Mellis depurati *P.* 15.
Mixtae ad caloris 100° C. calefactae, tum refrigeratae serventur. *Ph. Helv.* 1 et 18.

Oxymorphinum.

Extractum Opii spirituosum.

Rp. Tinct. Opii simpl. q. v.
In lebetem porcellaneum immissa portio inter agitationem evaporet. Massa residua dein exsiccetur. Serva in lagenulis optime obturatis.

Palamudum.

Palamoud.

Rp. Cacao praep. *P.* 30,
Farinae Oryzae,
Amyli Solani tuberosi āā *P.* 120,
Ligni Santali rubri *P.* 4.
M. fiat pulvis subtilissimus.

Palladium chloratum.

PdCl. (Reagens.)

Rp. Palladii metallici q. v.
Solve in
Aquae regiae q. s.
Solutio inter agitationem modico calore ad siccitatem evaporet.

Panis bis coctus.

Dulciarium tenuius. *Biscuit.* Biscuit.

Rp. Sacchari pulv. Unc. 8,
Elaeosacchari Flaved. Citri Dr. 2,
Albuminis cum Vitello ex Ovis Nro. 10.
In lebetem cupreum immissae et calore balnei vaporis ad 45—50° C. calefactae ope fistucae spumatoriae fortiter agitentur, ut fiat massa spumosa. Dein agitatio continuatur, donec massa refrixerit. Quo facto paulatim admisce per cribrum trajiciendo et agitando
Amyli pulv. e tuberibus Solani tuberosi Unc. 5,
Farini triticeae optimae Unc. 6,
antea commixtas. Massa tum in modulos Saccharo pulverato conspersos immittatur et calore 85 ad 105° C., in furno effecto, coquatur.

Panis ferruginatus.

Rp. Massae ad panem bis coctum parandum q. v.
Ferri hydrogenio reducti (vel Ferri carbonici saccharati, vel Ferri hydrici oxydati) q. s.
Misceantur et l. a. in furno fiant panicelli, quorum singuli contineant 2 ad 3 Grana Ferri.

Panis glutinaceus.

Panis pro diabeticis. Kleberbrot.

Rp. Glutinis recentis e farina triticea secreti *P.* 150,
Butyri vaccini *P.* 20,
Albuminis cum Vitello ovorum *P.* 20—24,
Panis militaris vel panis duracini nigri triti *P.* 15,
Natri bicarbonici sbt. pulv. *P.* 1.
Mixtis admisce
Cretae praeparatae *P.* 1/2,
Acidi tartarici pulv. *P.* 1.
Massa bene depsta ad panes redigatur et in furno pistorio celeriter coquatur.

Panis jodatus.

Biscuits jodurés. Panis strumalis.

Rp. Kali jodati *P.* 10,
Ammoni carb. *P.* 20.
Solve in
Aquae destill. *P.* 50.
Liquorem commisce cum
Massae Farinae triticeae subactae et saccharatae (Zuckerbrotteig) *P.* 1000.
Tum massam farina conspersam ope cylindri lignei ad placentam altitudinis pollicis $\frac{1}{8}$ extende, quam placentam ita divide, ut placentulae singulae contineant Decigramma unum ($1\frac{2}{3}$ Grana) Kalii jodati. Placentulae tunc in furno pistorio coquantur.

Panis laxans.

Biscuits purgatifs. Laxirkuchen.

Rp. Scammonii *P.* 10,
Massae Farinae triticeae subactae et saccharatae (Zuckerbrotteig) *P.* 500.
Mixtae fiant panes aequali modo, quo Panis jodatus paratur. Singuli panes contineant 2 Decigramm. ($3 — 3\frac{1}{4}$ Grana) Scammonii. Dosis ad usum infantis nati 7 ann. est panis unus.

Rp. Panis saccharati (Panis bis cocti, Biscuit) placentam.
Dorsum ejusdem illine solutione Resinae Jalapae spirituosa, quae 12 Centigramm. (Grana duo) resinae continet, et sicca. Tum dorsum placentae obduc miscela, parata ex albumine ovi in spumam redacto, Saccharo et Mucilagine Tragacanthae. Leni calore sicca.

Dosis ad usum infantium et liberorum natorum
$\frac{1}{2}$—1 ann. est panis $\frac{1}{3}$
2—3 „ „ „ $\frac{1}{2}$
4—5 „ „ „ $\frac{3}{4}$
6—8 „ „ „ 1;
ad usum adultorum 2—3 panes.

Panis laxans Wimmerii.

Wimmersche Laxirbrödchen.

Rp. Scammonii,
Sacchari albi aa P. 12,
Saponis medicati P. 1.

Pulveratas et mixtas commisce cum
Panis saccharati P. 144,
Aquae Aurant. flor. q. s.,

ut fiat massa, ex qua formentur placentae oblongae vel quadratae, quae singulae contineant 3—4 Decigrammat. (5—6 Gran.) p. med. Norici) Scammonii. Leni calore sicca.

Panis vermifugus.

Rp. Fruct. Anisi P. 20,
Fruct. Coriandri P. 10,
Caryophyll. aromat. P. 3,
Cardamomi min. P. 2,
Cassiae cinnam. P. 8.
Kali carbonici P. 10.

Pulveratas mixtasque commisce cum
Farinae secalinae P. 10000,
Sacchari pulv. P. 500,
Mellis q. s.,

ut fiat massa depsiticia, qua subigatur pulvis subtilissimus, mixtus e
Santonini P. 20,
Florum Cinae P. 250,
Tuberum Jalapae P. 200.

Dein fac panicellos, qui in furno coquantur. Si loco partium singularum recipis Grana, fac panicellos 200, ut singuli contineant Flor. Cinae $1\frac{1}{4}$ Gran, Santonini $\frac{1}{10}$ Gran.

Passulae laxativae.

Laxeer-Corender. Rosinenlatwerge.

Rp. Foliorum Sennae P. 32,
Aquae P. 80.

Ebulliant, ut colaturae expressae sint P. 48, ex quibus, additis
Sacchari albi P. 96,

fiat ebulliendo syrupus. Tum admisce
Passularum minorum ablutarum P. 96,
Cassiae cinnam. pulv. P. 3.

In vase tecto serva. *Ph. Dan.*

Pasta alcalina.

Pasta libi melliti seu panis piperati. (Pfefferkuchenteig.) *Ad usum externum.*

Rp. Farinae Hordei P. 4,
Kali carbonici dep. subt. pulv. P. 1,
Mellis depurati q. s.

Misce, fiat pasta mollior. Serva in olla.

Pasta Cacao.

Chocolata medica. Gesundheitschocolade.

Rp. Semina Cacao.

Leviter tosta decorticataque in mortarium ferreum calefactum ingere et tamdiu contunde, donec in massam semifluidam tenerrimam redacta sint, quae in cistas e ferro stannato confectas l. a. effundatur. *Ph. Hass.*

Pasta Cacao alba.

Weiße Chocolade.

Rp. Sacchari albi P. 40,
Farinae Oryzae P. 30,
Amyli Maranthae P. 10,
Gummi Arab. P. 5.

Pulveratis admisce
Olei Cacao P. 10.

Tum adde
Elaeosacchari Vanillae P. 3,
Aquae fervidae q. s.,

ut fiat massa, ex qua placentae, leni calore siccandae, formentur.

Pasta Cacao aromatica.

Chocolata aromatica.

Rp. Pastae Cacao saccharatae P. 1500.

Calefactis admisce mixtionem pulveream, paratam e
Cassiae cinn. P. 15,
Caryophyll. P. 5,
Cardamom. min.,
Macidis aa P. $2\frac{1}{2}$,
Olei Citri cort. P. $\frac{1}{4}$,
Bals. Peruviani P. 2.

Mixtione peracta, massam adhuc calidam l. a. in tabulas redige.

Rp. Pastae Cacao saccharatae P. 1500,
Cassiae cinnam. P. 20,

Cardamomi min. *P.* 10,
Pulv. aromatici *P.* 5,
Olei Citri *P.* 1/2,
Elaeosacchari Vanillae *P.* 5.

M. l. a. etc.

Pasta Cacao cum Arrow-Root.

Broma.

Rp. Massae Cacao (Cacao praep.) *P.* 40,
Sacchari *P.* 30,
Arrow-Root *P.* 4.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

Pasta Cacao cum China.

Rp. Massae Cacao *P.* 20,
Sacchari *P.* 16,
Cort. Chinae sbt. pulv.,
Cass. cinnam. pulv. aa *P.* 2,
Bals. Peruviani *P.* 1/8.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.
Ph. Wrtb. Past. Cacao sacch. 24, Extr. Chinae *P.* 1.

Pasta Cacao hordeata.

Pasta Cacao cum Hordeo praeparato.

Rp. Massae Cacao *P.* 3,
Farinae Hordei praep.,
Sacchari aa *P.* 1.

Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.
Ph. Hass. Massae Cacao 2, Farin. Hord. praep. 1.

Pasta Cacao cum Ferro.

Pasta Cacao martiata.

Rp. Pastae Cacao saccharatae *P.* 1000,
Caryophyllor. pulv. *P.* 5,
Cardamomi min. pulv. *P.* 2 1/2,
Olei Cinnamomi *P.* 1,
Balsami Peruviani *P.* 2,
Ferri pulv. vel reducti *P.* 10.

M. L. a. fiant tabulae.

Pasta Cacao cum Ferro carbonico.

Rp. Pastae Cacao sacch. *P.* 1000,
Ferri oxydati fusci *P.* 10,
Vanillae *P.* 4.

M. l. a. fiant tabulae. *(Ph. Belg.)*
Paretur aequali modo quo Pasta Cacao cum Ferro, nisi quod loco Ferri pulverati sumantur Ferri carbonici saccharati *P.* 30.

Pasta Cacao cum Glutine.

Kleberchokolade.

Rp. Pastae Cacao *P.* 2.
Leni calore emollitis immisce
Glutinis e farina triticea recentis *P.* 1,
Pulveris aromatici *P.* 1/50.

Massa in cistas imprimatur et siccetur.

Pasta Cacao cum Lichene Caragaheen.

Rp. Lichenis Caragaheen *P.* 3,
Aquae q. s.

Coque per horam dimidiam. Colatura inter agitationem calore balnei vaporis ad extracti spissitudinem evaporet, tum optime exsiccetur et subtiliter pulveretur. Huic pulveri admisce
Massae Cacao *P.* 10,
Sacchari *P.* 8.

Calefactas l. a. in tabulas redige.
Ph. Dan. Past. Cacao sacch. 24, Caragah. pulv. 1. Misce.

Pasta Cacao cum Lichene Islandico.

Rp. Lichenis Island. *P.* 5.
Affunde
Aquae calidae *P.* 25,
in quibus antea soluta sit
Kali carbonici dep. *P.* 1/3.

Stent per sex horas, tum liquorem decantha, Lichenem aqua frigida bene ablue, sicca et in pulverem subtilissimum redige.
Hujus pulveris *P.* 4
admisce
Massae Cacao,
Sacchari aa *P.* 24,
Radicis Salep pulv. *P.* 1/2.

Fiat leni calore massa, quam l. a. in tabulas redige.
Ph. Bad. Pastae Lich. Isl., Sacch. aa *P.* 1, Massae Cacao *P.* 2. M. l. a., ut fiant tabulae. *Ph. Wrtb.* 9—15—24.
Ph. Dan. Past. Cacao sacch. 96, Lich. Isl. pulv. 8, Salep. 1.

℞p. Pastae Cacao sacch. *P.* 500,
Gelatinae Lich. sicc. Isl. *P.* 50.
M. l. a. etc.

Pasta Cacao cum Osmazoma.

Chocolade mit Fleischextrakt.

℞p. Osmazomae tabulatae (Bouillontafeln) *P.* 1.
Leni calore solve in
Aquae destill. *P.* 1.
Tum admisce leni calore adhibito
Massae Cacao *P.* 16.
Massam bene agitatam adhuc calidam l. a. in tabulas redige.

Pasta Cacao cum Paullinia.

Chocolata Paulliniae s. Guaranae pastae.

℞p. Massae Cacao *P.* 480,
Pastae Guaranae *P.* 32.
Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

Pasta Cacao saccharata.

Chocolata Sanitatis s. medica simplex.
Gesundheitschokolade.

℞p. Massae Cacao optim. (Cacao praep.),
Sacchari albi $\overline{aa}$ *P.*
Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.

Pasta Cacao cum Salep.

℞p. Pastae Cacao sacch. *P.* 50,
Radicis Salep subt. pulv. *P.* 2.
Mixtas et calefactas l. a. in tabulas redige.
Ph. Wrtb. 12 et 1.

Pasta caustica *Ph. Hann.*

Paretur aequali modo quo Causticum Viennense fusum e
Kali caustici sicci *P.* 3,
Calcariae ustae subtilissime pulveratae *P.* 1.

Pasta caustica Brykii.

℞p. Bromi chlorati *P.* 4,
Stibii chlorati liquidi,
Zinci chlorati $\overline{aa}$ *P.* 3,
Radicis Althaeae pulv. *P.* 8,
Gummi Arab. *P.* 1.
Misceantur, addendo Mucilaginis Gummi Arabici sufficientem quantitatem, ut fiat pasta. Paretur, quoties usus poscit.

Pasta caustica Payanii.

℞p. Cupri sulphurici pulv. q. v.,
Vitelli Ovi q. s.
M. f. pasta. Paretur recens.

Pasta caustica Rustii.

Caustique de Velpeau. Causticum Rustii.

℞p. Croci pulverati q. v.,
Acidi sulphurici conc. q. s.
M. f. pasta mollior.

Pasta dentifricia.

Sapo dentifricius. *Odontine (de Pelletier).*

℞p. Conchar. praep. *P.* 96,
Lap. Pumicis praep. *P.* 4,
Rad. Iridis Florent. *P.* 12,
Saponis Hispanici *P.* 20,
Rubri Berolinensis *P.* 12.
Misceantur ad pulverem, cui addantur
Syrupi Sacchari *P.* 8,
Glycerini *P.* 20,
Olei Menth. pip. *P.* 1,
(Olei Caryophyll. *P.* $^1/_{12}$),
Spirit. V. rectf. $\overline{aa}$ *P.* 10—12.
Fiat pasta, quam in ollis porcellaneis obturatis asserves, aut in scatulas porcellaneas (figulinas) ingeras. Scatulae sint signatae:

ODONTINE
zum
Reinigen der Zähne.
Die mit Wasser angefeuchtete Zahnbürste wird, nachdem sie auf der in der Büchse befindlichen Masse gerieben ist, zum Putzen der Zähne benutzt.

℞p. Talci Veneti *P.* 16,
Saponis medicati,
Sacchari albi $\overline{aa}$ *P.* 8,
Gummi Arab.,
Rubri Berolin. $\overline{aa}$ *P.* 1.
Pulveratis admisce
Olei Menth. pip. *P.* 1,
Glycerini *P.* 12,
Aquae destill. q. s.,
ut fiat pasta.

Pasta dentifricia aromatica.

Dr. *Suin de Boutemard's* aromatische Zahnpasta.

Rp. Talci Veneti *P.* 120,
Lap. Pumicis praep. *P.* 10,
Saponis Hisp. pulv. *P.* 20,
Rubri Berolinensis (aut Laccae in glob.) *P.* 10,
Glycerolati simplicis,
Syrupi Sacchari āā *P.* 20,
Olei Menth. pip. *P.* 2,
— Caryophyll. *P.* 1,
Aquae destill. q. s.

Misce, ut fiat leni calore pasta densior, quam in tabulas quadrangulares redige et, calorem evitando, sicca.

Rp. Talci Veneti *P.* 48,
Saponis Hispanici *P.* 24,
Olei Menth. pip. *P.* 1,
— Caryophyll. *P.* 1/4,
Rubramenti e Coccionella et Aquae Cinnam. vinosae q. s.,

ut fiat massa, cui admisce
Glycerini *P.* 24,
Talci Veneti q. s.

ut fiat massa densior.
M. etc.

Pasta escharotica
Londinensis.

Rp. Calcariae hydratae *P.* 20,
Kali caustici sicci *P.* 8,
Aquae dest. *P.* 10—12.

Misce. ut fiat pasta, quam in vitris obturatis dispensa.

Pastae escharoticae
Canquoini.

Causticum Canquoini. Pasta Zinci chlorati s. Chloreti zincici.

No. I.

Rp. Zinci chlorati *P.* 8,
Farinae Tritici *P.* 16,
Aquae *P.* 1/3.

Misce.

No. II.

Rp. Zinci chlorati *P.* 8,
Farinae Trit. *P.* 24,
Aquae *P.* 1/2.

No. III.

Rp. Zinci chlorati *P.* 8,
Farinae Trit. *P.* 32,
Aquae *P.* 2/3.

No. IV.

Rp. Zinci chlorati *P.* 8,
Farinae Trit. *P.* 40,
Aquae *P.* 5/6.

In mortario porcellaneo commixtae in pastam redigantur. Massa dein in tabula lignea ope cylindri lignei hinc inde manubrio instructi in laminas (lacinias) tenues planas extendatur. *Ph. Belg., Norv.*

Pasta Guarana.

Pasta Seminum Paulliniae.

Rp. Semin. siccat. Paulliniae sorbilis (Sapindinaceae plantae Brasiliensis) q. v.

In vase ferreo perpetuo agitando leviter torreatur, tum in pulverem redigatur. Hujus pulveris
Partes 5
commisceantur cum
Cacao praep. *P.* 1,
Aquae et Taffiae q. s.,

ut fiat massa, quae digito prementi paululum cedat. Massam hanc in taleolas scissam initio lente, postremo autem fortiter exsicca. (Pasta continet 5% Theïni.)

Pasta Guarana
artificialis.

Rp. Herbae concis. Theae Sinensis Pecco vel Congo *P.* 20,
Aquae communis *P.* 120.

Ebulliant per horae quadrantem. Liquor adhuc calens coletur. Residuum denuo cum aquae quantitate dimidia coque, tum cola.

Liquores obtenti evaporando inter continuam agitationem ad extracti densioris spissitudinem redacti calore balnei vaporis cum
Amyli Maranthae *P.* 2,
Cacao praep. *P.* 3

exacte commisceantur et calore eodem inter agitandum per horam unam exsiccentur. Massam refrigeratam in pulverem redige et bene serva.

Pasta gummosa
s. Althaeae.

Rp. Gummi Arab. albissimi,
Sacchari albi aa *P.* 20.

Mixtis et in pulverem subtiliorem redactis admisce inter assiduam agitationem ope spathulae ligneae

Albuminis Ovorum gallin. *P.* 30,

quae in spumam densiorem conquassatae sunt, et

Aquae Aurant. flor. *P.* 1,
Elaeosacch. Aurant. flor. *P.* 1/8.

In lebetem, balneo vaporis (caloris 60—70° C.) impositum, immissa miscela inter assiduam agitationem evaporet, donec massae aliquantulum exemtum a spathula mota non amplius defluat. Massa in capsulas papyraceas effundatur, calore 40° C. non superante in hypocausto collocata exsiccetur, postremo in taleolas scissa in scatulis e lamina alba confectis loco arido asservetur.

Nota. Si pastam densiorem efficere vis, Albuminis *P.* 20 sumantur.

Pasta Helicum
s. Limacum.

Rp. Helicum Pomat. viv. q. s.
Ad pultem contusae exprimantur.
Juris sic obtenti gelatinosi *P.* 6,
Gummi Arab. pulv. *P.* 1,
Sacchari albi pulv. *P.* 2

exacte misceantur, tum calore balnei vaporis evaporent, usquedum massa manibus non amplius adhaereat. Denique ex massa formentur pastae oblongae vel quadratae, quae, ne chartae adhaereant, Amylo conspergantur, leni calore super charta exsiccentur, et in scatulis e lamina alba confectis loco sicco serventur. *Ph. Sl. H.*

Pasta Jujubarum.
Loco Trochiscorum ex Jujubis.

Rp. Dactylorum a seminibus liberatorum,
Passularum minorum,
Jujubarum aa *P.* 3.

Contusas coque cum

Aquae fervidae *P.* 54

per horam unam, tum exprimendo cola. Colaturae admisce

Sacchari albi *P.* 72,
Albuminis ovi *P.* 3.

Coque et despuma. Syrupo limpido admistis

Mucilaginis G. Arabici concentrati *P.* 288,

coquere inter lenem agitationem perge, interdum spumam auferendo, donec gutta, laminae metallicae frigidae instillata, commota fluere desinat. Massam tunc effunde in capsulas, e lamina alba confectas, quae Olei Amygdalarum pauxillo superlitae sunt, et calore hypocausti 35° C. non superante exsicca. Massa siccata, ab oleo forsan adhaerente detergendo liberata et in taleolas dissecta servetur. *Ph. Bav.*

Pasta Jujubarum pellucida.
Pasta gummosa pellucida s. flava.

Rp. Jujubarum *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 50.

Coquantur. In colatura frigida filtrata solve agitando seponendoque

Gummi Arabici *P.* 30,
Sacchari albi *P.* 20.

Admixtis

Aquae Naphae *P.* 20,

liquor stet loco frigido per aliquot dies, dein decanthetur et calore balnei vaporis per horam unam calefiat. Pellicula exorta rejecta, evapora ad syrupi spissi consistentiam. Dein massam pellucidam effunde in cistas papyraceas, quae in cistis e lamina ferrea stannata confectis collocatae sunt, et loco tepido exsicca. Postea charta tabulis pastae adhaerens humectando aqua fervida resolvatur.

Ph. Helv. G. Arab. 3, Sacch. 2, Aq. 9.

Pasta Lichenis Islandici.

Rp. Gummi Arabici *P.* 100,
Sacchari albi *P.* 80,
Lichenis Islandici ab amaritie liberati *P.* 20,
Aq. Aurant. flor. *P.* 5,
Aq. fontanae q. s.

Decoctum Lichenis, admixtis Gummi Saccharoque, leni calore ad spissitudinem densiorem mellis redigatur et massa in

tabulam marmoream, Oleo Amygdalarum illitam, effundatur, post refrigerationem in taleolas dissecta siccetur et servetur. *(Ph. Belg.)*

Ph. Bad. Lich. Isl. ab amaritie liberati *P.* 12. Coque cum Aq.; decocto admisce Gummi Arab. pulv. 3, Sacch. 6 et ad siccum redige. Residuum pulveratum serva.

Pasta Liquiritiae.

Pasta Glycyrrhizae flava.

℞p. Sacchari albi,
Gummi Arab. āā *P.* 25.

Contusas et mixtas solve leni calore in
Aquae destill. *P.* 60.

Colaturae calidae adde
Gelatinae siccae albae *P.* 5.
Solutionis Succi vel Extracti Liquiritiae q. s.,

ut syrupus colorem flavidum adipiscatur. Tum leni ebullitione coque, non agitando et, spumam sordidam initio prodeuntem auferendo. Coquere perge, donec gutta, disco porcellaneo instillata, commota fluere desinat. Tandem massam, postquam bullae evanuerint, remota pellicula, in capsulas planas e lamina alba confectas et Oleo Amygdalarum parce superlitas, vel in capsulas chartaceas effunde et loco tepido siccatam in taleolas scinde. Si superficies massae siccae non nitet, eam bene detersam Mucilagine Gummi Arabici paulum Sacchari continente illine, postremo sicca.

Pasta Liquiritiae fusca s. nigra.

Paretur simili modo, quo Pasta Glycyrrhizae flava, nisi quod sumantur:

Gummi Arabici,
Sacchari albi āā *P.* 25,
Succi Liquirit. dep.,
Gelatinae alb. sicc. āā *P.* 5.

(Ph. Bav.)

Ph. Austr. Succ. Liquirit. Unc. 3, G. Arab., Sacch. āā Unc. 24, Aq. q. s., Albuminis ovorum Nro. 20, Elaeosacch. Vanillae Drachm. 3. M. f. pasta.

Ph. Graec. Succ. Liq. 1 in Aq. 5 soluti, G. Arab., Sacch. āā *P.* 24, Albuminis, additis Aq. fl. Aur. 2, in spumam redacti 12. Agitando fiat pasta leni calore etc.

Pasta oxymanganica.

Unguentum Kali hypermanganici.

℞p. Boli albae *P.* 10.

Affunde
Aquae communis fervidae *P.* 50,
Acidi nitrici crudi *P.* 5.

Digere per diem unum, dein massam in filtrum ingere et quod in filtro remanet, aqua destillata assidue elue, quamdiu liquor defluens chartam exploratoriam rubram reddit. Bolus hoc modo depurata calore balnei aquae siccetur. Ad parationem pastae oxymanganicae

℞p. Boli depuratae *P.* 15,
Kali hypermanganicae *P.* 2.

Conterendo mixtis affunde
Aquae destillatae *P.* 30

vel q. s., ut fiat pasta mollior, quae detur in ollas obturatas. Pasta haec ad vulnera ulcerosa et purulenta applicanda est.

Pasta pectoralis balsamica.

Pâte pectorale balsamique de Regnault.

℞p. Specier. pectoral. *P.* 60.

Affunde
Aquae fervidae *P.* 300.

Stent per horam dimidiam, tum exprimendo cola. Liquore decanthato admisce
Gummi Arab. pulv. *P.* 400,
Sacchari albi pulv. *P.* 350,
Tinct. Balsami Tolut. *P.* 3.

Leni calore fiat pasta.

Pasta pectoralis Baudryi.

℞p. Gummi Arabici *P.* 3000,
Sacchari albi *P.* 2050,
Lactucarii Gallici *P.* 10,
Balsami Tolutani *P.* 40,
Olei Citri *P.* 1/4,
Albuminis Ovi in spumam redacti *P.* 100,
Extracti Liquiritiae e radice *P.* 40,
Aquae Naphae q. s.

M. lege artis, ut fiat pasta homogenea, consistentiae pastae Liquiritiae.

Pasta pectoralis Georgei.

Pâte pectorale de Georgé.

Paretur aequali modo, quo Pasta Liquiritiae e

Gummi Arabici *P.* 12000,
Sacchari albi *P.* 8000,
Rad. Liquiritiae *P.* 250,
Aquae destill. q. s.

Solutis et calefactis addatur

Magnesiae ustae *P.* 250,

contritis cum

Infusi Liquiritiae *P.* 750,

dein

Morphini hydrochlorici *P.*5,

solutis in

Aquae destill. *P.* 100.

Mixtura inter agitationem evaporet ad justam consistentiam, ut massam Amylo conspersam ope cylindri lignei in placentas tenues redigere possis. Ope cultri formentur tabulae parvae (pastilli) rhombicae, quae siccentur.

Pasta Zinci et Stibii chlorati.


Pasta Chloreti zincici et stibici. Pasta antimonialis Canquoini.

Pâte antimoniale de Canquoin.

℞. Zinci chlorati *P.* 4,
Liq. Stibii chlorati *P.* 3,
Farinae triticeae *P.* 15,
Aquae destill. q. s.
M. Fiant magdaleones. *(Ph. Norv.)*

Pastilli s. Trochisci s. Tabellae (*Lozenges*)

sunt placentae siccae rotundae, plerumque ponderis 6—12 Decigrammat. (10—20 Granorum medic.) magnitudinis variae et formae hujus



Crassitudo earum aequet 2—4 Millimetra vel 1—2 lineas mensurae Rhenanae.

Substantiae ad conglutinandam massam Pastillorum sunt Tragacantha, Gummi Arabicum, Glutinum amylaceum, Cacao praeparatum, Radix Althaeae.

Exempla componendi massas ad Pastillos sunt haec:

℞. Substantiae medicamentariae *P.* x,
Sacchari pulv. *P.* 480—500,
Tragacanthae sbt. pulv. *P.* 2,
Gummi Arabici *P.* 5,
Aquae frigidae q. s.
M.

℞. Substantiae medicament. *P.* x,
Sacchari pulv. *P.* 960—1000,
Tragacanthae sbt. pulv. *P.* 5,
Aquae frigidae q. s.
M.

℞. Substantiae medicament. *P.* x,
Sacchari pulv. *P.* 900,
Amyli pulv. *P.* 100,
Gummi Arabici pulv. *P.* 30,
Aquae frigidae q. s.
M.

℞. Substantiae medicament. *P.* x,
Pastae Cacao saccharat. *P.* 1000,
Tragacanthae pulv. *P.* 4,
Gummi Arabici pulv. *P.* 10,
Aquae calidae q. s.
M.

℞. Massae Cacao vel Cacao praep. *P.* 100.

Leni calore mollitis admisce

Substantiae medicament. *P.* x,

antea cum

Sacchari pulv. *P.* 58—80

commixtam. Massam adhuc calidam et mollem l. a. in pastillos redige.

℞. Massae Cacao *P.* 100,
Sacchari pulverati *P.* 50.

Mixtis et leni calore mollitis admisce

Substantiae medicament. *P.* x

antea cum

Sacchari pulv. *P.* 10

commixtam. Massam adhuc calidam et mollem l. a. in pastillos redige.

Asserventur Pastilli siccati in scatulis rotundis, e lamina alba confectis, loco sicco.

Pastilli et **Trochisci**

Pharmacopoeae elegantis Berolinensis.

Nomina Pastillorum	Singuli Pastilli continent: Milligramm.	Singuli Pastilli continent: Grana pond. med. Noric.	Constituens est
Pastilli Acidi citrici	62	1	Sacchar.
„ „ tannici	31	$\frac{1}{2}$	id.
„ Aconitini	1	$\frac{1}{60}$	Cacao
„ Argenti nitrici	10	$\frac{1}{6}$	id.
„ Atropini valerianici	$\frac{1}{2}$	$\frac{1}{120}$	id.
„ Auro-Natri chlorati	2	$\frac{1}{30}$	id.
„ Balsami de Tolu	8	$\frac{1}{8}$	Sacchar
„ Bismuthi carb.	310	5	Cacao
„ Bismuthi praec.	62	1	id.
„ Calc. hypochloros.	62	1	id.
„ Calc. phosphoricae	125	2	id.
„ Calc. phosphoricae	310	5	id.
„ Calomelanos	31	$\frac{1}{2}$	Sacchar.
„ Calomel. c. Stib. sulph. aurato āā	15	$\frac{1}{4}$	id.
„ Carbonis veget.	249	4	Cacao
„ Carbonis Belloci	1553	25	M. Trag.
„ Chinini sulphurici	31	$\frac{1}{2}$	Cacao
„ Chinini sulphurici	62	1	id.
„ Chinini tannici	62	1	Sacchar.
„ Cinchonini sulph.	31	$\frac{1}{2}$	Cacao
„ Cinchonini sulph.	62	1	id.
„ Coccionellae	21	$\frac{1}{3}$	id.
„ Coccionellae	62	1	id.
„ Coccionellae	187	3	id.
„ Coffeïni (citrici)	62	1	Sacchar.
„ contratussim (Acid. benz. et Acid. tannic. āā)	8	$\frac{1}{8}$	id.
„ Digitalini	1	$\frac{1}{60}$	Cacao
„ Ergotini s. Extracti Secalis aquosi	62	1	id.
„ Extr. Cannab. Ind.	62	1	id.
„ Extracti Secalis spirit.	15	$\frac{1}{4}$	id.
„ Ferri carb. sacch.	31	$\frac{1}{2}$	id.
„ Ferri carb. sacch.	62	1	id.
„ Ferri carb. sacch.	125	2	id.
Past. Ferri carb. sacch.	249	4	Cacao
„ Ferri hydrog. reducti	62	1	id.
„ Ferri jodati sacch.	125	2	id.
„ Ferri jodat. sacch.	249	4	id.
„ Ferri lactici	62	1	id.
„ Ferri oxydati fusci	62	1	id.
„ Ferri pulv.	125	2	id.
„ Ferri pyrophosphorici oxydati	125	2	id.
„ Ferri sulphurici	62	1	id.
„ Hydrarg. stibiat. sulphurat.	187	3	id.
„ Hydrarg. sulph. nigri	187	3	Sacchar.
„ Ipecacuanhae	8	$\frac{1}{8}$	Cacao
„ Kalii jodati	62	1	id.
„ Kalii jodati	249	4	id.
„ Magnesiae carb.	187	3	id.
„ Magnesiae carb.	374	6	id.
„ Magnesiae ustae	932	15	id.
„ Morphii acetici	4	$\frac{1}{15}$	id.
„ Natri bicarbonici	62	1	Sacchar.
„ Natri bicarbonici	125	2	id.
„ Natri bicarbonici	310	5	id.
„ Opii	8	$\frac{1}{8}$	Cacao
„ Rhei	187	3	Sacchar.
„ Santonini	62	1	Cacao
„ Santonini	125	2	id.
„ Stibii sulph. nigri	187	3	id.
„ Stibii sulph. aurantiaci	15	$\frac{1}{4}$	id.
„ Sulphuris dep.	187	3	Sacchar.
„ Sulphuris praec.	187	3	id.
„ Tartari stibiati	8	$\frac{1}{8}$	Cacao
„ Tartari stibiati	62	1	id.
„ Zinci oxydati	31	$\frac{1}{2}$	Cacao
„ Zingiberis	125	2	Sacchar.

Pastilli Acidi citrici.

Tabellae Citri. *Pastilles pour la soif.*

Rp. Acidi citrici *P.* 15,
Sacchari pulv. *P.* 600,
Tragacanthae,
Gummi Arabici āā *P.* 3,
Olei Citri Cort. *P.* 1,
Aquae destillatae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 15 Milligramm. ($\frac{1}{4}$ Grani p. m. Norici) Acidi. Lenissimo calore siccentur.

Eodem modo parentur

Pastilli Acidi tartarici.

Ph. Belg. Acidi 20, Tragac. 6, Sacch. 974, Aq. Citri q. s.

Pastilli Acidi tannici.

Trochisci Acidi tannici.

Rp. Acidi tannici *P.* 12.
Solutis in
Aquae dest. fervidae *P.* 16,
adde
Tinct. Bals. Tolut. *P.* 8.
Dein admisce
Gummi Arabici *P.* 10,
Sacchari albi pulv. *P.* 400,
Mucilag. G. Arabici *P.* 30

vel q. s., ut fiat pasta, ex qua formentur pastilli, quorum singuli contineant Granum dimidium Acidi tannici. *(Ph. Brit.)*

Pastilli Albuminis jodati.

Rp. Jodi *P.* 1.
Solve lenissimo calore in
Spiritus Vini rectfss. *P.* 10.
Liquorem commisce inter agitationem cum
Albuminis ovi *P.* 90.
Post horam unam admisce
Sacchari albi pulv. *P.* 40.

Massa loco calido exsiccetur, tum ad pulverem redigatur, qui leni calore cum
Pastae Cacao *P.* 30
exacte commisceatur. Fiant pastilli ponderis circiter Gramm. 4 (Drachm. 1), quorum singuli contineant 5 Centigr. ($\frac{4}{5}$ Gran.) Jodi.

Pastilli Althaeae.

Tablettes de Guimauve.

Rp. Rad. Althaeae sbt. pulv. *P.* 60,
Sacchari pulv. *P.* 420,
Gummi Arabici *P.* 10,
Aquae Aurant. flor. q. s.

M f. pastilli. Singuli contineant Radicis Althaeae 12 Centigrammata (2 Grana p. m. Norici).

Ph. Helv. Rd. Alth. 1, Sacch. 16, Mucil. Trag. c. Aq. Rosar. q. s. Fiant pastill. pond. Gramm. unius.

Pastilli Amyli jodati.

Tabellae Jodureti Amyli.

Rp. Amyli jodati *P.* 10,
Gummi Arabici *P.* 4,
Sacchari albi 86.

M. f. l. a. pastilli. Quivis pastillus contineat Jodi Centigramma unum. *Ph. Belg.*

Pastilli antatrophici.

Rp. Calcar. phosphoric. *P.* 6,
— carbonic. *P.* 4,
Ferri hydrogenio reducti *P.* 1,
Mass. Cacao sacch. *P.* 22.

M. f. l. a. pastilli. Quivis pastillus contineat 31 Milligramm. ($\frac{1}{2}$ Gran. pond. Norici) Ferri. (Gegen Abzehrung.)

Pastilli antirachitici.

Rp. Rad. Rhei pulv. *P.* 2,
Ferri hydrogenio reducti *P.* 1,
Mass. Cacao sacch. *P.* 9.

M. f. l. a. past. Quivis pastillus contineat 31 Milligramm. ($\frac{1}{2}$ Gran. pond. Norici) Ferri.

Pastilli Bilinenses.

Pastilles digestives de Bilin.

Rp. Natri bicarbonici *P.* 100,
Sacchari pulv. *P.* 1000,
Tragacanthae *P.* 5,
Aquae destillatae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 6 Centigramm. (1 Granum p. m. Norici) Natri bicarbonici.

Pastilli Bismuthi.

Rp. Bismuthi nitrici praecipitati *P.* 15,

Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 60,
Calcariae carbonicae *P.* 100,
Sacchari albi pulv. *P.* 480,
Gummi Arab. pulv. *P.* 15,
Tragacanthae pulv. *P.* 3,
Olei Cass. cinnam. *P.* 1,
Aquae dest. calidae q. s.

M. f. pasta, ex qua formentur pastilli, quorum singuli contineant Bismuthi nitrici praecipitati Grana duo. *(Ph. Brit.)*

Pastilli Calabrici.

Tabulae mannatae (Manfrédi). Pastilli anticatharrhales. *Pastilles de Calabre.*

Rp. Radicis Althaeae Unc. $3^1/_2$.
Affunde
Aquae frigidae Uncias 64.

Macera per diem dimidium et cola. In colatura solve

Mannae optimae Uncias 8,

et post quisquiliarum sedimentationem per pannum laneum funde. In liquore limpido solve

Sacchari albi Uncias 96,
Extracti Opii Grana 10.

Tum ad spissitudinem electuarii densioris evaporando liquorem redige et, affusis

Aquae Naphae triplicis Unciis 3,
Elaeosacchari Citri flavedinis Drachmis 6,

massam spissescentem in lapidem Oleo Amygdalarum tersum effunde et refrigeratam in tabulas scinde. Tabula sit ponderis circiter Drachmae dimidiae ad unam.

Pastilli Calcariae hypochlorosae Deschampsi.

Rp. Calcariae hypochlorosae *P.* 1,
Sacchari pulv. *P.* 32,
Amyli *P.* 4,
Tragacanthae *P.* $^1/_2$,
Coccionellae pulv. *P.* $^1/_7$,
Aquae destillatae q. s.

M. f. pastilli ponderis 19 Centigrammat. (3 Granorum p. m. Norici).

Pastilli Calcariae hyposulphurosae.

Rp. Calcariae hyposulphurosae *P.* 10,
Tragacanthae pulv. *P.* 2,
Sacchari albi pulv. *P.* 200.
Ol. Menthae pip. q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli Centigrammata quinque calcariae hyposulphurosae contineant.

Pastilli carnei.

Pastilles de musculine, de Guichon. Fleischpastillen.

Rp. Carnis muscularis recentis taurinae, a pinguedine tendinibusque cum cura liberatae *P.* 1000.

Minutim concisis contusisque admisce

Salis culinaris *P.* 30,
Piperis nigri pulv. et
Rad. Zingiberis pulv. āā *P.* 2,
Sacchari albi pulv. *P.* 150,
Panis bis cocti albi pulv. q. s.,

ut fiat massa, ex qua pastilli ponderis Drachmae unius (Gramm. 4) formentur. Singuli pastilli, loco tepido siccati, contineant circiter carnis Grana 45.

Pastilli Catechu.

Grains ou Tablettes de Cachou.

Rp. Catechu depur. pulv. *P.* 1,
Sacchari pulv. *P.* 5,
Mucilag. Tragacanth. q. s.,
Elaeosacch. Aurant. flor. *P.* $^1/_{20}$.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis (16 Granorum p. m. Norici).

Ph. Belg. Catech. 200, Sacch. 794, Tragac. 6, Aq. Ros. q. s.

Ph. Batav. Catech., G. Arab. āā 1, Sacch. 3, Aq. Ros. q. s.

Ph. Brit. Catechu 4, Sacch. 32, G. Arab. 2, Tinct. Capsici 1*v*, Aq. q. s. Pastillus cont. Catechu $1\frac{1}{3}$ Gran.

Pastilli digestivi.

Tabulae digestivae. Trochisci Natri bicarbonici *Ph. Bad.*, *Hb.*

Rp. Sacchari albi *P.* 1920,
Natri bicarbonici *P.* 96.

Pulveratis mixtisque adde
Olei Menthae pip. *P.* 2,
Tragacanthae *P.* 10,
Aquae q. s.

M. f. pastilli, Amylo et Saccharo conspergendi. Siccentur loco tepido. Pastilli singuli contineant 6 Centigrammat. (1 Granum p. m. Norici) Natri bicarbonici.

Ph. Bad. 5760—400—8, Muc. Trag. q. s.

Pastilli expectorantes.

Trochisci expectorantes.

Rp. Extracti Hyoscyami,
Stibii sulph. aurant. āā *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 200,
Tragacanthae *P.* 3,
Aquae q. s.

M. Fiant pastilli, quorum singuli contineant ½ Gran. (3 Centigramm.) Extracti Hyoscyami.

Pastilli Ferri citrici.

Tabellae Citratis ferrici.

Rp. Ferri citrici *P.* 50,
Sacchari *P.* 900,
Gummi Arab. *P.* 40,
Aquae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 5 Centigramm. (⅘ Gran. pond. Noric.) Ferri citrici. *(Ph. Belg.)*

Pastilli Ferri jodati.

Tabelli Jodureti Ferri.

Rp. Ferri jodati rec. parati *P.* 50,
Tragacanthae *P.* 6,
Mellis *P.* 50,
Sacchari *P.* 900.

Ferrum jodatum liquidum, melle addito, in patinam porcellaneam ingestum quam celerrime ad *P.* 100 remanentes evaporando redigatur. Tum ab igne remove et adjice Saccharum cum Tragacantha, ut fiat massa, ex qua formentur pastilli. *(Ph. Belg.)*

Rp. Ferri sulphuric. cryst. *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 20.

In pulverem subtilissimum conterendo redige et commisce cum
Kalii jodati *P.* 12 et
Sacchari albi *P.* 24,
seorsim pulveratis et commixtis. Tum miscela addendo
Mass. Cacao sacch. *P.* 270,
antea leni calore emollitas, l. a. in pastillos redigatur, quorum singuli contineant 3 Centigramm. (½ Gran. pond. Norici) Ferri jodati. Part. 12 Kalii jodati praebent circiter partes 11 Ferri jodati.

Pastilli Ferri lactici.

Tabellae Lactatis Ferri.

Rp. Ferri lactici *P.* 50,
Tragacanthae *P.* 6,
Sacchari *P.* 944,
Aquae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 6 Centigramm. (1 Gran. pond. Norici) Ferri lactici. *(Ph. Belg.)*

Rp. Ferri lactici *P.* 1,
Mass. Cacao sacch. *P.* 9.

M. l. a f. pastilli ponderis granorum decem.

Pastilli Ferro-Kali tartarici.

Tabellae Tartratis ferrico-potassici.

Rp. Ferro-Kali tartarici *P.* 1,
Mass. Cacao sacch. *P.* 9.

M. l. a. Fiant pastilli ponderis granorum decem (6 Decigrammat.)

Ph. Belg. Ferro-Kali tart. 50, Tragac. 10, Sacchari 940.

Pastilli Guaranae.

Rp. Extracti Guaranae *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 400,
Elaeosacch. Vanillae *P.* 50,
Pulveris aromatici *P.* 10,
Tragacanthae *P.* 2,
Gummi Arab. pulv. *P.* 3,
Aquae destill. q. s.

M. f. pastilli ponderis Granorum decem.

Pastilli contra Incontinentiam urinae

(Milletii).

Rp. Ferri pulverati *P.* 24,
Secalis cornuti pulv. *P.* 3,
Sacchari albi *P.* 60,
Aquae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 0,25 Gramm. (4 Grana) Ferri.

Dosis: quini bis quoque die. Contra in-

continentiam urinae, ex anaemia proficiscentem.

Pastilli Jodoformii.

Rp. Jodoformii *P.* 50,
Sacchari *P.* 1000,
Ol. Menth. pip. *P.* 1,
Tragacanthae *P.* 8,
Aquae Rosar. q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 5 Centigramm. Jodoformii.

Pastilli Ipecacuanhae.

Trochisci Ipecacuanhae.

Rp. Rad. Ipecacuanh. subt. pulv. *P.* 10,
Tragacanthae pulv. *P.* 4,
Sacchari albi *P.* 640,
Aquae destill. q. s.

M. Fiat massa, ex qua formentur pastilli ponderis granorum quatuor (25 Centigramm.), loco tepido siccandi. *(Ph. Bor. vet.)*

Ph. Bav. Rd. Ipec. pulv. 4, Sacch. 288, Muc. Tragac. q. s. Fiant pastilli pond. 6—8 Gran.

Ph. Wrtb. Rd. Ipec. pulv. 1, Sacch. 24, Muc. G. Arab. q. s. Pastillus contineat $\frac{1}{4}$ Gran. Rd. Ipec.

Ph. Belg. Rd. Ipec. pulv. 15, Tragac. 6, Sacch. 979.

Ph. elegans Berol. Pastillus cont. $\frac{1}{8}$ Gran. Rd. Ipec.

Ph. Hann. Rd. Ipec. Gran. 9, Sacch. Gran. 480, Album. ovi q. s. Pastilli fiant 36, loco tepido siccandi.

Ph. Dan. Rd. Ipec. Gran. 9, Sacch. Gran. 480, Mucil. G. Arab. q. s. Pastilli fiant 36.

Ph. Helv. Rd. Ipec. pulv. 1, Sacch. 24, Mucilag. Tragac. cum Aq. Naphae paratae. Pastillus contineat Gran. $\frac{1}{5}$ vel Centigr. 1 Rd. Ipec.

Pastilli Ipec. ex Infuso.

Rp Rd. Ipecacuanh. cont. *P.* 10.
Infunde
Aquae fervidae *P.* 50.
Colaturae expressae filtrataeque adde
Tragacanthae pulv. *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 640.

Fiat massa, ex qua formentur pastilli ponderis granorum quatuor (25 Centigramm.). *Ph. Bor. vet., Bad.*

Ph. Germ. 1, 5, 1, 49.

Pastilli Kalii chlorici.

Pastilles au sel de Berthollet.

Rp. Kali chlorici pulv. *P.* 50,
Sacchari pulv. *P.* 450,
Tragacanthae pulv. *P.* 3,
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant Decigramma unum Kali chlorici.

Nota. Kali chloricum ante mixtionem aqua humectetur!

Pastilli laxativi.

Trochisci purgativi.

Rp. Scammonii *P.* 10,
Fol. Sennae pulv. *P.* 20,
Rad. Rhei pulv. *P.* 30,
Pulveris aromatici *P.* 25,
Sacchari pulv. *P.* 200,
Pastae Cacao *P.* 50,
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant Scammonii Granum dimidium. Dosis ad usum liberorum past. 1 ad 2, ad usum adultorum pastilli 2 ad 4.

Pastilli Magnesiae.

Rp. Magnesiae ustae *P.* 100,
Pastae Cacao sacch. *P.* 300,
Tragacanthae pulv. *P.* 2,
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant Gramma unum (15 Grana) Magnesiae.

Pastilli Magnesiae (carbonicae).

Tabellae antacidae.

Rp. Magnesiae carbonic. *P.* 200,
Tragacanthae *P.* 8,
Sacchari albi *P.* 800,
Aquae Menth. pip. q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 3 Decigramm. (5 Grana pond. Norici) Magnesiae carbonicae. *(Ph. Belg.)*

Pastilli Magnesiae citrici.

Rp. Magnesiae citricae *P.* 100,
Sacchari albi pulv. *P.* 150,
Elaeosacchari Citri *P.* 5,
Tragacanthae pulv. *P.* 1 $\frac{1}{2}$,
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant Decigramm. tria (Gran. 5) Magnesiae citricae. Siccentur calore non adhibito.

Rp. Magnesiae citricae amorphicae *P.* 65,
Sacchari albi pulv. *P.* 60,
Tragacanthae subt. pulv. *P.* 1,
Elaeosacch. Citri *P.* 5,
Aquae destill. q. s.

M. exacte, ut fiat massa, quae in pastillos ponderis grammatis unius redigatur. Pastillus siccatus quivis contineat decigrammata quinque Citratis Magnesiae.

Pastilli martiales.

Tablettes de Fer. Pastilli Ferri s. chalybeati.

Rp. Ferri subt. pulv. *P.* 32,
Sacchari *P.* 320,
Cassiae cinnam. subt. pulv. *P.* 8,
Tragacanthae *P.* 2,
Aquae destillatae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Ferri.

Ph. Belg. Ferr. 50, Cass. cinn. 20, Trag 6, Sacch. 924.

Rp. Ferri hydrog. reduct. *P.* 10,
Mass. Cacao sacch. *P.* 100,
Olei Cassiae *P.* $^1/_2$.

M. l. a. Fiant pastilli ponderis 10—11 Granorum. (6 Decigramm.).

Pastilli Menthae.

Rp. Sacchari albi *P.* 1000,
Gummi Arabici,
Tragacanthae āā *P.* 5,
Olei Menth. pip. *P.* 8,
Aquae Menth. pip. q. s.

M. Fiat massa, quae in pastillos ponderis Granorum decem redigatur. Siccentur loco tepido.

Ph. Fenn. Ol. Menth. pip. Gtt. 48, Sacch. Unc. 12, Muc. Tragac. tenuior. q. s.

Pastilli Ministrorum.

Pectorale suisse. Schweitzer Brustkuchen.

Rp. Rad. Iridis Florent. *P.* 10,
Sem. Foeniculi *P.* 6,
Sem. Anisi *P.* 10.
Rad. Liquirit. *P.* 15,
Sacchari albi cocti et refrigerati *P.* 900.

Subtilissime pulveratis admisce
Extracti Liquirit. *P.* 120,
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli (plano convexi) ponderis Granorum octo (Grammatis dimidii), quae siccentur.

Pastilli Morphini.

Trochisci Morphiae *Ph. Brit.*

Rp. Morphini hydrochlorici *P.* 10,
Tinct. Bals. Tolutani *P.* 120,
Sacchari albi pulv. *P.* 5760,
Tragacanth. pulv. *P.* 25,
Aquae destill. q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant Milligram. 1,66 (Grani $\frac{1}{36}$) Morphini hydrochlorici. Loco tepido siccentur. *(Ph. Brit.)*

Pastilli Morphini cum Ipecacuanha.

Trochisci Morphiae et Ipecacuanhae *Ph. Brit.*
Parentur aequali modo quo Pastilli Morphini, et addantur Radicis Ipecacuanhae subtilissime pulveratae *P.* 30. *(Ph. Brit.)*

Pastilli Morphini acetici cum Sulphure aurato.

Rp. Morphini acet. *P.* 10,
Stibii sulph. aurant. *P.* 40,
Sacchari albi *P.* 1000,
Tragacanthae *P.* 5,
Aquae q. s.

M. Fiant pastilli, quorum singuli contineant $\frac{1}{16}$ Gran. (4 Milligrammat.) Morphini acetici.

Pastilli Mudaris

(Casanovae.)

Rp. Cort rad. Mudaris*) *P.* 1,
Sacchari *P.* 24,
Mucil. Tragacanthae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contine-

*) Cf. Pilul. Mudaris.

ant 15 Milligrammata (¼ Grani p. m. Norici) Corticis radicis Mudaris.

Pastilli Natri bicarbonici.

Trochisci Natri carbonici. *Tablettes ou Pastilles de Vichy ou d'Arcet. Pastilles d'Hauterive.*

℞. Natri bicarbonici *P.* 2,
Sacchari pulv. *P.* 18,
Mucilag. Tragacanthae tenuioris q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 12 Centigrammata (2 Grana p. m. Norici) Natri bicarbonici.

Ph. Bav., *Wrtb.* 1—8—q. s. Pastill. pond. 12—14 Gran.

Ph. Sax. Natr. bicarb. 4, Tragac. 2, Sacch. 69. Quivis past. cont. ⅘ Gran.

Ph. Hann. Sacch. 36, Natri bicarb. 3, Magnes. carb. 6, Muc. Trag. q. s. Pastilli singuli contineant Granum unum Natri bicarbonici.

Ph. Germ. Sacch. 13, Natri bicarb. 1, Magn. carb. Spirit. V. rectf. q. s. M. f. past. pond. Gramm. unius.

Ph. Helv. Natri bicarb. 1, Sacch. 20, Muc. Tragac. M. f. disci ponderis Gran. 16—20.

Trochisci Natri bicarbonici *Ph. Hamb.*

℞. Sacchari pulv. *P.* 40,
Natri bicarbonici *P.* 3,
Magnesiae carbonic. *P.* 5,
Olei Menthae pip. *P.* $^1/_9$.

Misce, fiant cum Mucilagine Tragacanthae tenuiore vel Gelatina soluta trochisci lenissimo calore exsiccandi.

Pastilli Opii.

Trochisci Opii *Ph. Brit.*

℞. Extracti Opii *P.* 10.
Solutis in Aquae dest. q. s. adde
Tinct. Bals. Tolut. *P.* 30,
Sacchari albi pulv. *P.* 1000,
Extracti Liquirit. *P.* 300,
Gummi Arabici *P.* 100,
Aquae calidae q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant Milligrammata 6 (Grani $\frac{1}{10}$) Extracti Opii *(Ph. Brit.)*

Pastilli Patersonii.

Pastilli bismuthico-magnesici.

℞. Bismuthi nitr. praec.,
Magnesiae hydratae ana *P.* 50,
Sacchari albi pulv. *P.* 450,
Tragacanthae pulv. *P.* 3,
Aquae Naphae q. s.

M. f. pastilli ponderis grammatis unius.

Pastilli Paulliniae.

℞. Extracti Pastae Guaranae *P.* 100,
Sacchari pulv. 1900,
Medullae Vanillae *P.* 10—15.

Misce, fiant cum Mucilagine Tragacanthae pastilli, quorum singuli contineant 3 Centigrammata (½ Granum p. m. Norici) Extracti.

Pastilli pectorales albi.

℞. Gummi Arabici *P.* 5,
Sacchari pulv. P. 15,
Elaeosacchari Aurantii flor.,
Amyli ana *P.* 1.

Misce, fiant cum Mucilagine Tragacanthae pastilli ponderis circiter unius Grammatis (15—20 Grana p. m. Norici).

Pastilli pectorales Barezii.

Trochisci pectorales Barezii. Pastilli Sulphuris aurati.

℞. Stibii sulph. aurant. *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 800,
Tragacanthae *P.* 4,
Aquae q. s.

M. Fiant pastilli, quorum singuli contineant ¼ Grani (15 Milligramm.) Stibii sulphurati.

Pastilli pectorales e Morphino et Ipecacuanha.

℞. Rad. Ipecacuanh. *P.* 10,
Morphii acetici *P.* 1,
Radicis Althaeae *P.* 1,
Sacchari pulv. *P.* 540,
Aq. Aurantii flor. q. s.

Misce, fiant pastilli, quorum singuli contineant 1 Milligramma ($\frac{1}{60}$ Grani p. m. Norici) Morphii acetici.

Pastilli Piperoidi.

℞. Sacchari Piperoidi q. v.,
Mucilag. Tragacanth. q. s.

Misce, fiant pastilli, quorum singuli contineant 4 Milligrammata ($\frac{1}{16}$ Grani p. m. Norici) Piperoidi.

Pastilli Scammonii compositi.

Trochisci anthelminthici *Ph. Belg.*

Rp. Scammonii,
Calomelanos aa *P.* 25,
Tragacanthae *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 1000,
Aquae q. s.

M. Fiant pastilli, quorum singuli contineant 15 Milligramm. ($\frac{1}{4}$ Grani) Calomelanos.

Pastilli Selterani s. Selters.

Pastilli aërophori. *Pastilles effervescentes. Dragées minerales de Mège.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 20,
Acidi tartarici *P.* 18.

Pulveratae et agitando commistae humectentur

Spiritus V. absoluti,

ab aqua plane liberati, q. s. Comprimendo fiant pastilli ponderis Drachmae dimidiae vel Grammatum duorum.

Pastilli seripari.

Pastilli ad serum parandum.
Molkenpastillen.

Rp. Acidi tartarici *P.* 3,
Tartari depurati *P.* 5,
Sacchari Lactis *P.* 9,
Mucilag. Tragacanth. q. s.

M. f. pastilli, quorum singuli contineant 18 Centigrammata (3 Grana p. m. Norici) Acidi tartarici.

Signa: Pastillus unus sufficit ad coagulanda

Lactis vaccini

27 Decagrammata (9 Uncias p. m. Norici).

Pastilli Stibii sulphurati aurantiaci cum Ipecacuanha

Ph. elegantis Berol.

Rp. Stibii sulph. aurant. *P.* 2,
Rad. Ipecacuanh. *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 60,
Mucilag. Tagacanth. q. s.

M. Fiant pastilli, quorum singuli contineant $\frac{1}{8}$ Grani ($7\frac{1}{2}$ Milligramm.) Radicis Ipecacuanhae.

Pastilli stimulantes.

Diablotins stimulantes.

Rp. Moschi *P.* 2,
Ambrae griseae *P.* 1,
Pulveris aromatici,
Croci aa *P.* 10,
Caryophyllorum aromat.,
Rad. Zingiberis aa *P.* 5,
Mastiches *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 500.

Pulveratis admisce

Infusi Mari veri q. s.

M. f. pastilli ponderis Grammatis (Gran. 15). *Dosis:* Pastilli 4—5 quoque die contra anaphrodisiam.

Rp. Ambrae *P.* 4,
Mastiches *P.* 230,
Croci *P.* 150,
Caryophyll. aromat.,
Moschi aa *P.* 75,
Rad. Zingiberis *P.* 40,
Sacchari albi *P.* 10000,
Infusi Mari veri q. s.

M. f. pastilli vel tabulae ponderis Grammatis unius.

Pastilli contra tussim

Leperei.

Pastilles de Lepère.

Rp. Morphini hydrochlorici *P.* 1,
Sacchari pulv. *P.* 1000,
Tragacanthae *P.* 5,
Aquae destill. q. s.

Misce, fiant pastilli, quorum singuli contineant 3 Milligrammata ($\frac{1}{20}$ Grani p. m. Norici) Morphii hydrochlorici.

Pastilli vermifugi.

Wurmpastillen.

Rp. Scammonii *P.* 20,
Santonini *P.* 40,
Mass. Cacao sacch. *P.* 1000.

M. l. a. fiant pastilli, quorum singuli contineant $\frac{1}{2}$ Granum (3 Centigramm) Santonini. Dosis = past. 2 ad 3 mane porrigendi ad usum liberorum natorum 4—6 annos.

Pastilli vomitorii s. emetici

Ph. eleg. Berol.

Trochisci vomitorii.

I.

℞p. Rad. Ipecacuanh. Gran. 10,
Tartari stibiati Gran. $^1/_2$,
Mass. Cacao sacch. Gran 10.

M. l. a. Fiat pastillus.

II.

Pastilli vomit. mitiores.

℞p. Rad. Ipecacuanh. Gran. 5,
Tartari stibiati Gran. $^1/_4$,
Mass. Cacao sacch. Gran. 10.

M. l. a. Fiat pastillus.

III.

Pastilli vomit. cum Emetino colorato.

℞p. Extr. Ipecacuanh. Gran. $^1/_4$,
Tartari stibiati Gran. $^1/_2$,
Mass. Cacao sacch. Gran. 10.

M. l. a. Fiat pastillus.

Pastilli Zingiberis.

℞p. Sacchari albi *P.* 1000,
Aquae *P.* 200.

In lebetem cupreum immissas coque ad consistentiam tabulandi, dein agita, ut rigescant. Tum pulveratis et in patinam porcellaneam immissis admisce

Tinct. Zingiberis *P.* 200,
Tinct. Cinnamomi *P.* 25.

Post exactam agitationem massam exsicca et pulveratam denuo per cribrum trajice. Admixtis

Tragacanthae pulv. *P.* 5,
et Aquae destill. q. s.,

formentur pastilli, qui siccati sint ponderis grammatis unius.

Pepsinum.

Chymosinum. *Poudre nutrimentive.*

I.

Pepsinum Parisiense.

℞p. Stomachorum suillorum vel Abomasorum (stomachorum quartorum animalium ruminantium, praecipue ovium, recentium incisorum q. v.

Ollae vitreae immissis affunde

Aquae destillatae

circiter quintuplum. Digere calore 30° —35° Cels. therm., saepius agitando, per tres horas, aut donec aqua in mucilaginem conversa sit. Hac defusa, residuo denuo aquam affunde, eadem ratione macera et cola. Haec operatio repetatur, quamdiu stomachi mucilaginem densiorem edunt. Colaturis commixtis inter agitationem instilla

Acetum plumbicum

quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod ope filtri separa et aquae aliquantulo ablue. Praecipitatum adhuc humidum superfunde

Aquae volumine aequali

et in idem ope tubi vitrei, luminis latioris, conduc

Gas hydrosulphuratum,

donec plumbum omne sulphuratum sit et fluidum agitatum odorem hepaticum redoleat. Tum filtretur et liquor limpidus in vas porcellaneum ingestus leni calore, 45° C. nunquam superante, in balneo aquae ad spissitudinem extracti evaporet. Tum admisce Partibus 35 residui

Amyli pulv. siccati *P.* 10,
Acidi tartarici pulv. *P.* 3.

Massam loco tepido exsiccatam in pulverem redige et in lagenis obturatis serva.

Loco Amyli Dextrinam siccatam admiscere licet.

II.

Pepsinum Germanicum.

℞p. Stomachorum pecorum vel Abomasorum (stomachorum quartorum animalium ruminantium) recentium q. v.

Aqua frigida ablue et, membranam mucosam ope cultri ossei radendo, mucum collige, quem per linteum inter exprimendum cola. Mucum statim in patinas porcellaneas planas ingere et in hypocausto ventilato calore 45° C. nunquam superante quam celerrime exsicca. Massa residua contrita, e flavo fusca, statim in lagenulas parvas bene obturandas ingeratur et asservetur.

Petroleum nigrum.

℞p. Asphalti pulv. *P.* 1.
Solve agitando in
Petrolei *P.* 20.

Petroleum rubrum.

(Ad us. mercat.)

℞p. Olei Terebinthinae,
Petrolei aa *P.* 40,
Radicis Alcannae *P.* 1.
Macera et cola per gossypium.

Phillyrina.

$C^{54}H^{34}O^{22}+3HO$.

℞p. Corticis Phillyreae latifoliae (Oleïneae) sicci et contusi *P.* 40.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 200.

Digere per aliquot horas, usque ad lenem ebullitionem calefac et liquorem adhuc fervidum exprimendo cola. Residuum expressum commisce denuo

Aquae fervidae *P.* 100,

digere et exprime. Liquores obtenti ad Partes 30 remanentes inter assiduam agitationem evaporent, tum refrigerati, admixta

Calcariae hydratae *P.* 1,

seponantur loco frigido per biduum. Sedimentum inde ortum filtrando collige, calore leni balnei vaporis exsicca et in pulverem redige, quem, affusis

Spiritus V. rectf. *P.* 5,

inter agitationem per aliquot horas calore balnei vaporis digere. Tinctura adhuc calida filtrando separata, residuo affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 2

et digere. Haec operatio repetatur, quamdiu Spiritus defusus amarus est. Tincturae omnes, admixta

Aquae destill. *P.* 1,

destillando a Spiritu maxima e parte liberentur, leni calore balnei vaporis ad Partes 3 remanentes evaporent, tum per aliquot dies loco frigido seponantur. Crystalla orta exprimendo collecta resolvendo in aqua fervida, digerendo cum Carbone animali depurato, filtrando, evaporando crystallisandoque depurentur. Sint crystallula squamiformia aut acicularia flexibilia alba. Effic. *P.* 1.

Phlorrhizina.

$C^{42}H^{24}O^{20}+4HO$.

℞p. Corticis recentis radicis Pyri Mali, minutim concisi, *P.* 100,
Spiritus V. rectf. *P.* 400.

Digere per 24 horas, tum exprimendo cola. Tincturam filtratam, destillando ad Partes remanentes circiter 50 diminutam sepone loco frigido per tres dies. Tum crystalla collecta resolvendo in aquae fervidae quantitate sufficiente, digerendo cum Carbone animali depurato, filtrando, evaporando et crystallisando depurentur. Sint crystalla acicularia alba, amara. Effic. *P.* 2 et plus.

Phyllis amara
Kranichfeldii.

℞p. Amygdalar. amar. degluptarum q. v.

Contusae Amygdalae fortiter exprimendo ab oleo pingui liberentur et conterendo in pulverem subtilissimum redigantur.

Picrotoxina.

$C^{18}H^{20}O^{8}$.

℞p. Fructuum Cocculi *P.* 10.

Fructus contundendo a testis liberati et in pulverem redacti expressione calida (60—70° C.) ab oleo liberentur. Placentis residuis pulveratis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 50,

tum digere per diem unum. Fluido exprimendo separato, residuo denuo affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 40,

digere et exprime. Tincturae obtentae commixtae, additis

Aquae destill. *P.* 10,

destillando evaporent, donec circiter *P.* 15 remanserint, quae cum

Carbonum vegetab. *P.* 1/3

mixtae calore balnei vaporis ad siccum redigantur. Residuum siccum contritum, in lagenam ingestum macera in

Aetheris *P.* 3

per diem unum et saepius agita. Post decanthationem liquoris haec maceratio cum Aetheris novis quantitatibus repetatur, donec Aether defusus non amarus sit. Tincturas aethereas decantha vel filtra et,

Aquae destill. *P.* 3

admixtis, blanda destillatione Aethera

elice. Fluidum residuum, adhuc tepidum, in patinam effunde, calefac, donec Aether plane abierit, dein loco frigido sepone. Oleum congelatum innatans filtrando separa et Spiritu Vini rectificato ablue, fluida autem evaporando refrigerandoque in crystalla coge, quae inter chartam bibulam expressa, tum soluta in Spiritus Vini rectificatissimi quantitate triplici iterata crystallisatione depurentur. Efficiuntur circiter $\frac{1}{10}$. Sint crystalla alba, aut crustas formantia aut acicularia nitentia, saporis amarissimi.

Pigmentum Alcannae.

Anchusina. Alcanninum. Extractum Alcannae. Resina Alcannae.

Rp. Radicis Alcannae q v.

Corticem lamellosum, saturate sanguineum collige, sicca et in pulverem redige. Pulvis, affuso

Aetheris $1\frac{1}{2}$ Volumine,

ope apparatus extractorii (ad extracta aetherea) exhauriatur, et liquores evaporando ad siccum redigantur.

Pilulae adstringentes

Ph. paup. Berol.

Rp. Catechu,
Aluminis aa *P.*,
Extracti Gentianae q. s.

Misce, fiant pilulae, quarum singulae contineant Aluminis 31 Milligrammata ($\frac{1}{2}$ Granum pond. medicinalis Norici).

Pilul. adstring. Capuronii.

Rp. Catechu *P.* 12,
Aluminis *P.* 6,
Opii *P.* 2,
Mell. rosati q. s.

M. f. pil. pond. duorum Decigrammatum.

Pilulae Aethiopicae.

Pilulae s. Massa pilularum hydrargyrico-stibicarum.

Rp. Hydrargyri *P.* 3,
Stibii sulph. aurant. *P.* 2.

In lapideo mortario ad perfectam extinctionem Hydrargyri tritis addantur commiscendo

Saponis Hispanici,
Resinae Guajaci aa *P.* 2,
Syrupi Sacchari q. s.

Ph. Dan., Norv.

Pilulae Aloës.

Pilulae Aloës saponatae. Pilulae purgantes *Ph. mil. Austr.*

Rp. Saponis medicati,
Aloës aa *P.*
Syrupi simplicis,
Radicis Althaeae aa q. s.

M. Fiant pilulae ponderis granorum duorum. *(Ph. Belg.)*

Ph. mil. Austr. Singulae pilulae contineant Gran. 1. Aloës. Consperg. Cass. cinn.

Pilulae Aloës Berolinenses s. gelatinatae.

Rp. Aloës (solidae) q. v.

Aloë calore balnei vaporis emolliatur et in pilulas ponderis 1, 2, 3 Granorum ponderis Norici redigatur. Pilulae refrigeratae Gelatina animali l. a. obducantur.

Pilulae Aloës amarae.

Pilulae Gentianae crocatae.

Rp. Pilularum aloëticarum (Ruffii) Massae *P.* 3,
Extracti Gentianae *P.* 2.

M. Fiant pilulae pond. 1 Grani. *Ph. Suec.*

Pilulae Aloës compositae.

Rp. Aloës *P.* 12,
Extracti Gentianae *P.* 6,
Olei Carvi *P.* 1,
Radicis Althaeae q. s.

M. F. pilulae *(Ph. Dan. vet., Lond., Dubl.)*

Pilulae Aloës cum Asa foetida.

Rp. Asae foetidae,
Saponis medicati,
Aloës Socotorinae,
Conservae Rosarum aa *P.*

M. Fiant pilulae. *Ph. Brit. (Americ.)*

Pilulae Aloës cum Rheo

Ph. mil. Dan.

Rp. Extracti Aloës,
Rad. Rhei pulv. aa *P.* 2,
Rad. Ipecacuanhae *P.* 1.

M. f. pil., quarum singulae contineant Granum $\frac{1}{2}$ Rad. Ipecacuanhae.

Pilulae Aloës rosatae.

Pilules de famille.

℞p. Aloës *P.* 10,
Acidi tannici *P.* 2,
Aquae Rosarum *P.* 1.

Calore balnei conterendo fiat massa, quae evaporata in pilulas ponderis Granorum duorum redigatur.

Pilulae Aloës saponatae.

Pilules antiictériques de Buchan.

℞p. Rad. Rhei pulv.
Aloës pulv. $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Saponis medicati *P.* 2.

M. f. pil. pond. Decigramm. duorum. Conf. Pilulae aloëticae *Ph. Brit.*

Pilulae aloëticae.

Pilulae Ruffii. Pilulae Aloës. Pil. Aloës crocatae. Pilulae Aloës cum Myrrha.

℞p. Aloës *P.* 120,
Myrrhae *P.* 60,
Croci *P.* 30,
Radicis Althaeae *P.* 30,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum pond. medicinal. Norici).

Ph. Austr. Aloës 24, Myrrh. 12, Croci 4, Sp. V. q. s.

Ph. Hb. (Belg., Edinb., Dubl., Americ.) Aloës 120, Myrrh. 60, Croci 30, Syr. cort. Aur. q. s.

Ph. Brit. Aloës Socot. 4, Myrrh. 2, Croci 1, Conserv. Rosar. 5.

Ph. Brit. Pilulae Aloës Barbadensis: Aloës Barbad. 16, Sapon. pulv. 8, Olei Carvi 1, Conserv. Rosar. 8. — Pilulae Aloës Socotorinae: Aloës Socot. 16, Sapon. 8, Ol. Myristicae aeth. 1, Conserv. Rosar. 8.

Ph. Sl. H. (Dan. vet.) Aloës 4, Croc. et Myrrh. $\widehat{aa}$ 1, Syr. Foeniculi q. s. — *Ph. Dan. vet.* Syr. Sacch. q. s.

Ph. Sax. Aloës, Ammoniaci $\widehat{aa}$ 2, Myrrh. 1.

Ph. Suec. Aloës 4, Myrrh., Croci $\widehat{aa}$ 2, Syrup. q. s.

Pilulae aloëticae.

Formul. magistr. Berol. in us. paup.

℞p: Aloës pulveratae,
Tuberum Jalapae pulv.,
Saponis medicati $\widehat{aa}$ Drachm. 1,
Spirit. Vini rectf. q. s.

M. f. pilulae Nr. 90, Radice pulverata Glycyrrhizae conspergendae.

Pilulae aloëticae ferratae.

Pilulae Aloës c. Ferro. Pilulae Italicae nigrae. *Pilules contre la chlorose de Marschall-Hall.*

℞p. Ferri sulphurici oxydulati ad albedinem exsiccati,
Aloës pulv. $\widehat{aa}$ *P.*

Mixtae
Spiritus V. rectfss. q. s.
humectentur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). Sint nitidae, coloris nigri. *Ph. Bor., Germ.*

℞p. Ferri sulphurici ad albedinem exsiccati,
Aloës pulv. aa *P.*

Mixtas adspergendo
Spiritus V. rectfss. q. s.
ad massam mollem redige, quam leni calore exsicca. Massa sicca et contrita iterum
Spiritus V. rectf. q. s.
humectetur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ut supra. Serva.

Pilulae aloëticae helleboratae.

Pilulae catholicae. Extractum catholicum *Ph. Belg.*

℞p. Colocynthidum *P.* 3,
Rad. Hellebori nigri,
Agarici albi $\widehat{aa}$ *P.* 2,
Aquae fervidae q. s.

Seponendo, exprimendo, colando evaporandoque fiat extractum, cui admisceas
Aloës *P.* 4,
Scammonii *P.* 2.

Fiat massa pilularum. *Ph. Belg.*

℞p. Colocynth. praep.,
Scammonii,
Aloës $\widehat{aa}$ *P.* 2,
Resin. Jalapae,
Extract Helleb. nigri $\widehat{aa}$ *P.* 1.

M. Fiant ope pauli Spirit. Vini pilulae pond. 3 Granorum.

Pilulae alterantes
(Plummeri).

Massa pil. alterantium. Pil. Hydrargyri chlorati comp. *Ph. Lond.*

℞p. Pulveris alterantis Plumeri,
Succi Liquiritiae,
Radicis Althaeae aa *P.*,
Aquae destill. q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 4 Centigrammata ($\frac{2}{3}$ Grani p. m. Norici) Pulveris alterantis.

Ph. Belg. Pulv. alt. 2, Extr. Fumar. 1, Syr. Sacch. q. s. Fiant. pil. pond. 15 Centigramm.

Ph. Norv.. Dan. vet. Pulv. alt., Resin. Guajaci aa *P.*, Bals. Copaiv. q. s.

Ph. Lond. Pulv. alt., Res. Guaj.. Syr. Sacch. aa.

Pilulae Ammoniaci
Gaubii.

℞p. Ammoniaci *P.* 2,
Ferri pulverati,
Aloës aa *P.* 1,
Syrupi balsamici q. s.

M. Fiant pilulae pond. 2 Granorum.

Pilulae Ammoniaci thebaicae.

℞p. Opii *P.* 3,
Bulbi Scillae *P.* 5,
Myrrhae *P.* 15,
Ammoniaci *P.* 30,
Spiritus V. rectf. q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant $\frac{1}{5}$ Gran. Opii.

Pilulae Andersonis.

Pilulae Aloës cum Gutti. Pil. aloëticae cambogiatae. *Pilules Ecossaises.*

℞p. Aloës,
Gutti aa *P.* 24,
Olei Anisi *P.* 4,
Syrupi Sacchari et
Radicis Althaeae q. s.

M. Fiant pilulae ponderis 25 Centigrammatum (4 Granorum p. m. Noric.) *Ph. Gall.* *(Ph. Belg.)*

Pilulae angelicae.

Pilulae Francofurtenses.

℞p. Aloës *P.* 40,
Acidi tannici *P.* 3,
Rad. Rhei pulv. *P.* 5.
Boleti Agarici pulv. *P.* 2,
Mellis rosati q. s.

M. f. pil. pond. Granorum duorum.

Pilulae antarthriticae.
(Ph. paup. Hamb.)

℞p. Tartari stibiati *P.* 3,
Extracti Aconiti herb. *P.* 60,
Resinae Guajaci,
Sapon. Hispanici aa *P.* 120.

M. f. pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). Conspergantur Cassia pulverata.

Ph. Dan. Sap. stibiati, Resin. Guajaci aa 2, Extr. Conii, Extr. Aconiti hb. aa 1.

Pilulae antecibum.

Pilulae stomachicae. Pil. tonicae aloëticae. Pil. longae vitae. *Pilules gourmandes. Grains de Vie. Pilules de Cauvin. Pilules de Madame de Crespigny.*

℞p. Aloës *P.* 8,
Extracti Chinae cort. *P.* 4,
Cassiae cinnam. *P.* 1,
Syrupi Sacchari q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Aloës. *Ph. Gall.*

Pilulae anticholericae
prophylacticae.

Cholerapräservativpillen.

℞p. Chinini sulphurici Dr. 1,
Acidi sulphurici diluti
Gtt. 40,
Pulveris aromatici Dr. 1 1/2,
Rad. Althaeae plv. Dr. 1/2,
Extracti Trifolii q. s.

M. f. pil. No. 120. Consp. Cass. Cinnam. S. Sumantur quoque die per aliquot hebdomades mane, post prandium et vespere pilulae 2 ad 3.

℞p. Chinini sulphurici,
Pulveris aromatici aa Dr. 1,
Acidi hydrochlorici Gtt. 10,

Ferri sesquichlorati soluti Gtt. 20,
Rad. Gentianae pulv.,
Extracti Trifolii āā Scrpl. 2,
Olei Cass. cinnam. Gtt. 10,
Rad. Althaeae pulv. q. s.
M. f. pilulae No. 120. S. ut supra.

℞p. Chinioidini,
Pulveris aromatici āā Dr. 1.
Mixtis instilla
Acidi hydrochlorici Gtt. 30,
Ferri sesquichlorati soluti Gtt. 20.
Post agitationem admisce
Rad Gentianae pulv.,
Extracti Trifolii āā Scrpl. 2,
Olei Cass. cinnam. Gtt. 10,
Rad. Althaeae pulv. q. s.
M. f. pilulae No. 120. S. ut supra.

Pilulae antihydropicae.

Massa pilularum s. Pilulae ad hydropicos.

℞p. Stibii sulphurati rubei,
Calomelanos āā *P.* 1,
Rad. Scillae pulv. *P.* 2,
Saponis medicati *P.* 6,
Olei Juniperi bacc. *P.* 2.
M. l. a. Fiant pilulae *Ph. Norv.*

Ph. Dan. Stibii sulph. rub., Calomel., Rd. Vincetoxici, Bulbi Scillae āā 1, Ol. Junip. 2, Sapon. med. 6.

Pilulae antihystericae.

Massa pil. antihystericarum.

℞p. Massae pilul. aperient.,
— — gummos. āā *P.*
M. *Ph. Norv., Dan. vet.*

Pilulae antihystericae Sydenhami.

℞p. Asae foetidae *P.* 60,
Galbani,
Myrrhae āā *P.* 30,
Castorei (Canad.) *P.* 5.

M. f. pil. ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). Conspergantur Radice Iridis pulverata.

Pilulae antispasmodicae Heimii.

℞p. Asae foetidae *P.* 120,
Ferri pulv. *P.* 26,
Castorei *P.* 13,
Extracti Quassiae q. s.
M. f. pil. ponderis 2 Granorum.

Pilulae antispasticae.

Krampfpillen.

℞p. Asae foetidae,
Extr. Valerian. āā *P.* 120,
Opii pulv. *P.* 12,
Olei Cajaputi *P.* 8.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant $\frac{1}{10}$ Gran. Opii.

℞p. Asae foetidae *P.* 120,
Opii pulverati *P* 20,
Chinini sulphurici,
Extracti Gentianae āā *P.* 60,
Olei Cajaputi,
Olei Menth. pip. āā *P.* 5,
Syrupi Aurant. cort. q. s.
M. f. pil., quarum singulae contineant $\frac{1}{6}$ Gran. Opii. Quaque tertia hora sumatur pilula una.

Pilulae aperientes.

Massa pil. aperientium (cum Marte).

℞p. Extracti Aloës *P.* 8,
— Rhei compositi *P.* 4,
Ferri pulv. *P.* 2.
Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum. p. m. Norici). *Ph. Hb.*

Ph. Sl. H. Pilula contineat $\frac{1}{3}$ Gran. Ferri.

Ph. Norv., Dan. Ferri oxyd. fusci 4, Myrrh., Ammoniaci, Galbani, Aloës, Pulv. alter. Plummeri āā 2; misce.

Ph. Norv. Pil. aperient. mitiores. Ferr. oxyd. fusci 4, Myrrh., Ammoniaci, Galbani, Aloës āā 2, Stib. sulph. aurant. *P.* 1.

Pilulae aperientes* Stahlii.

Pilulae Halenses contra obstructiones. Pil. aperitivae Stahlii.

℞p. Aloës *P.* 4,
Extracti Colocynthidis *P.* 2,
Ferri pulv. *P.* 1,
Mucil. G. Arabici q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Aloës. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

Nota. Hae pilulae recens paratae vulgo tumescunt, melius secundum hoc praescriptum operaris:

℞p. Aloës *P.* 4,
Extr. Colocynth. comp. *P.*2,
Ferri pulv. *P.* 1,
Aquae *P.* 2.

Mixtae loco calido per unam horam seponantur et interdum agitentur, tum ope Radicis Althaeae quantitate sufficiente in massam pilularem redigantur, ex qua formentur pilulae ut supra. *(Ph. Hann.)*

Suppl. Ph. Bor. Extr. Aloës 4, Extr. Rhei comp. 2, Extr. Colocynth. comp. 1, Ferri pulv. 1. M. f. pil. pond. Centigr. 12, Lycopodio conspergendae.

Pilulae Argenti nitrici.

℞p. Argenti nitrici *P.* 1,
Rad. Althaeae pulv. *P.* 12,
Syrupi Sacchari q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant $\frac{1}{6}$ Gran. Argenti nitrici. *Ph. Suec., Fenn.*

Ph. Ross. praecipit Succum Liquiritiae. Pilulae contineat $\frac{1}{4}$ Gran. Arg. nitr.

Pilulae Armenienses.

Pil. Armeniae. Pilules de bol d'Arménie de Charles-Albert. Pilulae Raquinii.

℞p. Balsami Copaivae q. l.

In balneo vaporis evaporet ad spissitudinem emplastri. Hujus
Residui *P.* 24
admisce
Magnesiae ustae *P.* 2,
et postquam massa induruit,
Cubebarum pulv.,
Boli Armenae pulv. āā *P.* 7.

Fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 5 Decigrammatum (8 Granorum), Bolo Armena pulverata conspergendae.

Pilulae arsenicales.

Pilulae Asiaticae. *(Tanjore pills.)*

℞p. Acidi arsenicosi (Arsenici albi) *P.* 5.

Subtilissime pulveratae commisceantur inter continuatam triturationem cum
Piperis nigri pulv. *P.* 60.
Mixtione optime peracta, adde
Gummi Arabici *P.* 10,
Aquae q. s.

Fiant pilulae, quarum singulae contineant 4 (quatuor) Milligrammata ($\frac{1}{15}$ Grani p. m. Norici) Acidi arsenicosi. *Ph Belg.*

Ph. Gall. Acid. arsenicosi 5, Piperis 50, Gumm. Arab. 10. Pilulae singulae contineant 5 Milligramm. Acidi arsenicosi.

Pilulae Asae foetidae.

Pilulae Asae foetidae compositae. Pil. Galbani comp.

℞p. Asae foetidae *P.* 120,
Saponis medicati *P.* 60,
Olei Foeniculi *P.* 4,
Spiritus V. rectf. q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici), conspergendae semine Lycopodii. *Ph. mil. Bor.*

Ph. Americ. Oleum Foenic. omittit. Pil. pond. 5 Gran.

Ph. Dan. vet. Asae foet., Ol. Dippelii q. s.

Ph. Brit. Asae foet., Galb., Myrrhae āā 2, Syr. comm. 1.

Pilulae Asae foetidae gelatinatae.

℞p. Asae foetid. q. v.

Ope aquae leni calore fiant pilulae, quae siccatae, ponderis Granorum trium, l. a. Gelatina animali obducantur.

Pilulae Asae foetidae succinatae.

Pilulae foetidae succinatae.

℞p. Asae foetidae,
Castorei āā *P.* 9,
Acidi succinici *P.* 3,
Olei animal. Dippelii *P.* 1,
Tincturae Myrrhae q. s.

M. f. pilulae ponderis 2 Gran. *Ph. Suec.*

Pilulae Augustinorum.

Wiener Kaiserpillen.

℞p. Aloës *P.* 24,
Radicis Rhei *P.* 3,
Scammonii,
Colocynthidis pulv.,

Radicis Jalapae,
Myrrhae āā *P.* 1,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 18 Centigrammatum (3 Granorum p. m. Norici). Irrorentur Aethere, neve conspergantur. *Ph. Austr.*

Pilulae balsamicae (Stahlii.)

Rp. Extracti Aloës,
— Myrrhae āā *P.* 2,
— Absinthii,
— Rhei compositi,
Saponis medicati,
Mastiches āā *P.* 1.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici), conspergendae semine Lycopodii. *(Ph. Hb., Sl. II.)*

Nota. Ad usum mercatorium hae pilulae vulgo Argento foliato obducuntur.

Ph. paup. Berol. Aloës, Myrrh., Res. Guaj. āā 2, Extracti Fumar., — Millefol., — Card. ben., — Helleb. nigr., Rd. Rhei āā 4, Terebinth. 1. Pilulae pond. 1 Gran.

Pilulae balsamicae Mortonis.

Pil. balsamicae *Ph. Belg. Pilules balsamiques de Morton.*

Rp. Oniscorum Asellorum *P.* 72,
Ammoniaci *P.* 36,
Acidi benzoïci *P.* 24,
Croci pulv.,
Balsami de Tolu āā *P.* 4,
Ol. Anisi sulphurati *P.* 24.

Continuo conterendo fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 20 Centigrammatum (3 Granorum p. m. Norici). *Ph. Gall.*

Ph. Belg. Ammoniaci 65, Bals. Peruv. 5, Acid. benz. 16, Croci 5, Ol. Anis. sulph. 3, Mell. 6.

Pilulae Balsami Copaivae.

Rp. Massae Bals. Copaiv.,
Rad. Althaeae pulv. āā *P.*

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). *Ph. Hb., Sl. II.*

Pilulae Balsami Copaivae compositae.

Pil. Copaivae cum Cubebis.

Rp. Cerae albae *P.* 2.

Leni igne liquatas misce agitando cum
Balsami Copaivae *P.* 4.

Refrigeratis admisce
Cubebarum pulv. *P.* 8,

vel quantum sufficit, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). *(Ph. Hb., Sl. II., Belg.)*

Ph. Hann. Bals. Copaiv. 8, Cerae fl. 4, Rd. Alth. 3, Cubeb. 12.

Pilulae Balsami Copaivae cum Magnesia usta.

Rp. Balsami Copaivae *P.* 46,
Magnesiae ustae *P.* 4.

Mixtae seponantur per aliquot dies, ut fiat massa spissitudinis Terebinthinae spissioris. Tum admiscendo
Rad Althaeae pulv. *P.* 50.

fiant pilulae. *(Ph. Belg.)*

Pilulae Balsami Copaivae tannatae.

Tripperpillen. *(Ad usum mercatorium.)*

Rp. Terebinth. coctae pulv.,
Bals. Copaiv. cerati āā *P.* 6.

Mixtis adde
Gallarum subt. pulv. *P.* 13,

vel quantum sufficit, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 18—19 Centigrammatum (3 Granorum p. m. Norici). Pilulae radice Liquiritiae pulverata conspergantur.

Pilules de Sainte-Marie.

Rp. Conserv. Rosar. *P.* 100,
Bals. Copaiv. *P.* 23,
Sang. Dracon. *P.* 10,
Calomelanos *P.* 3.

M. l. a. Quaevis pilula sit ponderis 3 Decigrammatum.

Pilulae Bartonii.

Rp. Acidi arsenicosi *P.* 1,
Saponis medicati *P.* 11,
Opii pulverati *P.* 4.

M. f. pilulae, quarum singulae continent tria Milligrammata ($\frac{1}{20}$ Gran. pond. Noric.) Acidi arsenicosi.

Pilulae bechicae Heimii.

Pilulae Heimii contra tussim.

℞p. Extracti Helenii *P.* 120,
Rad. Ipecacuanhae,
Fol. Digitalis āā *P.* 20,
Opii puri *P.* 12.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 2 Centigrammata ($\frac{1}{3}$ Grani p. m. Norici) radicis Ipecacuanhae. Pilulae radice Liquiritiae pulverata conspergantur.

Usus. Dentur singulae pilulae quaque hora tertia quartave.

Pilulae Beddoës.

℞p. Natri carbonici,
Saponis medicati āā *P.* 20,
Piperis Hispanici *P.* 1.

M. l. a. cum aqua, ut fiat massa.

Pilulae benedictae Fulleri.

Pilulae aloëticae foetidae. *Pilules bénites de Fuller.*

℞p. Aloës *P.* 18,
Foliorum Sennae *P.* 9,
Asae foetidae,
Galbani,
Myrrhae āā *P.* 5,
Macidis,
Croci āā *P.* 2,
Ferri sulphurici cryst. *P.* 26.

Singulas seorsum tritas commisce cum
Olei Succini *P.* 2,
Mellis *P.* 20,
Spiritus V. rectfss. q. s.,
ut fiat massa pilularis. *Ph. Belg.*

Pilulae calmantes s. sedantes Ricordii.

Pil. contra tussim Ricordii.

℞p. Morphini hydrochlorici *P.* 3,
Extr. Hyoscyami *P.* 4,
Rad. Belladonnae,
— Liquiritiae,
Mellis āā *P.* 30,
Balsami Tolutani,
Olei Cacao āā *P.* 100.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant $\frac{1}{20}$ Morphini hydrochlorici. Conspergantur Lycopodio.

Usus. Dentur singulae pilulae quaque hora quinta sextave.

Pilulae Calomelanos compositae *Ph. Brit.*

℞p. Calomelanos,
Stibii sulphurati rubei āā *P.* 1,
Resinae Guajaci *P.* 2,
Olei Ricini *P.* 1*v.*

M.

Pilulae contra Catarrhum vesicae urinae Gallii.

℞p. Balsami Copaivae,
Terebinthinae āā *P.*
Magnesiae ustae q. s.

Misce. Post aliquod tempus fiant pilulae ponderis Granorum trium (2 Decigramm).

Pilulae cephalicae.

℞p. Colocynthidum praep.,
Scammonii,
Saponis jalapini,
Gutti āā *P.*
Rad. Althaeae pulv. q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 15 Milligrammata ($\frac{1}{4}$ Grani p. m. Norici) Gutti. Pilulae Lycopodio conspergantur.

Pilulae Chevalieri (antiscrophulosae).

℞p. Extracti Taraxaci,
Lupulini āā *P.*

Misce. Fiant pilulae. Singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Lupulini. Consperge Cassia cinnamomea pulverata.

Pilulae Chinini.

℞p. Chinini sulphurici *P.* 10,
Acidi hydrochlorici *P.* 2,
Extr. Gentianae *P.* 5,
Rad Gentianae q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant Granum 1 Chinini sulphurici. Conspergantur Pulvere Cassiae cinnamomeae.

Pilulae Colocynthidis compositae.

Confer Extract. Colocynth. composit.

Ph. Norv. Colocynth. pulv. 3, Aloës, Res. Jalap. āā 6, Ol. Caryoph. 1, Sebi *P.* 9. Dosis periculosa = Grana 10.

Ph. Fenn. Caryophyll. 1, Resin. Jalap. 2, Calomel. 3, Extr. Colocynth. comp. 7½, Syr. Sacch. q. s. Scrupuli loco partium sumpti praebent 135 pilulas.

Ph. Brit. Colocynth. praep. 8, Aloës Barbad. 16, Scammonii 16, Kali sulphurici 2, Ol. Caryoph. 2*v*, Aq. q. s.

Pilulae Colocynthidis cum Hyoscyamo.

℞p. Colocynth. praep. *P.* 8,
Aloës Barbad. *P.* 16,
Scammonii *P.* 16,
Kali sulphurici *P.* 2,
Olei Caryophyll. *P.* 2*v*,
Extr. Hyoscyami *P.* 24,
Aquae q. s.
M. *Ph. Brit.*

Pilulae Conii.

℞p. Extracti Conii *P.* 1,
Herb. Conii pulv. q. s.
M. l. a. Fiat massa pilularis. *Ph. Dan. vet.*

Pilulae Cupri sulphurico-ammoniati.

Pil. caeruleae *Ph. Sl. H.* Pil. Cupri ammoniati. Pil. cupreae.

℞p. Cupri sulph. amm. *P.* 1,
Micae Panis alb. *P.* 5,
Liq. Ammoni caust. q. s.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant Gran. ¼ salis cuprici. *Ph. Sl. H., Dan.*

Ph. Suec. Cupri sulph. amm. 1, Extr. Gent. 12, Cort. Chinae pulv. q. s. Quaevis pilula contineat ⅙ Gran. Salis cuprici.

Pilulae Dzondii.

Parentur uti Pilulae majores Hoffmanni, eo tamen discrimine, ut pilulae No. 20 (viginti) contineant 6 (sex) Centigrammata (1 Granum) Hydrargyri bichlorati corrosivi. Pilulae Cassia cinnamomea pulverata conspergantur.

Pilulae febrifugae.

Fieberpillen.

℞p. Chinioidini *P.* 60,
Acidi tartarici *P.* 20,
Pulv. aromatici *P.* 30,
Aloës *P.* 1,
Extr. Gentianae q. s.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant Chinioidini 1½ Gran. (9–10 Centigrammat.).

Usus. Mane et vesperi (ne inter paroxysmum) pilulae tres vel quatuor

Pilulae contra febres recidivas.

Pillen gegen immer wiederkehrendes Wechselfieber.

℞p. Chinioidini triti *P.* 60,
Ammonii chlorati,
Spirit. V. rectf. āā *P.* 50.
In patinam porcellaneam immissae leni calore inspissentur. Residuo admisce
Ferri oxydati hydrici,
Acidi tartarici āā *P.* 15,
Pulv. aromatici *P.* 30,
Aloës,
Croci āā *P.* 2,
Olei Cinnamomi *P.* 1,
Extr. Gentianae q. s.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum) Chinioidini. Conspergantur Pulvere Cinnamomi.

Usus. Quoque altero die sumantur mane, ante prandium, et vespere pilulae quinque.

Pilulae Ferri carbonici.

Pilulae ferratae Valleti. Pilulae antichloroticae s. ferruginosae Blaudii et Valleti. Massa pilularum ferratarum Valleti. Carbonas ferrosus mellitus.

℞p. Ferri sulphurici sicci, diligenter parati,
Kali carbonici sicci āā *P.* 1,
Mellis albi *P.* 1 vel
quantum ad massae pilularum consistentiam requiritur, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 12 Centigrammata (2 Grana p. m. Norici) Ferri sulphurici sicci. *Ph. Hamb.*

Nota. Pilulae singulae continent circiter 12 Centigrammata (2 Grana p. m. Norici) Ferri carbonici.

Ph. Belg. praecipit loco Mellis Tragacanth. *P.* ⅛.

℞p. Ferri carbonici saccharati *P.* 90,
Rad. Althaeae pulv. *P.* 10,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant Ferri carbonici saccharati 18 Centigrammata (3 Grana p. m. Norici).

Ph. Brit. Ferri carb. sacch., Conservae Rosar. ana.

Massa pilularum ferratarum Valleti.

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 6.
Solve in
Aquae destill. *P.* 36,
quibus additae sint
Syrupi Sacchari *P.* 2.
Tum solve
Natri carbonici dep. *P.* 6½,
in
Aquae destill. *P.* 36,
cum
Syrupi Sacchari *P.* 2
antea mixtis.

Liquores filtrati misceantur in vase bene obturando, quod totum iis repleatur. A praecipitato deposito liquorem supernatantem decanthatione separa, et denuo reple vas
Aqua destillata,
cum
Syrupo Sacchari
mixta.

Vas sedulo agita, tum sepone per horas duodecim, decantha liquorem supernatantem, et itera edulcorationem et omnes has operationes, donec in liquore natri nec sulphurici nec carbonici vestigia reperiantur. Tunc exprime praecipitatum in linteo inclusum, syrupo simplici imbuto, et celeriter cum
Mellis crudi *P.* 3½
misce. quae in balneo vaporis calefactae sint.

Mixtum evaporet in eodem balneo ad *P.* 5¼, ut fiat massa pilularum, quae dimidiam Ferri carbonici oxydulati partem contineat. *Ph. Fenn., Suppl. Ph. Bor.*

Ph. Belg. Pil. pond. 15 Centigramm.

Pilulae Ferri compositae (Griffithii).

Pil. Ferri cum Myrrha. Pil. Myrrhae ferratae.

℞p. Kali carbonici,
Ferri sulphurici cryst. ana *P.* 2.

Pulveratae conterendo commisceantur, et per horam dimidiam seponantur. Tum admisce
Myrrhae pulv. *P.* 4,
Extracti Gentianae q. s.,
ut fiat massa pilularis, ex qua formentur pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici).

Ph. Belg. Loco Extr. Gent. sumatur Saccharum.

Pilulae Ferri jodati Blancardi.

Pilulae Protojodureti Ferri. Pil. Ferri Jodidi *Ph. Brit.*

℞p. Aquae destill. Gran. 60.
In mortarium porcellaneum ingestis adjice
Ferri pulv. Gran. 32,
Jodi Gran. 64,
et paulum agita, donec color fuscus evanuerit. Tum admisce
Sacchari albi Gran. 60,
Rad. Althaeae pulv. Gran. 40,
— Liquirit. pulv. Gran. 120
vel q. s.

M. f. l. a. pilulae centum, quas consperge Ferro pulverato vel reducto et loco tepido sicca. Pilulae siccatae Tinctura Balsami Tolutani irrorentur et siccentur.

Quaevis pilula continet 5 Centigrammata (⅘ Gran.) Ferri jodati.

Ph. Brit. Jodi 80, Ferri 40, Sacch. 70, Rd. Liquir 140, Aq. 50.

℞p. Jodi Decigramm. 41,
Ferri pulverati Gramm. 2,
Aquae dest. Gramm. 8.

In mortarium ingesta agita, donec color fuscus evanuerit. Tum admixtis
Mellis depurati Gramm. 5
leni calore calefac, donec massa evaporata Grammata 10 exaequet. Dein admisce
Rad. Althaeae pulv.
Gramm. 3,

Rad. Liquirit. pulv.
Gramm. 4,
vel q. s.,
ut fiat massa, ex qua formentur pilulae 100, Ferro reducto conspergendae, quae siccatae irrorentur liquore, parato e
Balsami Tolutani *P.* 3,
Colophonii opt. *P.* 1,
Spirit. V. anhydri *P.* 6,
Aetheris *P.* 3.
Quaevis pilula continet 5 Centigr. Ferri jodati. *(Ph. Belg.)*

Pilulae foetidae.

℞p. Galbani *P.* 25,
Acidi succinici,
Castorei Canad. āā *P.* 6,
Asae foetid. *P.* 50,
Mellis et Spir. V. q. s.
M. l. a. *Ph. Belg.*

Pilulae guajacinae

Ph. mil. Bor.

℞p. Resin. Guajaci *P.* 150,
Sapon. medic. *P.* 90,
Stib. sulph. aurant. *P.* 12,
Spirit. Vini q. s.
M. Fiant pilulae ponderis granorum duorum.

Pilulae gummosae.

Massa pil. gummosarum.

℞p. Asae foetid. *P.* 16,
Fuliginis splendentis,
Galbani āā *P.* 32.
Pulveratis admisce
Olei Succini rectf. *P.* 3.
Addendo Syrupo Sacchari fiat massa pilularis. *Ph. Dan., Norv.*

Pilulae Gutti aloëticae.

Pil. Gutti comp. Pil. Aloës cum Gutti. Pil. Cambogiae comp. *Ph. Brit.*

℞p. Gummi Arabici,
Gutti āā *P.* 2,
Galbani *P.* 3,
Aloës *P.* 5,
Olei Carvi *P.* 1,
Syrupi Sacchari q. s.
M. f. pilulae ponderis 3 Granorum *Ph. Suec.*

Ph. Brit. Gutti 1, Aloës 1, Sapon. 2, Pulv. aromat. 1, Syr. Sacch. q. s.

Pilulae Herbarum de Le Roi.

Leroi's Kräuterpillen.

℞p. Aloës *P.* 15,
Extracti Gentianae *P.* 40,
Rad. Rhei pulv. *P.* 30,
Fol. Sennae pulv. q. s.
M. f. pil. pond. 2½ Gran. Consperg. pulvere Rad. Liquiritiae.

Pilulae hydragogae Bontii.

℞p. Aloës,
Gutti,
Ammoniaci,
Rad. Althaeae āā *P.*,
Aceti Vini q. s.
Misce. Fiant pilulae ponderis 3 Decigrammatum (5 Granorum p. m. Norici).

Pilulae hydragogae Janini.

Massa pilularum Janini.

℞p. Foliorum Sennae *P.* 6,
Tartari depurati *P.* 1.
Coque cum
Aquae quantitate suff.
ad remanentiam *P.* 34.
Colaturae fervidae adde pulverem, mixtum ex
Agarici,
Scammonii,
Radicis Rhei āā *P.* 3,
— Bryoniae *P.* 6,
— Jalapae *P.* 12,
Aloës *P.* 6,
Colocynthid. praep.,
Gutti,
Calomelanos,
Tartari stibiati āā *P.* 1,
Ferri oxydati fusci,
Kali nitrici āā *P.* 4,
Hydrargyri sulphurati nigri *P.* 2.
Miscela evaporet inter agitationem ad consistentiam massae pilularis, ex qua formentur pilulae ponderis 12 Centigram-

matum (2 Granorum p. m. Norici), aut evaporet ad siccum, et residuum in pulverem redigatur, quem in lagenis obturatis asserves.

Pilulae hydragogae Heimii.

℞p. Gutti.
Fol. Digitalis pulv.,
Bulbi Scillae pulv.,
Stibii sulphurati aurant.,
Extr. Pimpinellae aa *P.* 24.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici), Radice Liquiritiae conspergendae. Sumantur aa 24 Grana et formentur pil. 60.

Pilulae hydragogae Schlesieri.

℞p. Olei Crotonis Guttas 2,
Extr. Colocynthidis,
Gutti aa Grana 10,
Rad. Althaeae pulv. q. s.

Fiant pilulae octo.

Pilulae Hydrargyri jodati.

℞p. Hydrarg. jodati flav.,
Rad. Zingiberis aa *P.* 1,
Conservae Rosarum *P.* 2.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant Gran. dimidium Hydrargyri jodati. *(Ph. Lond.)*

Ph. mil. Austr. Hydr. jod. flav. 15, Rd. Liquir. 60, Solut. Succi Liq. q. s. Quaevis pilula contineat ¼ Gran. Hydr. jod. Consp. Rd. Liquir. pulv.

Pilulae Hydrargyri Plenkii.

Pil. mercuriales gummosae.

℞p. Hydrargyri,
Gummi Arabici aa *P.* 1,
Mellis *P.* 4,
Rad. Althaeae pulv.,
Amyli aa *P.* 2.

Hydrargyrum terendo extinguatur. Fiant pilulae ponderis 15 Centigrammatum. *Ph. Belg.*

Pilulae hydrargyrosae (s. coeruleae Anglorum).

Pil. Hydrargyri. Pil. mercuriales *Ph. Brit., Belg. Blues Pills.*

℞p. Hydrargyri *P.* 2.
Contere cum
Conservae Rosar. *P.* 3,
donec Hydrargyrum extinctum sit. Tum admisce
Rad. (aut Succi) Liquiritiae pulv. *P.* 1,
vel quantum requiritur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Hydrargyri *Ph. Brit.*

Ph. Suec., Fenn. Quaevis pilula cont. ½ Gran. Hydrarg.

Ph. Belg. Hydrarg., Mellis aa 33, Flor. Rosar. pulv. 7, Sacch. 10, Rd. Liquir. 17.

Pilulae hydrargyrosae *Ph. Gall. Pilules mercuriales.* Pil. mercuriales Bellostii. Pil. Hydrargyri comp

℞p. Hydrargyri *P.* 24.
Extinguantur terendo cum
Mellis crudi q. s.
Tum admisce
Aloës *P.* 24,
Radicis Rhei *P.* 12,
Scammonii *P.* 8,
Piperis nigri *P.* 4,
Mellis q. s.,
ut fiat massa, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata Hydrargyri. *Ph. Belg.*

Pilulae ex Hydrargyro bichlorato corrosivo

Ph. milit. Boruss.

℞p. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 10,
Opii pulverati *P.* 5,
Rad. Liquiritiae *P.* 80,
Succi Liquirit. *P.* 120.
Exacte mixtis et pulveratis adde
Aquae destill. q. s.,
ut fiat massa, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 6 Milligrammata ($\frac{1}{10}$ Grani p. m. Boruss. aut Norici) Hydrargyri bichlorati corrosivi. — Vicenae pilulae continent 12½ Centigrammata (2 Grana p. m. Boruss.) Hydrargyri bichlorati corrosivi.

Pilulae ad Hydropicos
Ph. Dan.

Rp. Saponis medicati *P.* 6,
Olei Juniperi *P.* 2,
Rad. Vincetoxici,
Bulbi Scillae,
Stibii sulph. aurant.,
Calomelanos āā *P.* 1.
M. l. a., ut fiat massa.

Pilulae Jalapae.
Pilulae purgantes.

Rp. Saponis jalapini *P.* 3,
Rad. Jalapae pulv. *P.* 1.
Misce, ut fiat massa pilularis, ex qua formentur pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m.). Pilulae Lycopodio conspergantur. *Ph. Bor. vet., Bav., Sl. H., Belg., Germ.* *Dosis:* adulto pil. 8.

Pilulae Jalapae compositae.

Rp. Aloës,
Resinae Jalapae,
Saponis medicati,
Radicis Jalapae,
— Althaeae āā *P.*
Pulveratis admisce
Aquae destill. q. s.,
ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 18 Centigrammatum (3 Granorum p. m. Norici). *Dosis:* adulto pil. 8—10.

Pilulae imperiales.
Kaiserpillen.

Rp. Aloës,
Radicis Rhei āā *P.* 5,
Extr. Colocynthidis,
Extr. Rhei āā *P.* 2,
Resinae Jalapae,
Saponis medicati,
Rad. Althaeae āā *P.* 1,
Aquae destillatae q. s.
Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). Hoc praeceptum sequenti praeferendum est.

Rp. Calomelanos,
Rad. Jalapae āā *P.* 24,
Extracti Aloës *P.* 16,
Colocynthidis pulv. *P.* 10,
Resinae Jalapae *P.* 4.
M. f. pilulae. Massa ponderis 48 Granorum praebeat pilulas 30. Pilulae 15 in scatulam dentur.

Pilulae contra incontinentiam urinae.

Rp. Chinini sulphurici,
Ferri sequichlorati soluti āā *P.* 30,
Extracti Sem. Strychni spirituosi *P.* 10,
Aloës *P.* 5,
Extracti Gentianae *P.* 30,
Rad. Gentianae pulv. q. s.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant 15 Milligramm. ($\frac{1}{5}$ Gran.) Extracti Strychni. *Dosis:* quotidie ter pilula, paulatim numerum augendo.

Pilulae Ipecacuanhae opiatae.

Rp. Pulveris Doveri q. v.,
Conservae Rosarum q. s.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant 2 Gran. Pulveris Doveri. *(Ph Edinb.)*

Pilulae laxantes
Ph. Hamb.
Pilulae purgantes. *(Ad us. mercat.)*

Rp. Aloës *P.* 8,
Rad. Jalapae *P.* 12,
Saponis medicati *P.* 4,
Sem. Anisi *P.* 2.
Pulveratis admisce
Aquae q. s.,
ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis 24—25 Centigrammatum (4 Granorum p. m. Norici).
Dosis: adulto 8—10.
Ph. Sax. Sap. jalap. et Extr. Aloës āā.

Pilulae purgantes cum Hydrargyro *Ph. Hamb.*
Pilulae mercuriales. Pil. e Resina Jalapae s. purgantes *Ph. Hann., Hass.* Pil. mercuriales laxantes *Ph. Bad.*

Rp. Extracti Rhei comp.,
Resinae Jalapae,
Calomelanos,

Saponis medicati aa *P.*

Misce. Fiant pilulae ponderis 6 Centigrammatum (1 Grani p. m. Norici).
Dosis: 10—12 adulto.

Ph. Sl. H. Sap. jalap. 8, Calomel. 1, Tinct. C. Aur. q. s. Pil. pond. 2 Gran.

Ph. Bad. Calomel., Res. Jalap., Extr. Aloës, Sapon. med. aa. Pil. pond. 2 Gran.

Ph Dan. Res. Jalap. 1, Calomel. 4, Extr. Rhei comp. 8, Ol. c. Aurant. ⅓.

Ph. Hass. Sap. jalap. 8, Calomel. 1, Tinct. cort. Aurant. q. s. Pilulae pond. 2 Gran.

Pilulae laxantes
ad us. mercatorium.

Rp. Aloës *P.* 10,
Resinae Jalapae,
Saponis medicati,
Radicis Jalapae,
Radicis Rhei aa *P.* 5.
Pulveratis admisce
Aquae destill. q. s,
ut fiat massa, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Aloës.
Dosis: adulto 10—12.

Pilulae laxantes
Leonhardi.

Rp. Extracti Aloës *P.* 8,
Extr. Rhei comp. *P.* 4,
Extr. Myrrhae *P.* 2,
Ferri oxydati fusci *P.* 1.
M. f. pilulae ponderis Granorum duorum, non conspergendae.

Pilulae laxantes majores.

Rp. Aloës,
Calomelanos, aa *P.* 6,
Resinae Jalapae,
Rad. Jalapae aa *P.* 8,
— Althaeae *P.* 3,
Aquae destill. q. s.
Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Calomelanos. *Dosis* pro adulto 2—3.

Pilulae laxantes parvae.

Rp. Aloës *P.* 10,
Resinae Jalapae *P.* 1,
Radicis Jalapae,
— Rhei aa *P.* 5,
Calomelanos *P.* 4,
Radicis Althaeae *P.* 1.
Pulveratis et mixtis adde
Aquae destill. *P.* 4,
vel quantum requiritur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae, quarum singulae contineant 15 Milligrammata (¼ Grani p. m. Norici) Calomelanos. *Dosis* adulto 10.

Pilulae laxantes
Tittmanni.

Rp. Pilul. laxant. *Ph. Hamb.*
Conspergantur Cinnabari praep.

Pilulae magneticae.
Pilulae galvano-magneticae.

Rp. Resinae Pini Burg.,
Ferri pulverati,
Flor. Chamomill. pulv. aa *P.* 3,
Camphorae *P.* 1.
Misceantur leni calore. Fiant pilulae ponderis Granorum duorum, Argento foliato obducendae.

Usus. Pilula lanae paulo gossipinae involuta in meatum auditorium ingeritur.

Rp. Asae foetidae pulv.,
Ferri pulverati aa *P.* 6,
Saponis medicati *P.* 1,
Rad. Pyrethri pulv. *P.* 2.
M. f. pilulae pond. Gran. 2, Argento foliato obducendae.

Pilulae majores.
Formul. mag. Berol. in us. paup.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 6,
Boli albae *P.* 180,
Aquae q. s.
Misce. Fiant pilulae, Radice Liquiritiae conspergendae, quarum singulae contineant 3 Milligrammata ($\frac{1}{20}$ Grani) Hydrargyri bichlorati corrosivi. — Pilulae 20 con-

tineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m.) ejusdem salis.

Pilulae majores Hoffmanni.

Pilulae Hydrargyri bichlorati corrosivi *Ph. Hamb., Fenn.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corros. *P.* 15.

Pauxillo Aetheris triturando solvantur, tunc cito et exactissime admisceantur

Sacchari albi *P.* 60,

denique

Micae Panis albi recent. *P.* 120—130.

Fiant l. a. pilulae, quarum octonae contineant 6 (sex) Centigrammata (1 Gran. p. m. Norici) Hydrargyri bichlorati corrosivi. — Pilula unaquaeque contineat 8 Milligrammata ($\frac{1}{8}$ Grani) ejusdem salis. *Ph. Hb., (Sl. H., Hann.)*

Ph. Norv. Hydr. bichlor. 1, Micae et Sacch. āā 10.

Ph. Suec. Hydr. bichl., Ammonii muriat. āā 1, Sacch. 1, Rd. Alth. 6.

Ph. Fenn. Hydr. bichl., Amm. mur. āā Grana 20, Aq. dest. q. s., Sacch. Grana 20, Panis tritici pulv. Grana 120. Fiant pil. 160.

Pilulae Meglini.

Pilules de Méglin.

Rp. Extracti Hyoscyami,
— Valerianae,
Zinci oxydati āā *P.*,
Rad. Althaeae pulv. q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m.) Extracti Hyoscyami. *Ph. Gall.*

Ph. Belg. Pil. = 15 Centigramm.

Pilulae mercuriales Dzondii.

Rp. Hydrarg. bichlorati corros. *P.* 12,
Aquae destill. q. s.,
Micae Panis albi,
Sacchari āā q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant $\frac{1}{20}$ Gran. (3 Milligramm.) Hydrargyri bichlorati.

Pilulae mercuriales Hufelandi.

Parentur aequali modo, atque Pilulae majores Hoffmanni, tamen eo discrimine, ut pilulae 180 (centenae octogenae) contineant 3 (terna) Decigrammata (5 Grana) Hydrargyri bichlorati corrosivi.

Pilulae minores Hoffmanni.

Rp. Calomelanos,
Micae Panis albi āā.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant 1 Granum (6 Centigramm.) Calomelanos. Consp. Lycopodio.

Pilulae mirabiles Lucassii.

Lucas'sche Wunderpillen.

Rp. Olei empyreumatici e ligno fossili *P.* 8,
Cerae flavae liquatae *P.* 4.

Mixtis adde

Stibii sulphurati nigri laevigati *P.* 8,
Olibani *P.* 2,
Stipit. Dulcamarae q. s.,

ut fiant pilulae, quarum singulae contineant 4 Centigrammata ($\frac{2}{3}$ Grani p. m. Norici) Olei empyreumatici.

Pilulae Morisonis.

Morison'sche Pillen.

I.

Rp. Aloës *P.* 50,
Gutti *P.* 20,
Scammonii *P.* 10,
Resinae Jalapae,
Radicis Jalapae,
— Althaeae āā *P.* 50,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae Tartaro depurato conspergendae, quarum singulae contineant 3 Centigrammata ($\frac{1}{2}$ Granum p. m. Norici) Aloës.

Rp. Aloës 2 Gramm., Gutti, Extr. Rhamni cathart., Tart. dep. āā 1 Gramm., Syrupi et Pulv. Alth. q. s. Pilulae 40 *(Bouchardat).*

II.

Rp. Gutti *P.* 10,

Aloës *P.* 100,
Tartari dep. *P.* 60,
Rad. Althaeae *P.* 50,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum) Aloës. Conspergantur mixtione e Tartari depurati *P.* 3 et Rad. Curcumae pulv. *P.* 1 parata.

Rp. Aloës, Gutti, Extr. Rhamni cath., Tart. dep āā 1 Gramm., Syrupi et Pulv. Alth. q. s. Pilulae 40 *(Bouchardat)*.

Ph. Belg. Pilulae Morison. Aloës, Resin Jalap., Extr. Colocynth., Gutti āā 1 Gramm, Rd. Rhei, Myrrh. āā 2 Gramm. Fiant pil. 50.

Pilulae Mudaris

(Casanovae).

Rp. Corticis rad. Mudaris (Asclepiadis giganteae, plantae Indiae orient.) q. v.
Mellis depurati q. s.

Misce, fiant pilulae ponderis 25 Centigrammatum (4 Granorum p. m. Norici).

Pilulae narcoticae.

Rp. Extracti Conii *P.* 30,
Rd. Belladonn. *P.* 1.

M. *Ph. Dan. vet.*

Pilulae Nicotianae.

Rp. Extracti Tabaci *P.* 1,
Succi Liquirit. *P.* 8,
Aceti scillitici q. s.

M. f pilulae, quarum singulae contineant ⅓ Gran. Extracti Tabaci. *Ph. Suec.*

Pilulae nobiles

Jesuitarum Pragensium.

Rp. Agarici,
Colocynthidis praep.,
Radicis Rhei,
Foliorum Sennae,
Cassiae cinnamomeae,
Pulveris aromatici,
Aloës āā *P*, 4,
Mastiches,
Caryophyllorum,
Myrrhae āā *P.* 2.

M f pilulae ponderis Grani 1. Conspergantur Radice Iridis Florentinae pulverata.

Pilulae contra obstructiones Halenses.

Rp. Extr. Rhei comp. *P.* 240,
Aloës *P.* 120,
Ferri pulv. *P.* 60.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 12 Centigrammata (2 Grana p. m. Norici) Extracti Rhei compositi.

Pil. laxativae s. c. obstruct. Hufelandi.

Rp. Fellis Tauri inspiss.,
Saponis medicati,
Extracti Taraxaci,
Radicis Rhei āā *P.*

M. f. pilulae ponderis 2 Gran. Conspergantur Cassia cinnamomea pulverata.

Pilulae odontalgicae.

Zahnpillen.

Rp. Extracti Belladonnae,
— Hyoscyami,
Opii puri āā *P.* 10,
Olei Caryophyllor. *P.* 15,
Radicis Pyrethri *P.* 30,

vel quantum requiritur ad massam pilularem parandam, ex qua formentur pilulae ponderis 6 Centigrammatum (1 Grani p. m. Norici). Pilulae Caryophyllis pulveratis conspersae in lagenis vitreis obturatis asserventur. *Ph. Bor. vet., Hb., Sl. II., Hass.*

Rp. Opii puri *P.* 8,
Rad. Belladonnae,
— Pyrethri āā *P.* 5,
Olei Origani,
— Caryophyll. āā *P.* 1,
Cerae flavae *P.* 3.

M. f. pilulae ut supra, Caryophyllis pulveratis conspergendae.

Usus. Pilula denti cavo dolenti imprimitur.

Pilulae opiatae.

Pilulae Opii. Pil. Opii anodynae. Massa pilularum anodynarum.

Rp. Opii pulv. *P.* 1,
Succi Liquiritiae *P.* 4.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant ½ Gran. Opii. *Ph. Hann.*

Ph. Brit. Opii 1, Sapon. pulv. 4, Aq. dest. q. s.

Pilulae otalgicae
Pinteri.

Pinter's Ohrenpillen.

Rp. Camphorae pulveratae *P.* 10,
Cerae *P.* 30,
Emplastri fusci *P.* 60.

Colliquentur. Refrigeratae fiant pilulae ponderis Gran. trium, inter lanam gossypinam dispensandae. In meatum auditorium pilula una ingeratur.

Pilulae Paulliniae.

Parentur l. a. Pilulae singulae contineant.
Extracti Pastae Guaranae
6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici).

Nota. **Extractum Pastae Guaranae** paretur e Pasta Guaranae pulverata uti Extractum Chenopodii Vulvariae. Cf. Pag. 193.

Pilulae purgantes
fortiores Ph. paup.

Pil. e Resina Jalapae s. purgantes s. merculiales *Ph. Hann.*

Rp. Saponis jalapini *P.* 3,
Calomelanos *P.* 1,
Rad. Althaeae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 15 Milligrammata (¼ Grani p. m. Norici) Calomelanos.

Pilulae purgantes
(Frankii) *Ph. Belg.*

Rp. Aloës *P.* 2,
Radicis Rhei *P.* 1,
Syrupi Cort. Aurant. q. s.

M. f. pilulae ponderis 10 Centigramm., foliis argenteis obducendae.

Pilulae purgantes
Haenii.

Rp. Extracti catholici *P.* 2,
Resinae Jalapae,
Saponis medicati,
Scammonii āā *P.* 1.

M. Fiat massa pilularis. *Ph. Belg.*

Pilulae purgantes
mites Ph. paup.

Rp. Fol. Sennae pulv. q. v.,
Extracti Taraxaci q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 12 Centigrammata (2 Grana p. m. Norici) Foliorum Sennae.

Pilulae resolventes.

Rp. Ammoniaci,
Saponis Hispanici,
Extracti Conii āā *P.*

M. *Ph. Norv., Dan. vet.*

Pilulae resolventes cum Aloë.

Rp. Massae pilul. resolventium *P.* 6,
Extracti Aloës *P.* 1.

M. *Ph. Dan. vet.*

Pilulae resolventes cum Rheo.

Rp. Massae pilul. resolventium *P.* 6.
Radicis Rhei *P.* 1.

M.

Pilulae resolventes
Schmuckeri.

Massa pil. resolventium Schmuckeri.

Rp. Sagapeni,
Saponis medicati,
Galbani āā *P.* 30,
Radicis Rhei *P.* 36,
Tartari stibiati *P.* 1,
Succi Liquiritiae *P.* 30.

M. f. pilulae ponderis Granorum 5.

Ph. Hann. 30, 30, 30, 45, 8, 30, Aq. dest. q. s.

Pilulae Rhei.

Pilulae solventes *Ph. mil. Austr.*

Rp. Radicis Rhei *P.* 3,
Saponis medicati *P.* 1,
Aquae destill. q. s.

M. f. pilulae ponderis Granorum 4. *Ph. Americ.*

Ph. mil. Austr. Sapon. med. 1, Rd.

Rhei 2, Kali sulphurici, Extr. Tarax. aa 3. Pil. = 3 Gran. Consp. Rd. Liquir. plv.

Pilulae Rhei compositae.

Pilulae Aloës cum Rheo.

Rp. Radicis Rhei *P.* 24,
Aloës socotorin. *P.* 18,
Myrrhae *P.* 12,
Saponis medicati *P.* 12,
Olei Menthae pip. *P.* 1½v,
Syrupi communis *P.* 32.

M. *Ph. Brit.*

Ph. Norv. Extr. Rhei 16, Aloës 5, Sapon. jalap. 8.

Ph. mil. Dan. Extr. Aloës, Rd. Rhei aa Drachm. 2, Rd. Ipecac. Drachm. 1. Fiant pil. 120.

Pilulae Saifferti.

Rp. Extracti Gentianae *P.* 4,
Fellis Tauri inspiss. *P.* 3,
Scammonii *P.* 2,
Rad. Althaeae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 4 Centigrammata (⅔ Grani p. m. Norici) Scammonii.

Pilulae saponaceae Haenii.

Rp. Ammoniaci,
Natri acetici,
Massae pilul. Rufii aa *P.* 1,
Saponis medicati *P.* 2,
Syrupi Sacchari q. s.

M. f. pilulae ponderis Centigrammat. 25.

Ph. Belg. et *Ph. Gandavensis* praecipiunt loco Natri acetici Kali aceticum.

Pilulae saponatae.

Pilules de Savon.

Rp. Saponis medicati *P.* 120,
Rad. Althaeae *P.* 20,
Kali nitrici *P.* 5.
Aquae q. s.

Miscel. a. Fiant pilulae ponderis 25—30 Centigrammatum (4—5 Granorum). Amylo conspergantur. *(Ph. Gall.)*

Ph. Suec. Saponis 2, Extr. Betul. fol. 1. Pil. = 3 Gran.

Pilulae scilliticae.

Pilulae Scillae comp. Massa pilularum scilliticarum.

Rp. Rad. Zingiberis *P.* 3,
Bulbi Scillae *P.* 1,
Saponis medicati aa *P.* 3,
G. Ammoniaci *P.* 2,
Mucil G. Arabici q. s.

Misce, fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum. (2 Granorum p. m. Norici). *Ph. Sl. H., Hann.*

Ph. Dan. Ammoniaci 4, Sapon. 8, Bulbi Scillae, Rd. Vincetonici aa 4, Bals. Copaiv. 1.

Ph. Norv. Bulbi Scill., Ammoniaci, Zingib. aa 4, Sapon. 8, Bals. Copaiv. 1.

Ph. Belg. Rd. Scillae 1, Ammoniaci 2, Sapon. 4.

Ph. Brit Scill. 10, Zing. 8, Ammoniaci 8, Sapon. 8, Syr. comm. 16 vel q. s.

Pilulae solventes Heimii.

Rp. Galbani *P.* 12,
Stibii sulph. aurant.,
Rad. Ipecacuanhae,
Bulbi Scillae aa *P.* 1,
Extr. Pimpinellae *P.* 6,
Rad. Liquiritiae q. s.

M. f. pilulae ponderis Granorum 2. Conspergantur Radice Iridis Florentinae pulverata.

Pilulae sopientes Clinici. (Berolin.)

Rp. Extr. Hyoscyami,
Opii aa *P.*
Radicis Althaeae q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant Opii Gran. ¼. *Signa:* Pilula vespere.

Pilulae Speedimanni.

Rp. Extracti Chamomill.,
Radicis. Rhei,
Myrrhae,
Aloës aa *P.* 5,
Olei Chamom. aeth. *P.* 1.

M. f. pil. ponderis Gran. 3.

Pilulae Strahlii.

Strahl'sche Pillen.

I.

Rp. Extr. Rhei simpl. *P.* 120,
— Rhei comp. *P.* 40,
— Nuc. vomic. spir. *P.* 5,
Rad. Rhei *P.* 80,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Extracti Rhei simplicis.

II.

Rp. Extr. Rhei comp *P.* 120,
— Aloës *P.* 60,
Nuc. vomic. spirit. *P.* 5,
Rad. Rhei *P.* 60,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae, quarum singulae contineant 6 Centigrammata (1 Granum p. m. Norici) Extracti Rhei compositi. Cassia cinnamomea pulverata conspergantur.

III.

Rp. Extr. Rhei comp. *P.* 120,
— Aloës *P.* 40,
Scammonii,
Florum Zinci āā *P.* 10,
Rad. Ipecacuanhae,
Olei Anisi aeth. āā *P.* 4,
Aquae q. s.

Misce. Fiant pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum p. m. Norici). Cassia cinnamomea pulverata conspergantur.

Pilulae tonicae Bacheri.

Pilulae Hellebori nigri comp. *Pilules toniques de Bacher.*

Rp. Extr. Hellebori nigri,
— Myrrhae āā *P.* 60,
Hb. Cardui bened. *P.* 30.

Misce. Fiant pilulae ponderis 25 Centigrammatum (4 Granorum p. m. Norici). *Ph. Gall.*

Ph. Belg. āā 421, et 158. Pil. = 5 Centigramm.

Pilulae tonicae

Moscoviticae.

Pilulae stomachicae Moscoviticae. Russische Magenpillen.

Rp. Extracti Colombo,
Extracti Gentianae,
— Quassiae,
Pulveris aromatici,
Fellis Tauri insp. āā *P.*
Rad. Gentianae q. s.

M. f. pilulae ponderis Granorum trium.

Pilulae tonico-nervinae.

Rp. Ferri sulphurici cryst.,
Asae foetidae,
Extr. Cardui bened. āā *P.*

M. *Ph. Norv.*

Pilulae Urbani.

Urbanuspillen.

Rp. Seminis Anethi,
— Amomi,
— Anisi,
Rad Zedoariae,
Macidis,
Nucis moschatae,
Caryophyllorum,
Cubebarum āā *P.* 3,
Rad. Rhei *P.* 24,
Aloës *P.* 72,
Fol. Sennae *P.* 24,
Mannae depuratae *P.* 32.

M. l. a., ut fiant pilulae ponderis Gran. duorum. Dosis 1, 2, 3 pil.

Pilulae Vitae.

Pilulae Sanitatis. *Grains de vie* ou *de santé.*

Rp. Aloës,
Radicis Rhei,
Pulveris aromatici,
Myrrhae āā *P.* 4,
Croci *P.* 1,
Extr. Absinthii *P.* 6,
Florum Rosarum q. s.

M. f. pilulae ponderis granorum duorum, quae interdum Argento foliato obductae in promptu habentur.

Pilulae Wurtzeri.

Rp. Acidi phosphorici glacialis *P.* 4,

Camphorae *P.* 1,
Cort. Chinae reg. pulv. *P.* 4,
Extr. Cascarillae q. s.

M. f. pilulae pond. 12 Centigr. (2 Gran.). Contra spermatorrhoeam. *Dosis:* quoque die ter pilulae quinque.

Piperinum.

$C^{34}H^{10}NO^{6}$.

℞p. Piperis albi *P.* 100.
Grosse pulveratis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 600.
Digere per 20 horas, tum exprimendo cola. Residuo affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 400,
digere et cola. Tincturae commixtae filtratae destillando evaporent. Residuo resinoideo affunde
Aquae destill. *P.* 25,
in quibus soluta est
Kali caustici sicci *P.* 1/2.
Calefac usque ad lenem ebullitionem. Tum massa aqua frigida eluatur et digerendo solvatur in
Spirit. V. rectfss. *P.* 12—15.
Admixta
Carbon. animal. dep. *P.* 1/2,
digere per horas aliquot, tum filtra fluidum adhuc calidum, filtrum pauxillo Spiritus Vini rectificatissimi eluendo, et sepone loco temperaturae mediae (+15—20° Cels.), ut Piperinum evaporatione lenta spontanea in crystalla coëat. Crystalla solvendo in Spiritus Vini rectificatissimi calidi justa quantitate et seponendo eodem modo iterum in crystalla coge. Effic. 2½—3. Sint crystalla alba vel flavescentia, odoris, atque etiam saporis fere expertia.

Piperoïdum.

Zingiberinum. Extractum Zingiberis.

Paretur e Radice Zingiberis grosse pulverata uti Extractum Cinae aethereum, tamen eo discrimine, ut tinctura ad siccum evaporet.

Pisa ad fonticulos irritantia.

Fontanellerbsen. Eitererbsen.

℞p. Rad. Iridis Florent.,
ex qua tornando fiant globuli magnitudinis pisi, qui mixtione calida, parata colliquando et evaporando e
Cerae flavae *P.* 5,
Tinct. Cantharidum *P.* 1,
per horae quadrantem calore balnei vaporis irrorentur.
Ph. Hb. Semina Pisi sativi sicca.

Pisa irritantia
Wislini.

℞p. Pomor. Aurantior. immat., magnitudinis pisi parvi, q. v.
Macera per aliquot dies in Tinctura Mezerei, dein sicca.

Platino-Kalium cyanatum.

KaCy,PtCy+3HO. Cyanuretum Platino-Kalii. Kaliumplatincyanür.

℞p. Platini bichlorati sicci *P.* 17.
In lebetem porcellaneum immissis et calore modico liquatis, tum contritis adde
Kalii cyanati fusi *P.* 30,
antea solutas in
Aquae destill. *P.* 90.
Digere per horam dimidiam et saepe inde agita; tum liquor leni calore circiter ad volumen dimidium evaporet et seponendo in crystalla cogatur. Crystalla aciformia, premendo inter chartam bibulam siccata, serventur. Lixivium ultimum reponatur.

Platinum bichloratum.

$PtCl^{2}(+2HO)$ Platinum chloridatum s. muriaticum.

℞p. Platini puri divisi *P.* 2.
In cucurbitam immissis affunde mistionis sufficientem quantitatem, paratae ex
Acidi nitrici puri *P.* 5,
Acidi hydrochlorici puri *P.* 12.
Coquendo solve. Solutio leni calore ad siccum evaporet. Sal residuum siccum in lagenis vitreis obturatis serva. Effic. circiter *P.* 4. Sit sal e fuscescenti luteum.

Platinum bichloratum cum Natrio chlorato.

Platinum muriaticum natronatum. Platino-Natrium chloratum.

℞p. Platini bichlorati sicci,
Natrii chlorati dep. āā *P.*
Mixtae et contritae Aqua destillata hu-

mectentur, ac leni calore inter agitationem exsiccentur. Serva sal in pulverem contritum in lagenulis obturatis.

Reagens.

Platino-Natrium bichloratum.
$NaCl,PtCl^2+6HO$.

Rp. Platini bichlorati *P.* 20,
Natrii chlorati dep. sicci *P.* 6,
Aquae destill. q. s.

Solutae lege artis in crystalla redigantur, quae in lagenis obturatis serventur.

Platinum bijodatum.

PtJ^2. Platinum jodatum.

Rp. Kalii jodati *P.* 36,
Kali bicarbonici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 40.
Liquori filtrato instilla
Platini bichlorati *P.* 18,
in Aqua destillata solutas. Mixtura digeratur calore balnei vaporis per horam, dein loco frigido seponatur. Sedimentum exortum tunc separa, aqua ablue et loco tepido siccatum serva in lagenis obturatis.

Platinum divisum.

Rp. Platini bichlorati,
Aquae destill. aa *P.* 10.
Mixtis instilla solutionem concentratam
Ammonii chlorati,
quamdiu praecipitatum exoritur, quod filtrando separatum et siccatum in crucibulo porcellaneo fortiter excandescat.

Platinum praecipitatum nigrum.

Pt. Platinmohr.

Rp. Platini bichlorati *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 40.
Tum admisce
Ferri sulphurici cryst. *P.* 3,
solutas in
Aquae destill. *P.* 12.
Mixtis instilla
Liquoris Natri caustici
(pond. spec. 1,3) *P.* 2,
et agita. Dein instilla
Acidi hydrochlorici *P.* 3.
Sedimentum in filtro collige, primum aqua, cui Acidi hydrochlorici paulum admixtum est, tum aqua pura ablue et sicca.

Plumbum aceticum purum.

$PbO,\overline{A}+3HO$.

Rp. Plumbi acetici venalis *P.* 10,
Aquae destillatae *P.* 14,
Aceti concentrati *P.* ½.
In cucurbitam immissae calefiant, ut fiat solutio, quae adhuc calida filtrata in patinam porcellaneam infundatur et per aliquot dies seponatur. Liquor dein a crystallis defusus evaporando ad volumen dimidium seponendoque in crystalla cogatur. Crystalla omnia collecta, calore non adhibito, siccentur.

Plumbum carbonicum.

PbO,CO^2.

Rp. Plumbi acetici *P.* 4.
Solve in
Aquae destill. *P.* 40,
Aceti concentr. *P.* 1.
Liquori filtrato inter agitationem instilla solutionem filtratam, paratam e
Natri carbonici cryst. *P.* 3
et Aquae destill. *P.* 30
vel tantum hujus solutionis, quantum ad praecipitationem perfectam requiritur. Praecipitatum aqua destillata elotum loco tepido siccetur.

Plumbum chloratum.

PbCl. Plumbum muriaticum.

Rp. Aceti plumbici,
Aquae destillatae aa *P.*
Mixtis inter agitationem instilla
Acidi hydrochlorici puri,
quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod paulo Aquae destillatae ablutum leni calore sicca.

Plumbum hyperoxydatum fuscum.

PbO^2

Rp. Minii puri *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 12,
Acidi nitrici puri *P.* 5.
In cucurbitam ingestas digere leni calore per 24 horas et saepius agita. Fluido defuso, sedimentum saepius Aqua destillata calida conquassando et decanthando

eluatur, et leni calore siccetur. Effic. circiter *P.* 2½.

Plumbum jodatum.

PbJ.

Rp. Kalii jodati *P.* 8.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 80.
Liquori paulatim instilletur solutio filtrata, parata e
Plumbi acet. cryst. *P.* 10
(vel Plumbi nitrici *P.* 8½),
Aquae destill. *P.* 100,
quamdiu praecipitatum citrinum obtinebitur. Praecipitatum aqua frigida ablutum loco umbroso sicca et serva. Effic. *P.* 10—11. Sit pulvis citrinus, in Liquore Kali caustico plane solubilis.

Plumbum nitricum.

PbO,NO⁵.

Rp. Lithargyri optimi *P.* 14.
In lagenam immissis affunde
Aquae destill.,
Acidi nitrici puri āā *P.* 25.
Digere leni calore et saepius agita. Tum, si opus est, instilla
Acidi nitrici q. s.,
donec liquor acidulus sit. Liquorem adhuc calidum filtra et l. a. in crystalla coge. Effic. circiter *P.* 14.

Nota. Liquorem in paratione Plumbi hyperoxydati obtentum et filtratum l. a. in crystalla redigere potes.

Plumbum nitricum fusum.

Rp. Plumbi nitrici triti q. l.
Leni calore liquatum effunde in modulum ferreum canaliculatum, parce sebo illitum.

Plumbum oxalicum.

PbO,$\overline{O}$x.

Rp. Plumbi acetici *P.* 3.
Solve in
Aquae destill. *P.* 10 et
Aceti puri *P.* 1.
Liquori filtrato instilla inter agitationem
Acidi oxalici *P.* 1,
solutam in
Aquae destill *P.* 20.
Sepone per aliquot horas, tum praecipitatum collige, ablue, sicca leni calore et serva.

Plumbum tannicum purum.

3PO,$\overline{Qt}$+3HO.

Rp. Aceti plumbici *P.* 30.
Instilla paulatim inter agitationem liquorem frigidum, paratum ex
Acidi tannici *P* 9 et
Aquae destill. *P.* 180,
quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod elotum et lenissimo calore (30⁰ C.) siccatum asserva. Sit pulvis e flavido cinereus.

Plumbum tannicum humidum.

Plumbum tannicum pultiforme. Plumbum tannicum *Ph. Hamb.*, *Hass.* Plumbum tannicum cum Alcohole *Ph. Bav.*, *Wrtb.* Quercitannas plumbicus *Ph. Fenn.* Ungt. quercinum *Ph. Dan.* Cataplasma s. Linimentum s. Unguentum ad decubitum (Autenriethii).

Rp. Corticis Quercus conc. *P.* 16,
Aquae *P.* 128.
Coque per horae quadrantem, tum cola. Colaturae paulatim instilla
Aceti plumbici *P.* 8,
vel q. s., quamdiu praecipitatum demittitur. Praecipitatum ope filtri separatum, ponderis circiter *P.* 24, humidum adhuc forma linimenti spissioris in ollam ingere et commisce cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 2.
Ne paretur nisi ad dispensationem. *(Ph. Bor. vet., Hb., Hann., Hass., Sl. H., Germ.)*

Plumbum tannicum *Ph. Bav., Wrtb., Fenn., Dan., Helv.* est idem praeparatum sine Spiritu Vini.

Plumbum tannicum siccum.

Rp. Plumbi tannici humidi q. v.
Leni calore exsiccetur et in pulverem subtiliorem redigatur. Serva in lagena vitrea obturata.

Potio aluminosa contra tussim convulsivam.

Tropfen gegen Keuchhusten.

Rp. Aluminis *P.* 2,

Extr. Conii macul. *P.* 1.
Solve in
Aquae Foeniculi *P.* 120,
Syrupi Rhoeados *P.* 12.
Signa: Quarta sextave quaque hora 15 guttae dentur.

Potio Ammoni benzoici Taylori.

Rp. Ammoni benzoici *P.* 3,
Spirit. nitrico-aeth. *P.* 10,
Syrupi Bals. Tolut. *P.* 160,
Mixturae camphorat. *P.* 320.
M. Contra albuminuriam puerorum laudatur.

Potio anticholerica.

(De Lovignac.)
Choleratrank.

Rp. Chinini sulphurici *P.* 2,
Ferri jodati *P.* 1,
Syrupi gummosi *P.* 30,
Aquae destill. *P.* 100.
Misce et agita.
Signa: Impetus Cholerae Asiaticae quum accedit, duo cochlearia sumantur, postea singulis horis singula cochlearia. Excretiones ubi cessare incipiunt et calor in corpus redit, caput glacie in linteo compressa tegitur et aegroto aqua frigida porrigitur.

Potio Chopartii.

Mixtura antigonorrhoica Chopartii. Potio Copaivae spirituosa.

Rp. Balsami Copaivae,
Spiritus V. rectfss.,
Syrupi flor. Aurantii,
Aquae Menth. p. aa *P.* 60,
— flor. Aurantii *P.* 20,
Spirit. nitrico-aeth. *P.* 3.
M.
Ph. Belg. aa 57, et 15 et 7.

Potio Chopartii modificata.

Rp. Balsami Copaivae *P.* 60,
Gummi Arab. *P.* 15,
Aquae piceae *P.* 180.
Misce l. a., ut fiat emulsio, cui adde
Syrupi Picis *P.* 60,
Spirit. nitrico-aeth. *P.* 8.

Potio cordialis.

Potion anti-spasmodique.

Rp. Vini rubri *P.* 125,
Syrupi Sacchari *P.* 25,
Tinct. Cinnamomi *P.* 10.
M.

Potio emetica simplex

Clinici. (Berolin.)

Rp. Tartari stibiati *P.* 6,
Aquae destill. *P.* 960,
Syrupi Althaeae *P.* 240.
M. D. Loco partium dentur Grana.

Potio Fravegii.

Rp. Magnes. sulphuric. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 24,
Tartari stibiati $^1/_{320}$.
M. et solve.

Potio laxativa

Clinici. (Berolin.)

Rp. Natri sulphurici *P.* 8,
Aloës *P.* $^1/_{10}$,
Extr. Hyoscyami *P.* $^1/_{60}$,
Aquae Foeniculi *P.* 48.
M. et solve. Loco partium dentur Drachmae.

Potio laxativa Sydenhami.

Rp. Folior. Sennae *P.* 2,
Rad. Rhei inc. *P.* 6.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 250.
In colatura solve
Pulpae Tamarind. *P.* 15,
Mannae,
Mellis rosati aa *P.* 30,
et denuo cola.

Potio laxativa

Zimmermanni.

Rp. Rad. Rhei inc. *P.* 4,
Tartari depurati,
Seminis Hordei perlati aa *P.* 30,
Aquae fervidae *P.* 1000.
Coque per horae quadrantem, tum cola.
In colatura solve
Sacchari albi *P.* 30.

Potio Magnesiae citricae.

Limonada Citratis Magnesiae. Mixtura purgativa e Magnesia citrica.

Rp. Magnesiae citricae liquidae *P.* 10,
Aquae dest. frigid. *P.* 20,
Syrupi Citri succi *P.* 4,
Elaeosacchari Citri *P.* 1/3.

Ph. Belg. Acidi citrici 66, Aq. 742, Magnes. alb. 32, Syr. simpl. 150, Alcoholeti Citri 10.

Potio Magnesiae citricae aërophora.

Limonade citro-magnésienne.

Rp. Magnesiae carbonicae neutralis s. cryst. *P.* 5,
Glycerini puri *P.* 18
(vel Syrupi Sacchari *P.* 20),
Tinct. Flaved. rec. Citri *P.* 1/8,
Aquae destill. *P.* 144 ad 152.

In lagenam ita immittantur, ut partes 11/12 fere repleantur. Quo facto immitte

Acidi citrici cryst. *P.* 6.

Dein lagena epistomio suberino celeriter munita seponatur et saepius agitetur. Serva loco frigido.

Potio continet circiter *P.* 8 Magnesiae citricae. Glycerino admixto conservatio potionis adjuvatur.

Limonade gazeuse ou *citromagnésienne de Dorvault.*

Rp. Magnes. carbonic. cryst. *P* 4,
Acidi citrici in crystallis *P.* 6,
Natri bicarbonici *P.* 1,
Aquae dest. frigidae *P.* 96,
Syrupi Citri *P.* 16.

Misce eadem ratione uti in paratione Potus citrati aërophori.

Ph. Belg. Acidi citrici *P.* 70, Magnes. carbon. 30, Aq. 735, Syr. Sacch. 150, Alcoholeti Citri 10, Natri bicarb. 5.

Limonade gazeuse de Robiquet.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 4.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 50.

Tum adde

Magnes. hydrico-carb. *P.* 2,
Sacchari albi *P.* 6,
Elaeosacchari Flav. Citri *P.* 1

et agita, donec solutio effecta sit.

Liquori filtrato in lagenam immisso adjice

Natri bicarbonici *P.* 5

et statim lagenam obtura.

Continet circiter in centenis partibus. 10 partes Magnesiae citricae.

Potio Magnesiae tartaricae.

Limonade purgative.

Potio purgativa.

Rp. Magnes. carbon. cryst. *P.* 2,
Aquae frigidae *P.* 96,
Olei Citri *P.* 1/120,
Syrupi Sacchari *P.* 16.

In lagenam immissis adde

Acidi tartarici in crystallis *P.* 3.

Misce eadem ratione uti in paratione Potus citrati aërophori.

Potio purgans Anglorum.

Potio nigra. *Black draught.*

Rp. Foliorum Sennae *P.* 1,
Mannae *P.* 2,
Aquae fervidae *P.* 8.

Stent per horam dimidiam et agitentur. In colatura solve

Magnesiae sulphuric. *P.* 2.

Tum admisce

Aquae Cinnamomi *P.* 1,
Tinct. Sennae comp. *P.* 1/2.

(Ph. Belg.)

Potio contra Rabiem Kovatii.

Potio contra morsum canis rabidi.

Rp. Rad Vincetoxici *P.* 6,
Corticis ramulorum juniorum Crataegi torminalis P. 2,
Bulborum Allii sativi, amembranis externis liberatorum *P.* 27.*)

*) Numerus bulborum sit novem, ut Kovatius praecipit.

In ollam novam, aquae partium 64 capacem, immitte, tum, olla Aqua repleta et operculo munita, macera per 12 horas. Dein per horam unam leniter coque et cola.

Usus. Paretur recens in unius diei usum. Adultiores jejuni cochlearia 5 sumant, juniores cochlearia 1½—3. Ingravescente vi morbi ad vesperam dosis paulo minor addatur.

Solet hoc remedium septimo post morsum die adhiberi. Sunt etiam, qui diebus tertio, nono, duodecimo etc. porrigunt.

Potio refrigerans.

Formul. magistr. Berol. in us. paup.

℞. Acidi sulphurici diluti *P.* 1,
Aquae communis *P.* 40,
Syrupi Rubi Id. *P.* 8.

Misce.

Potus citratus aërophorus.

Limonade gazeuse.

℞. Syrupi Sacchari *P.* 32,
Elaeosacch. Citri *P.* 1,
Aquae coctae et refrigeratae *P.* 150—160.

In lagenam vinariam immissis sine ulla agitatione adde

Acidi citrici cryst. *P.* 1 1/2.

Si crystalla acidi lagenae fundum petiverunt, adde eadem ratione

Natri bicarbonici *P.* 1.

Tum lagenam statim embolo suberino, funiculo ligando, optime claude, loco frigido per diem unum sepone et interdum leniter agita, donec crystalla soluta sint. Ne ultra 4 dies serva.

℞. Aquae carbonicae *P.* 20,
Syrupi Citri *P.* 2—3,
Elaeosacch. Citri *P.* 1/8—1/6.

Misce l. a.

℞. Flavedinis recentis fructuum Citri No. 4.
Spirit. Vini rectfss.,
Aquae Naphae āā Gramm. 100.

Macera per aliquot dies, tum filtra. In colatura solve

Acidi citrici cryst. Gramm. 100.

Tum adde

Syrupi Sacchari Grammat. 10000.

Hujus syrupi Partes 100 cum Aquae Acido carbonico saturatae *P.* 500 commixtae praebent *Limonade gazeuse.*

Potus citricus.

Limonada citrica.

℞. Acidi citrici *P.* 3,
Syrupi Sacchari *P.* 120,
Aquae frigidae *P.* 1320.

M. et solve. *(Ph Belg.)*

Aequali modo parentur Limonada (Potus) nitrica, muriatica, sulphurica, tartarica.

Potus saccharatus aërophorus.

Limonade gazeuse.

Paretur uti Potus citratus aërophorus e

Syrupi simpl. *P.* 12,
Acidi tartarici *P.* 1 1/6,
Natri bicarbonici *P.* 1,
Vini (Rhenani) *P.* 16,
Aquae destill. *P.* 64.

℞. Aquae carbonicae *P.* 20,
Syrupi Citri *P.* 2—3,
Vini boni *P.* 5,
(Elaeosacch. Citri *P.* 1/24—1/12.)

Misce l. a.

Potus contra Taeniam

Blochii.

℞. Cort. rad. Granat grosso modo pulv. Unc. 4,
Aquae fervidae Unc. 24.

Coque per horam dimidiam, tum adde

Ammoni caustici soluti Unc. 1 1/2.

Iterum coque per horae quadrantem et adde

Florum Kusso Drachm. 6.

Post unicam ebullitionem sepone loco calido et adde

Acidi citrici Grana 15,
Spirit. Vini rectfss. Unc. 1.

Postremo exprime, sepone et decantha. Colaturae sint Unc. 16.

Proteïnum.

Rp. Albuminis ovi q. v.

In spumam redactum sepone per diem et cola. Colaturae inter agitationem instilla

Acidi nitrici q. s.,

quamdiu coagulatio efficitur. Massa coagulata, aqua primum abluta, dein aqua, continente in centenis partibus Acidi hydrochlorici partem unam, depsendo colandoque elota solvatur in liquore Kali caustici valde diluto. Solutioni instilla

Acidi acetici diluti

quantum sufficit ad praecipitationem proteïni, quod in linteo collectum aqua abluatur, dein loco tepido siccetur et ad pulverem contritum in lagenis obturatis servetur.

Pulpa carnea.

Marmelade de musculine de Réveil.

Rp. Carnis muscularis recentis e lumbis bovis tauri, a pinguedine tendinibusque cum cura liberatae *P.* 1000.

Minutim concisae contundantur, ut fiat puls tenerior, cui immisceantur

Sacchari albi pulv. *P.* 200,
Salis culinaris *P.* 15,
Kalii chlorati *P.* 5,
Piperis nigri pulv. *P.* 2.

Pro carne taurina carnem vitulinam, gallinaceam etc. substituere potes, si poscitur. Detur cochlearibus parvis.

Pulpa Cassiae.

Rp. Fructuum Cassiae fistul. *P.* 8.

Pulpa e fistulis simul cum nucleis eximatur, modica copia aquae ferventis diluatur et per cribrum setaceum transacta evaporando agitandoque ad mellis spissitudinem redigatur. Tum admisce

Sacchari albi *P.* 2.

Fiat, evaporatione continuata, electuarium spissum. Serva pulpam, Saccharo pulverato conspersam, in ollis porcellaneis tectis loco frigido et sicco.

Pulpa Prunorum.

Rp. Fructus Pruni domesticae maturos.

Coque aqua, donec emolliti sint. Separatis nucleis, pulpam per cribrum setaceum trajice et evaporando agitandoque ad justam spissitudinem mellis redige. Tum Partibus 3 residui admisce

Sacchari albi *P.* 1.

Fiat evaporatione continuata electuarium spissum.

Pulpa Tamarindorum depurata.

Roob Tamarindorum.

Rp. Pulpae Tamarindorum crudae *P.* 4.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 3.

Sepone, interdum agitando, donec Tamarindi plane emolliti fuerint. Tum per cribrum setaceum spathulae ligneae ope trajice et pulpam obtentam in vasis porcellaneis calore balnei vaporis inter agitationem ad extracti spissioris densitatem redige. Dein partibus 6 pulpae admisce

Sacchari albi pulv. *P.* 1.

Serva loco sicco et frigido in vasis porcellaneis. Sit saporis acidi grati et densitatis justae, ne mucorem contrahat.
Ph. Bor., Bad., Sax., Hann., Sl. H.
Ph. Bav., Austr. Pulp. 5, Sacch. 1,
Ph. Wrtb Pulp. 2, Sacch. 1.

Pulpa s. Syrupus Tamarind. *Ph. Hb.*

Rp. Fruct. Tamarindorum *P.* 5.

In lebetem stanneum ingestis affunde

Aquae fervidae *P.* 20.

Coque inter agitationem per horam dimidiam ad unam. Tum exprime. Residuum denuo coque cum

Aquae *P.* 10,

et exprime. Colaturae commixtae, sedimentando decanthandoque depuratae, calore balnei vaporis in vase porcellaneo ad consistentiam syrupi tenuioris evaporent, tum admixtis

Sacchari pulv. *P.* 4,

eodem calore evaporando ad consistentiam mellaginis spissioris redigantur.

Pulvinulus odontalgicus Heimii.

Heim's Zahnkissen.

Rp. Herb. Patchouli,
— Menthae pip.,
Flor. Arnicae āā 500.

Minutim concisis admisce
Caryophyll. pulv. *P.* 100,
Olei Caryophyll.,
— Thymi ãa *P.* 25,
— Bergamottae *P.* 40,
Tinct. Moschi *P.* 4.

Miscela hac sacculi lintei impleantur, quos taffeto (panno serico) obtegas et subsuas. Sint pulvinuli lenticulati laxi, magnitudine palmae minoris.

Pulvinuli odoriferi.

Riechkisschen.

Sunt pulvinuli, magnitudine pollicum nonnullorum quadratorum, eleganter velati, qui continent gossypium oleis odoriferis conspersum, aut pulveres aromaticos, uti Herbam Patchouli pulveratam, Mixtura odorifera conspersam.

Pulvis aërophorus Anglicus.

(Poudre de Fèvre.) Soda powder. Brows powder. Englisches Brausepulver.

Pulv. aërophorus. *Ph. Austr, Sax., Dan., Norv.*

I.

Rp. Natri bicarbonici pulv.
Grana 30.

Dentur ad chartam caeruleam.

II.

Rp. Acidi tartarici Grana 25.

Pulveratae dentur ad chartam albam. I et II una dispensentur. *(Ph. Sl. H., Hann, Helv., Germ.)*

Ph. Dan. Natri bicarb. 30, Acidi tart. 20.

I.

Rp. Natri bicarbonici pulv.
Grana 30 (2 *Gramm.*).

Dentur ad chartam coeruleam.

II.

Rp. Acidi tartarici Grana 24
(15 *Decigramm.*),
Tartari depurati Grana 4
(25 *Centigramm.*).

Pulverata mixtaque dentur ad chartam albam. I et II una dispensentur.

Nota. Mixtio acida sic parata non humescit, etiamsi diutius asservetur. Ceterum hi pulveres capsulis papyraceis involuti in vasis, e laminis ferreis stanno obductis confectis et bene clausis, optime servantur.

Signatura est:
Englisches Brausepulver.
Patent Soda Powder.

In ein halbvolles Glas Zuckerwasser schüttet man den Inhalt des blauen Päckchens, und rührt bis zur Auflösung des Pulvers mit einem Theelöffel um, hierauf mischt man den Inhalt des weißen Päckchens hinzu, rührt abermals um und trinkt während des Aufbrausens.

Pulvis aërophorus communis.

Pulv. Bicarbonatis Natri tartaricus. Pulvis effervescens. *Effervescent powder. Poudre gazogène.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 5,
Acidi tartarici *P.* 4,
Sacchari albi *P.* 9.

Seorsim pulveratae et siccae commisceantur. *Ph. Bor.*

Rp. ad parationem:	Unc. 1	Dr. 4	Dr. 2	Dr. 1
Natr. bicarb. Gr.	133	67	33	17
Acidi tart. Gran.	107	53	27	13
Sacchari Gran.	240	120	60	30

Rp. Natri bicarbonici *P.* 4,
Acidi tartarici *P.* 3,
Sacchari albi *P.* 7.

Seorsum in pulverem subtilissimum redactae misceantur. *Ph. Hb., Bav, Hann., Hass.*

Rp. ad parationem:	Unc. 1	Drchm. 4	Drchm 2
Natr. bicarb. Gr.	138	69	34½
Acid. tart. Gr.	102	51	25½
Sacchar. Gr.	240	120	60

Ph. Wrtb. Natr. bicarb. 4, Acidi 3. Sacch. 5. *Ph. Helv.* 6, 5, 5. *Ph. Germ.* 10, 9, 19.

Ph. Fenn. Acid. tart., Natri bicarb. ãa Dr. 4, Sacch alb Dr. 8, Ol. Menth. p. Gtt. 6.

(Ad usum mercatorium.)

Rp. Natri bicarbonici *P.* 7,
Acidi tartarici *P.* 6,
Magnesiae sub carb. *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 11,
Elaeosacch. Citri *P.* 1—2.

Pulveratas misce et loco sicco in vitris obturatis serva.

Nota. Mixtio haec paulum tantum humescit et stabilis est.

Pulvis aërophorus laxans seu Sedlicensis.

Pulv. aërophorus Anglicus *Ph. Bor.* *Seidlitz Powder.*

Rp. Natri bicarbonici Grana 40 (25 *Decigramm.*)
Tartari natronati Grana 120 (75 *Decigramm.*).
Pulverata et mixta dentur ad chartam coeruleam. Tum
Rp. Acidi tartarici pulv. Grana 35 (22 *Decigramm.*).
Dentur ad chartam albam. *Ph. Hb., Hann., Sl. H.*
Signa: Seorsum in aqua soluta commiscenda.
Ph. Bor. Natri bicarb. Gran. 40, Tart natronat. Gran. 120. — Acidi tartarici Gran. 32. *(Ph. Germ.)*
Ph. Bav., Dan. Natr. bicarb. Gran. 40, Tart. natron. Gran. 120. — Acid. tart. 30 Grana. *Ph. Helv., Belg.* 2—8—2 (Grammat.).

Pulvis aërophorus laxans Pharmacop. elegantis.

Rp. Natri bitartarici *P.* 120,
Natri bicarbonici *P.* 45,
Magnesiae carbonic. *P.* 10.
Seorsum loco tepido siccatae, pulveratae mixtaeque dentur ad vitrum, cui cochlear ad mensurandum addatur.

Pulvis aërophorus cum Magnesia.

Pulv. Magnesiae tartaricus.

Rp. Acidi tartarici *P.* 4,
Sacchari *P.* 12,
Magnesiae carbonic. *P.* 3.
M. f. pulvis.
Ph. Suec. Acidi tart., Magnes. carb. aa 1, Sacch. 4, Olei Menth. pip. $\frac{1}{180}$.
Ph. Wrtb Acidi tart. 1, Sacch. 3, Magnes. carb. 4. *Ph. Sax.* 1, 2 et 4. *Praep. chemica Schachtii* Acid. tart. 1, Elaeosacch. Citri 2, Magnes. carb. 4.

Pulvis aërophorus martialis.

Rp. Ferri carbonici saccharati,
Natri bicarbonici aa Grana 10 ($6\frac{1}{4}$ *Decigramm.*).
Misce. Dentur ad chartam coeruleam.
Rp. Acidi tartarici Grana 10 ($6\frac{1}{4}$ *Decigramm.*),
Elaeosacchari Citri Grana 5 ($3\frac{1}{8}$ *Decigramm.*)
Misce. Dentur ad chartam ceratam.
Signa: Hi pulveres in aqua commiscendi sunt.

Pulveres Menzeri.

Rp. Ferri sulphurici cryst. Grana $2\frac{1}{2}$,
Sacchari albi Gran. 10.
M. f. pulvis. Detur ad chartam coeruleam. Signet. I.
Rp. Natri bicarbonici pulv. Gran. $2\frac{1}{2}$.
Detur ad chartam albam. Signet. II.
Usus. Pulveres I et II seorsum in aqua solvantur ac inter potum probe misceantur solutiones.

Pulvis aërophorus martialis

Hufelandi. Ph. paup.

Rp. Ferri tartarisati *P.* 40,
Magnes. sub carbon. *P.* 120,
Tartari depurati *P.* 240.
Misce. Fiat pulvis.

Pulvis aërophorus menthatus.

Rp. Pulv. aëroph. (ad usum mercatorium) *P.* 90,
Olei Menth. pip. *P.* 1.
M.

Pulvis aërophorus nitratus.

Rp. Pulv. aëroph. (ad usum mercatorium) *P.* 5,
Kali nitrici sicci *P.* 1.
M. Dosis Grana 30 circiter (2 Grammat.).

Pulvis aërophorus

Ph. paup. (Hufelandi).
Pulvis aërophorus cum Cremore Tartari.

Rp. Magnesiae sub carbon. *P.* 1,
Tartari depurati *P.* 2.
Misce.

Pulvis aërophorus cum Rheo.

℞p. Pulv. aëroph. (ad usum mercatorium) *P.* 10,
Rad. Rhei pulv. sicc. *P.* 2.
M.

Pulvis aërophorus sulphuratus.

℞p. Pulv. aërophori *P.* 2,
Sulphuris subl. loti *P.* 1.
M.

Pulvis aërophorus cum Zingibere.

℞p. Natri bicarbonici *P.* 25,
Sacchari albi *P.* 50,
Rd. Zingiberis *P.* 5.
M. Detur ad chartam coeruleam.
℞p. Acidi tartarici *P.* 25.
D. ad chartam albam.
Si loco partium Grana pond. med. sumis, habes dosin unam.

Pulvis albificans.

Mützenpulver.

℞p. Stanni *P.* 5,
Hydrargyri *P.* 6.
Liquando commixtae trituratione assidua in mortario porcellaneo cum
Cretae praep. *P.* 8
usque ad perfectam conjunctionem commisceantur.

Pulvis alterans Plummeri.

Pulvis Edinburgensis.

℞p. Calomelanos,
Stibii sulphurati aurant. $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Conterendo misceantur. Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb., Wrtb., Hann., Hass., Dan.* etc.
Ph. mil. Austr. et *Ph. mil. Dan.* admiscet Sacchari *P.* 10. Dosis 12 Gran.
Ph. mil. Bor. admiscet Sacchari *P.* 18. Dos. 20 Gran.

Pulvis alterans Plummeri compositus.

Pulvis alterans *Ph. Sax.*

℞p. Calomelanos,
Stibii sulphurati aurant. $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Resinae Guajaci *P.* 2.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus.

Pulvis amarus ferratus.

℞p. Cardamomi minoris,
Ferri sulphurici cryst. $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Florum Tanaceti,
Florum Cinae $\widehat{aa}$ *P.* 2.
M. Fiat pulvis. *Ph. Suec.*

Pulvis Amygdalae compositus.

Confectio s. Conserva Amygdalarum.

℞p. Amygdalarum dulcium degluptarum *P.* 8,
Sacchari pulv. *P.* 4,
Gummi Arabici *P.* 1.
M. f. massa tenera. *Ph. Brit.*

Pulvis antacidus

(Vogleri).

Pulvis terrestris.

℞p. Magnesiae sub carb. *P.* 60,
Rad. Ipecacuanh. *P.* 3,
Sacchari albi *P.* 420,
Olei Citri *P.* 4,
M. f. pulvis.
Ph. Wrtb. Conch. pp. *P.* 2, Magnes. carb., Elaeosacch. Anisi, Sacch. $\widehat{aa}$ 1.
Ph. Batav. Conch. pp. 2, Magnes. carb. 1.

Pulvis antarthriticus Wundramii.

℞p. Flor. Sulphuris Grana 15,
Sacchari pulv. Grana 5.
M. Dentur tales doses tres.

Pulvis antepilepticus albus.

℞p. Concharum praep.,
Rad. Paeoniae,
— Iridis Florent.,
Visci querni $\widehat{aa}$ *P.*,
(Auri foliati q. s.)
M. Fiat pulvis.
Pulv. antepilept. Baldingeri: Magnes. ust. 5, Rd. Rhei, Visci alb., Fol. Aurant. $\widehat{aa}$ 1.

Pulvis antepilepticus Hufelandi.

Pulvis epilepticus albus.

℞p. Visci albi,
Rad. Valerianae,
Cornu Cervi usti,
Lapid. Cancror. āā P.

Misce. Fiat pulvis subtilissimus. *Signa:* bis terve quoque die cochlear parvum.

Pulvis antepilepticus niger.

℞p. Concharum praep.,
Rad. Paeoniae,
Visci querni,
Carbonis vegetab. āā P.,
(Auri foliati q. s.).

M. f. pulvis subtilissimus.

Pulvis antepilepticus ruber.

Specificum cephalicum.

℞p. Pulveris Visci compositi P. 3,
Cinnabaris P. 2,
(Auri foliati q. s.)

M. f. pulvis subtilissimus.

Pulv. antepilept. Carignanus.

℞p. Pulv. epilept. Marchionis P. 60, Boli Armenae, Boli albae āā P. 30, Cinnabaris, Eboris usti nigri āā P. 10, Kermetis mineralis P. 1. Misce.

Pulvis antihaemorrhoidalis.

Hämorrhoidenpulver.

℞p. Sulph. sublimati loti P. 1,
Tartari dep. P. 2,
Elaeosacch. Citri P. 3.

Misce. *Signa:* ter quoque die cochlear parvum.

Ph. Graec. Rd. Rhei, Tart. dep, Sulph. subl., Magnes. carb. āā 3, Fol. Senn., Sem. Foeniculi āā 2, Elaeosacch. Foeniculi 16.

Pulvis antimonialis Ph. paup.

℞p. Stibii sulphurati nigri P. 30,
Magnesiae subcarbon. P. 5,
Cassiae cinnam. P. 4,
Sacchari P. 30.

Misce. Fiat pulvis subtilissimus. Dentur doses, quarum singulae contineant Stibii sulphurati 19 Decigrammata (Drachmam dimidiam p. med. Norici).

Pulvis Antimonii compositus.

Pulvis antimonialis Jamesii.
James-Powder.

℞p. Antimonii sulphurati crudi P. 1,
Cornu Cervi minutim raspati P. 2.

Mixtas in crucibulo igne candente diligenter move, donec vapor nullus ascendat. Post refrigerium massam residuam tritam in crucibulum Hassiacum immitte, ut, igne sensim aucto, candeat per horas duas. Massa in pulverem subtilissimum redacta servetur. *Ph. Belg.*

Pulvis antiphlogisticus Ph. paup. Berol.

Entzündungswidriges Pulver.

℞p. Kali sulphurici,
Kali nitrici,
Tartari natronati āā P.

M. f. pulv.

Pulvis antiphlogisticus (Hufelandi).

℞p. Kali sulphurici,
Kali nitrici āā P. 1,
Kali bitartarici P. 4.

M. f. pulvis.

Pulvis antiscrophulosus.

Form. mag. Berol. in us. paup

℞p. Hydrargyri stibiato-sulphurati,
Rad. Rhei āā Drachm. 1,
Magnesiae hydrico-carb.,
Sacchari āā Drachm. 2,
Olei Foeniculi Gutt. 6.

Misce. Fiat pulvis subtilissimus.

Pulvis antisepticus (ad vulnera).

Pulvis vulnerarius s. desinficiens.
(Demeaux et Corne.).

℞p. Picis liquidae e lithanthrace q. v.

Admisce
Gypsi subt. pulv. q. s.,
ut fiat pulvis siccus.

Pulvis antispasmodicus Infantium.

Ph. paup. Berol.

Rp. Concharum pp. *P.* 2,
Rad. Valerianae,
Visci quercini aa *P.* 1.
M. f. pulvis.

Pulvis Apes roborans.

Bienenpulver.

Rp. Cassiae cinnamom. *P.* 20,
Caryophyllorum aromat.,
Seminis Amomi,
Macidis aa *P.* 5,
Rad. Zingiberis,
Rad. Zedoariae,
Rad. Galangae aa *P.* 2,
Rad. Vincetoxici,
Rad. Asari,
Cardamomi minoris aa *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 30.
M. f. pulvis subtilis. Detur cum Vino Hispanico et Aqua commixtus.

Pulvis Ari compositus.

Pulvis stomachicus Birkmannii. Pulv. Ari alkalinus.

Rp. Rad. Ari *P.* 16,
— Pimpinellae,
— Calami aa *P.* 8,
Conchar. praep. *P.* 4,
Cassiae cinnam. *P.* 3,
Natri carbonici sicci *P.* 2.
M. f. pulvis subtilissimus. *Ph. Hb., Sl. H., Suppl. Ph. Bor.*

Ph. Suec. Kali carb. 2, Canell alb. 3, Rd. Calami, — Pimpinell., — Ari aa 6.

Ph. paup. Berol. Pulvis stomachicus: Rd. Ari, — Gent., — Calami aa 16, — Zingib., Cort. Aurant., Kali tartarici aa 8, Olei Carvi 1. M.

Pulvis aromaticus.

Pulvis Cinnamomi comp.

Rp. Cassiae cinnam. *P.* 4,
Cardamomi minor. *P.* 2,
Rad. Zingiberis *P.* 1.
M. Fiat pulvis. *Ph. Bor. vet.*

Ph. Bav., Suec., Graec. 2—1—1; *Ph. Batav., Belg.* 1—1—1. *Ph. Germ.* 5—3—2.

Ph. Hb., Sl. H., Dan. Cass. cinn. 4, Cardam. 2, Zingib., Piperis albi aa 1. *Ph. Hann., Hass.* 4—2—2—2.

Ph. Wrtb. Cass. cinn. 4, Caryoph., Nuc. mosch., Macidis, Zingib. aa 1.

Ph. Brit. Cinnam. Ceyl. 8, Nuc. moschat. 6, Croci 6, Caryophyll. 3, Cardamomi 2, Sacch. 25.

Pulvis arsenicalis.

I.

Pulvis arsenicalis Cosmi, Hellmundi, Bernardi.

Pulvis Cosmi s. cosmicus. Cosmisches Pulver. *Poudre du Frère Côme.*

Rp. Cinnabaris pp. *P.* 120,
Eboris usti *P.* 8,
Sanguinis Draconis *P.* 12,
Arsenici albi *P.* 40.
M. f. pulv. subtilissimus. *Ph. Bav., (Dan.), Wrtb.*

Ph. Bad. 30—3—4—10; *Ph. Austr.* 30, Ossium ust. alb. 4—4—10. *Ph. Sl. H.* 120—18—60—18.

Ph. Belg. Cinnab. 625, Eboris ust. 250, Arsenici 125.

II.

Pulvis arsenicalis Rousselotti.

Poudre de Rousselot.

Rp. Arsenici albi *P.* 1,
Cinnabaris pp.,
Sanguinis Dracon. aa *P.* 8.
M. f. pulvis subtilissimus. *(Ph. Belg.) Ph. Gall.* 1—2—2.

III.

Pulvis arsenicalis (Patrix).

Rp. Cinnabaris pp. *P.* 16,
Sanguin. Dracon. *P.* 8,
Arsenici albi *P.* 1.
M. f. pulvis subtilissimus.

Pulvis Asari compositus.

Rp. Rad. Iridis Florent.,
Herb. Asari,
— Majoranae aa *P.*
M. f. pulvis sternutatorius. *Ph. Belg.*

Pulvis atramentarius.

Tintenpulver.

℞p. Gallarum opt. *P.* 32,
Vitrioli Martis *P.* 16,
Cupri sulphurici *P.* 1,
Gummi Arab. *P.* 2.
M. f. pulvis grossus.

Pulvis atramentarius
Platzeri.

℞p. Extracti Ligni Campechiani *P.* 1000,
Kali chromici *P.* 10,
Carmini ex Indigo *P.* 1.
M. f. pulvis.

Pulvis bechicus
Lebasii.

Lebas's Viehpulver.

℞p. Rad. Liquiritiae,
Rad. Althaeae aa *P.* 40,
Rad. Iridis Florent. *P.* 5,
Florum Sulphuris *P.* 15.
M. f. pulvis grossiusculus. *Ph. Belg.*

Pulvis Cacao compositus.

Pulvis restaurans. Reiskontent.

℞p. Massae Cacao *P.* 64,
Sem. Oryzae,
Sacchari aa *P.* 32,
Cassiae cinnamom. *P.* 1.
M. f. pulvis subtilis. *Ph. Bad.*

Pulvis Calomelanos cum Opio.

Pulv. Chloreti hydrargyrosi thebaicus.

℞p. Opii *P.* 1,
Calomelanos *P.* 2,
Sacchari *P.* 17.
M. f. pulvis subtilissimus. *Ph. Suec.*
Ph. mil. Dan. Opii 1, Calom. 4, Amyli 20.

Pulvis e Camphora.

℞p. Camphorae *P.* 1,
Gummi Arabici *P.* 6,
Sacchari *P.* 10.
M. f. pulvis. *Ph. milit. Austr.*

Pulvis Caragaheen
compositus.

℞p. Lichen. Caragaheen *P.* 15,
Aquae *P.* 200.
Decoquantur. Colaturae ad *P.* 80 usque evaporando redactae admisce
Sacchari pulv. *P.* 125,
Gummi Arab. pulv. *P.* 30,
Rad. Iridis Florent. subt. pulv. *P.* 5.
Inter agitationem leni calore exsiccentur. Residuum in pulverem redactum cum
Amyli Maranthae *P.* 100
commisce. Serva loco sicco.

Pulvis contra Casum.

Fallpulver.

℞p. Concharum praep.,
Pulv. temperant. rubri,
Rad. Iridis Florent.,
Visci querni aa *P.*
M. f. pulvis subtilissimus.

Pulvis Catechu compositus.

℞p. Catechu *P.* 4,
Kino *P.* 2,
Rad. Ratanhae *P.* 2,
Cassiae cinnamomeae,
Nucum moschat. aa *P.* 1.
M. f. pulvis. *Ph. Brit.*

Pulvis catharticus.

℞p. Rad. Jalapae,
Scammonii aa *P.* 1,
Tartari depurati *P.* 2.
M. f. pulvis. *Ph. Gall.*

Pulvis causticus Plenkii.

℞p. Hydrarg. oxydati rubri,
Aluminis usti aa *P.* 1,
Herbae Sabinae *P.* -12.
M. f. pulvis subtilissimus.

Pulvis causticus
s. escharoticus Viennensis.

℞p. Kali caustici sicci *P.* 5,
Calcariae ustae *P.* 6.

Misce terendo in mortario ferreo calido, ut fiat pulvis subtilior. Serva in lagenis optime clausis.

Signa: Applicetur ope aquae guttularum nonnullarum supra aperturam emplastri fenestrati.

Pulvis Cerussae camphoratus.

Sief album cum Camphora.

Rp. Cerussae albae *P.* 40,
Amyli *P.* 15,
Gummi Arabici,
Tragacanthae aa *P.* 8,
Camphorae *P.* 2.
M. f. pulvis.

Pulvis cervinus.

Pulvis ad satyriasin pecorum. Pulvis salax.
Brunstpulver, Hirschbrunstpulver.

Rp. Rad. Galangae *P.* 12,
Zingiberis *P.* 24,
Cassiae cinnam. *P.* 36,
Sem. Amomi *P.* 6.
Carbonis vegetab. *P.* 4,
Cantharid. *P.* 2.
M. f. pulvis subtilior.

Signa: Vaccis et equis quarta hora ante coitum 15 Gramm. (Uncia dimidia) cum lacte dulci porriguntnr.

Rp. Rad. Galangae,
Cassiae cinnam.,
Sporidiorum Lycoperdi (Boleti cervini) aa *P.*
M. f. pulvis. Dosis equis et vaccis praebenda aequat 30 Grammata (1 Unciam p. m. Noric.).

Pulvis e Chinino.

Form. mag. Berol. in us. paup.

Rp. Chinini sulphurici *P.* 2,
Rad. Liquiritiae,
Sacchari aa *P.* 5.
M. f. pulvis. Dosis una aequat $7\frac{1}{2}$ Decigrammata (12 Grana p. m. Norici).

Pulvis cibarius Goelisii.

Dr. *Göli's* Universalspeisenpulver.
Speisepulver.

Rp. Natri bicarbonici *P.* 95,
Ammonii chlorati *P.* 1,
Cretae albae *P.* 4,
M. f. pulvis.

Pulvis Cornachini.

Pulvis de tribus. Pulv. Warwichii. Pulv. catholicus. Pulv. basilicus. *Poudre royal.*

Rp. Scammonii,
Tartari depurati,
Kali stibici aa *P.*
M. f. pulvis subtilissimus. *Ph. Gall.*

Pulvis cosmeticus Parisiensis.

Pulvis manualis.

Rp. Amyli ex Oryza *P.* 30,
(vel Talci Veneti praep. *P.* 40,)
Natri carbonici sicci,
Boracis pulv.,
Mixturae odoriferae cum Moscho aa *P.* 1.
M. f. pulvis subtilior.

Pulvis Cretae compositus.

Pulvis Cretae aromaticus. *Powder of chalk.*

Rp. Cretae praep. *P.* 12,
Cort. Cinnamomi *P.* 8,
Rad. Tormentillae,
Gummi Arab. aa *P.* 6,
Piperis longi *P.* 1.
M. f. pulvis subtilissimus. *Ph. Hb., Lond.*
Ph. Brit. Cretae 1, Pulv. aromat. 3.

Pulvis Cretae opiatus.

Rp. Pulv. Cretae comp. *P.* 39,
Opii pulv. *P.* 1.
M. *Ph. Brit.*

Pulvis dentifricius albus.

Rp. Concharum praep. *P.* 48,
Lapidis Pumicis,
Rad. Iridis Florent. aa *P.* 4.
Misce, ut fiat pulvis, cui admisceas
Olei Caryophyllorum,
— Bergamottae aa *P.* 1.

℞p. Concharum praep.,
Ossium Sepiae,
Corallior. alborum,
Rad. Iridis Flor. āā P. 60.
Misce. Fiat pulvis subtilior, cui addas
Olei Rosarum P. 1.

℞p. Conchar. praep. P. 40,
Rad. Iridis Flor. P. 10,
Lapid. Pumicis P. 5,
Olei Caryophyll. P. 1.
Misce. Fiat pulvis subtilior.

Ph. Austr. Conch. 960, Oss. Sepiae 480, Tart. dep., Rd. Irid. Florent. āā 240, Ol. Caryoph. 6.

Ph. Hann. Lap. Cancror. pp., Tart. dep. āā 32, Rd. Irid. Florent. 16, Ol. Caryophyll., Ol. Citri āā 1.

Pulvis dentifricius alkalinus.

℞p. Natri bicarbonici P. 1,
Boli Armenae P. 4.
Misce. *Ph. Belg.*

Pulvis dentifricius Anglicus

s. Britannicus. Creta camphorata. Pulv. dentifricius albus camphoratus *Ph. Hann.*

℞p. Cretae laevig. sicc. P. 24,
Rad. Irid. Florent. P. 8,
Magnesiae carbonic. P. 2,
Camphorae P. 1,
Spirit. Rosarum P ½.
M. Detur in lagenam.

Ph. Hann. Calc. carb. praecip. 16, Camph. 1.

Pulvis dentifricius Heideri.

℞p. Ossium Sepiae Drachm. 8,
Rad. Irid. Florent.,
Magnes. hydrico-carb. āā Drachm. 1,
Ol. Menthae pip. Gtt. 3.
Misce.

Pulvis dentifricius ex herbis variis.

℞p. Rad. Calami,
Herb. Salviae,
Carbonis vegetab. āā P.
M. f. pulvis.

Pulvis dentifricius Hessii.

℞p. Ligni santalini rubri P. 30,
Magnesiae ustae P. 20,
Ossium Sepiae P. 90,
Rad. Calami P. 60.
M. f. pulvis.

Pulvis dentifricius Hufelandii.

℞p. Ligni Santali rubri P. 240,
Cort. Chinae fusci P. 120,
Aluminis crudi P. 30.
Pulveratis admisce
Olei Caryophyllor.,
— Bergamottae āā P. 5.

Ph. Hann. Alumen omittatur.

Ph. Bad. C. Chin. 240, Lign. Santali 120, Aluminis 30, Ol. Citri, Ol. Caryophyll. āā 1.

Pulvis dentifricius Kutzneri.

℞p. Acidi phosphorici sicci P. 30,
Carbonis Tiliae,
Rad. Calami āā P. 240,
Cort. Chinae regiae P. 120,
Myrrhae P. 60,
Olei Menthae pip.,
— Rosarum āā P. 3.
M. fiat pulvis.

Pulvis dentifricius Mogallae.

℞p. Rad. Calami P. 16,
Carbonis vegetab. P. 32,
Olei Caryophyllor. P. ⅓,
— Citri cortic.,
— Bergamottae āā P. ½.
M. f. pulvis.

Pulvis dentifricius niger.

℞p. Carbonis vegetab. P. 10,
Rad. Calami,
Lapid. Pumicis,

Catechu āā *P.* 1.
Pulveratis admisce
Olei Caryophyll.,
— Bergamott. āā *P.* 1/10.
Rp. Carbonis vegetab. *P.* 20,
Cort. Chinae fusci,
Caryophyllorum,
Tartari depur. āā *P.* 4.
Pulveratas misce.

Ph. Norv. Carb. et Cort. Chin. reg. āā.
Ph. Austr. C. Chin. reg., Hb. Salviae, Carb. āā.
Ph. Wrtb. Carb. 8, C. Chin. fusc. 2, Hb. Salviae, Myrrh. āā 1.
Ph. Hb. Carb. 480, C. Chin. fusc. 240, Myrrh. 120, Ol. Bergamott. 7. *Ph. Sl. H.* Ol. Bergam. non admiscet.
Ph. Bad. Carb. 60, C. Chin., Hb. Salviae āā 12, Myrrh. 3, Cass. cinn. 4, Rd. Irid. Flor. 8.
Ph. Hann. Carb. sbt. pulv. 4, Cort. Chin. fusc. 1
Ph Dan. Carb., Cort. Chin. reg. āā 24, Myrrhae 12, Liq Kali carb. 3, Olei Bergamott. 1, Ol. Caryophyll 1¼.
Ph. Belg. Carb. 60, C. Chin. 30, Myrrh. 9, Caryophyll. 1.

Pulvis dentifricius ruber.

Rp. Concharum praep. *P.* 128,
Lapidis Pumicis *P.* 64,
Laccae in globulis,
Ossium Sepiae āā *P.* 32,
Rad. Iridis Florentinae,
Aluminis usti āā *P.* 8,
Olei Caryophyllorum,
— Bergamottae āā *P.* 1.
Misce. Fiat pulvis tener. *Ph. Hb*

Rp. Concharum praep. *P.* 60,
Lapidis Pumicis,
Rad. Iridis Flor. āā *P.* 5,
Rubri Berolinensis *P.* 4.
Pulveratae diligenter conterendo commisceantur cum
Olei Amygdal. expressi,
— Caryophyllorum,
Bergamottae āā *P.* 1.

Rp. Ligni Fernambuci,
Aluminis āā Unc. 12,
Aquae Unc. 144.
Coque. Colaturae admisce
Cretae albae laevig. Unc. 20,
Magnes. hydrico-carb.
Unc. 4.
Sedimentum inde exortum collige et sicca. Huic admisce
Rad. Irid. Florent. Unc. 3,
Lapid. Pumis Unc. 1,
Olei Bergamottae,
— Caryophyllor.,
— Lavandul. āā Gtt. 60,
— Amygdal. amar. Gtt. 10.
Fiat pulvis subtilis.

Pulvis dentifricius cum Tartaro.

Pulvis dentifricius Viennensis. Pulv. dentifr. acidus.

Rp. Coccionellae pulv. *P.* 24,
Liq. Kali carbonici *P.* 36.
Diligenter contritae commisceantur cum
Aluminis usti *P.* 36,
Tartari depurati,
Calcariae phosphoric. āā 72.
Tum massam exsicca et in pulverem subtilem redige. Postremo adde
Olei Caryophyllor. *P.* 2.
(Ph. Wrtb.)

Ph. Belg. Coccionell, Alum. ust āā *P.* 30. Tart. dep. 936, Aq. q. s. Misce et exsicca. Adde Ol. Bergamott., — Caryophyll., — Citri. — Lavand. āā 1
Ph. Dan. Conch. pp. 360, Rad. Irid. 60. Mixtis adde Infusum e Coccionell. 5 Alumin. 8 et Aq parat.; tum massa siccetur.

Rp. Laccae in globulis *P.* 32.
Ossium Sepiae *P.* 16,
Aluminis crudi *P.* 8,
Tartari depurati,
Concharum pp. āā *P.* 48,
Ol. Caryophyllor. *P.* ½,
— Citri *P.* ¼.
M. Fiat pulvis.

Pulvis dentifricius roborans.

Pulvis ad dentes anodynus

Rp. Pulv. dentifricii rubri,
Cassiae cinnam. āā *P.* 40,
Tartari depur. *P.* 5,
Chinini sulphurici *P.* 1,
Opii puri *P.* 2.
Misce. Fiat pulvis.

Pulvis dentifricius Welperi.

℞p. Carbonis vegetab. P. 360,
Tartari depurati,
Catechu,
Myrrhae āa P. 40,
Ol. Caryophyllor. P. 8,
— Bergamottae P. 3.
M. Fiat pulvis.

Pulvis desinfectorius ad materias faecales.

Desinfectionspulver.

I. Pulvis Sireti.

℞p. Vitrioli Martis P. 20,
Vitrioli Zinci P. 1,
Gypsi P. 36,
Carbonis vegetab. P. 1.
M. Fiat pulvis grossus.

II. Pulvis Dr. Schueri (Schür).

℞p. Calcariae ustae P. 100,
Carbonis vegetab. P. 20,
Serraginis e ligno P. 10,
Acidi carbolici P. $^1/_{15}$.
M. f. pulvis. Uncia dimidia ad desinfectionem dejecti ex alvo sufficit.

Pulvis diaphoreticus.

Ph. paup. Berolinensis.

℞p. Stibii sulphurati aurant.,
Camphorae āa Gran. 8,
Sulphuris depurati,
Sacchari āa Gran. 120.
M. f. pulvis. Divide in quatuor partes aequales. D. ad chartam ceratam. S. Detur bis terve per diem pulvis dimidius.

Pulvis digestivus.

Digestivpulver.

℞p. Kali sulphurici P. 4,
Rad. Rhei P. 2,
Ammoni muriat. P. 1.
M. f. pulvis subtilior. *Ph. Sl. H.*
Ph. Dan., Norv. Tart. dep. 4, Kali nitrici 2, Rd. Rhei 1.

Pulvis digestivus Kannenwurfii.

℞p. Flaved. Cort. Aurant. P. 1,
Rad. Rhei P. 2,
Tartari dep. P. 8,
Sacchari P. 16.
M. f. pulvis.

Pulvis digestivus Kleinii.

Pulvis Rhei tartarisatus. Pulvis leniens Kleinii.

℞p. Flaved. Cort. Aurant.,
Kali tartarici,
Rad. Rhei āa P.
M. f. pulvis subtilior. *Ph. Hb., Sl. H., Hann.*

Pulvis digestivus ad quartanas.

Magenpulver bei kaltem Fieber.

℞p. Tartari depurati P. 4,
Ammonii chlorati P. 2,
Rad. Rhei P. 1.
M. f. pulvis. *Ph. Dan. vet.*

Pulvis diureticus.

Tisane sèche Ph. Gall.

℞p. Gummi Arab.,
Sacchari āa P. 2,
Kali nitrici,
Rad. Althaeae āa P. 1.
M. f. pulvis.

Pulvis Scillae cum Natro carbonico *Ph. mil. Bor.*

℞p. Natri carbon. sicci Gran. 30,
Rad. Scillae Gran. 6,
— Calami Gran. 30,
Sacchari Gran. 120,
Olei Junip. bacc. Guttas 9.
M. f. pulvis. Divide in sex partes aequales. Dentur per diem doses tres.

Pulvis eccoproticus.

Pulvis anticolicus.

℞p. Tartari depurati P. 2,
Rad. Rhei P. 1.
M. f. pulv. *Ph. Norv. (Ph. mil. Dan.* 3 et 1.*)*

Pulvis eccoproticus tonicus.

℞p. Cort. Chinae reg. P. 2,
Rad. Rhei P. 1.
M. f. pulv. *Ph. Dan. vet., Norv.*

Pulvis ecphracticus
Sellii.

℞p. Flor. Chamomillae,
Rad. Rhei,
Elaeosacchari Foeniculi,
Magnesiae carbonicae,
Sulphuris depurati,
Tartari dep. aa *P.*
M. f. pulvis.

Pulvis emeticus.
Pulvis Ipecacuanhae stibiatus. Pulvis e Tartaro stibiato.

℞p. Tartari stibiati *P.* 1,
Rad. Ipecacuanh. *P.* 30.
M. f. pulvis. *Ph. paup. Berolin.*
Sepone per aliquot dies, interdum agitando, postremo exprimendo cola et filtra. Liquori admisce
Mixturae oleoso-balsamicae *P.* 5,
Glycerini *P.* 10.
Signetur: ad lotiones.

Remedia contra Pediculos pubis (phthirios inguinales).

Mittel gegen Filzläuse.

℞p. Ungt. Hydrarg. albi *P.* 16,
Mixturae odoriferae moschatae *P.* 1.
Misce.

Remedia contra Pediculos vestium.

Mittel gegen Kleiderläuse.

℞p. Hydrargyri bichlorati *P.* 1,
Ammoni chlorati *P.* 4.
Solve macerando in
Aquae destillatae,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 96,
Tinct. Pyrethri rosei *P.* 24.
Tum adde
Olei Rorismarini,
— Lavandulae,
— Bergamott. āā *P.* 1/2,
et bene agita.
Usus. Hoc liquore vestes et praecipue suturae earum consperguntur.

Remedia contra **Psocos pulsatorios** Fab. et larvas eorum.

Mittel gegen die Holzmaden.

Solutiones Cupri sulphurici atque Liquor Kali silicici basicus, Benzinum, quibus lignum imbuatur, his insectis exitiosa sunt.

Remedia contra **Pulices.**

Mittel gegen Flöhe.

Omnia Aromatica, Olea aetherea, Benzinum, Flores Pyrethri rosei, Chrysanthemum leucanthemum recens vel siccatum et pulveratum pulices fugant et necant.

Aqua contra Pulices.

℞p. Olei Caryophyll. *P.* 1,
Aquae Coloniens. *P.* 10,
Spirit. V. rectf. *P.* 15.
Misce et filtra.
Usus. Hac mixtura vestes, strata et cubilia asperguntur.

Lixivium contra Pulices.

℞p. Rad. Calami,
Sem. Coriandri,
— Petroselini vel
Herbae Petroselini rec.,
Colocynthidum āā *P.* 2.
Contusis et concisis affunde
Aquae ferventis *P.* 300.
Digere per aliquot horas, tum exprimendo cola.
Usus. Hoc lixivio tabulatum (gebielter Fußboden) humectandum et lavandum est.

Remedia contra **Rattos** seu Mures majores domesticos.

Mittel gegen Ratten.

Verbascum Thapsus recens, Cynoglossum officinale recens et florens Rattos fugat. Haec planta in loca a Rattis frequentata copiose effundatur.

Etiam ramuli recentes Pruni Padi Rattos fugant.

Escae (Lockmittel) Rattorum sunt: Caseus assatus, Halec fumo siccatum, Oleum ligni Rhodii, Oleum Anisi, Moschus.

℞p. Nucum vomic. pulv.,
Sacchari pulv.,
Farinae triticeae,
Adipis liquati āā *P.*
Misce, fiant globuli.

℞p. Arsenici albi pulv. *P.* 10,
Adipis suilli assati,
Farinae tritic. āā *P.* 90,

Fuliginis e taeda usta *P.* ½,
Olei Anisi *P.* $^1/_{10}$.
Misce, fiant globuli.

℞p. Casei parum putridi *P.* 2.
Mixtae cum
Farinae triticeae *P.* 3
loco tepido siccentur et in pulverem redigantur. Dein admisceantur
Barytae carbonicae nativae subtilissime pulv. vel Barytae carbonicae praecipitatae *P.* 12,
Ultramarini *P.* 2,
Sacchari albi pulv. *P.* 4,
Fructus Anisi stellati *P.* 1.
Fiat pulvis subtilissimus, aut forma pulveris aut redactus addito Syrupo communi in pastam vel globulos adhibendus. Globuli sale culinari trito et farina triticea conspergantur.

℞p. Pisces parvos coctos.
Conspergantur pulvere, commixto ex
Arsenici albi pulv.,
Farinae tritic.,
Sacchari albi āā *P.* 60.

℞p. Nuc. vomicar. pulv. *P.* 100,
Farinae Avenae *P.* 1200,
Olei ligni Rhodii,
Moschi āā *P.* ¼,
Syrupi commun. q. s.
M. Fiant globuli.

℞p. Sebi taurini,
Farinae secalinae āā *P.* 500,
Arsenici albi pulv. *P.* 50,
Ultramarini *P.* 10,
Olei Anisi *P.* 1.
Leni calore commixti fiant bacilli.

℞p. Arsenici albi *P.* 1,
Panis recentioris *P.* 20,
Syrupi communis q. s.
M. Fiant boli, qui recentes adhibeantur.

℞p. Rad. Scillae gr. mod. pulv. *P.* 1,
Casei assati *P.* 4.
M. f. boli.

Electuarium phosphoratum.

Phosphorbrei.

℞p. Aquae dest. frigidae *P.* 4,
Syrupi phosphorati *P.* 2.
In ollam porcellaneam ingestis adde
Panis saccharati pulv. *P.* 3.

Tum statim spathulae ope agitando commisce. In eadem olla, operculo tecta, miscelam loco frigido asserva.

Signa: Pultis phosphoratae morsuli duo ad quatuor, magnitudinem nucis coryli aequantes, in frustula panis recentis, vel, quod iis, qui rei rusticae operam dant, commendatur, in calla lardi ad tabulam parvam affixa sparguntur. Morsuli aliquantulo sacchari contusi adspersi in locis a muribus rattis frequentatis collocantur. Post aliquot horas morsulis a rattis absumtis recentes substituuntur.

Ph. Belg. Phosph. 1, Farinae triticeae, Aquae fervidae āā 20. Phosphorum aquae fervidae immissum in mortario porcellaneo contere cum Farina per vices addita et agita, donec refrixerint.

Panis saccharatus.

℞p. Farinae secalinae *P.* 32,
Sacchari pulverati *P.* 9.

Misceantur, ut pistor miscelam, fermenti quantitate sufficiente addita, lege artis suae ad panis consistentiam coquat.

Hunc panem in taleolas scissum optime exsicca et in pulverem redige. Asserva in scatulis e lamina alba confectis.

Syrupus phosphoratus.

Phosphorus cum Syrupo.

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 15.
In lagenam vitream albam infusis adde
Phosphori *P.* 5,
ita ut Phosphorus syrupo submersus, atque lagena circiter ad ¾ repleta sit. Lagena in balneo vaporis (aut aquae) usque ad 50—60° Cels thermometri calefiat, donec Phosphorus liquatus sit. Tum ea embolo suberino bene obturetur, manteli involvatur et assidue agitetur, donec miscela phosphorata plane refrixerit. In lagena eadem miscela haec caute asservetur. Ante usum Syrupus phosphoratus bene agitetur.

Remedia contra **Tineas.**

Mittel gegen Motten.

Aromatica, Piper Hispanicum, Oleum Pini, Oleum Terebinthinae, Benzinum, Oleum Patchuoli, Oleum Absinthii, Camphora, Moschus, Flores Pyrethri rosei pulverati, Glacies Mariae pulverata, Ferrum sulphuricum crystallisatum pulveratum, Cannabis sativa recens, Rhizoma Calami.

Essentia contra Tineas.

Rp. Olei Lavandulae,
— Bergamottae aa *P.* 10,
— Patchuoli,
— Anilini,
Camphorae aa *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 120.

Misce et solve.

Rp. Tinct. Capsici annui,
Spirit. camphorati,
— Lavandulae,
Aq. Coloniensis moschatae aa *P.*

M. Ad conspergendos pannos laneos.

Rp. Olei Lavandulae,
— Bergamottae,
— Caryophyll. aa *P.* 10,
Tinct. Moschi aa *P.* 1,
Spirit. V. alcohol. *P.* 120.

Misce. Ad conspergendas vestes pelliceas et laneas.

Rp. Olei Lavandulae,
Olei Petrae aa *P.* 5,
Tinct. Capsici annui *P.* 30,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 60,
Camphorae *P.* 10.

M. et solve. Usus ut antea.

Rp. Benzini aa *P.* 5,
Camphorae *P.* 1.

Solve. Usus ut antea.

Rp. Olei Petrae,
— Bergamottae,
— Caryophyllorum,
Benzini aa *P.* 4,
Tinct. Moschi *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 32.

Misce.

Usus. Pulvilli chartacei etiam his liquoribus irrorati inter pannos et vestes laneas atque pelliceas collocantur.

Commendatur, pannos et vestes laneas pelliceasque mensibus Augusto et Septembri radiis solis et aëri exponi, tum bene excuti, ut erucae Tineae fugentur.

Tineae in pulvinis interdum vaporibus acetosis et fumo ex herba Tabaci fugantur.

Pulvis contra Tineas.

Rp. Flor. Pyrethri rosei,
Glaciei Mariae,
Herbae Patchuoli,
Caryophyllor. aa *P.*

Pulveratae commisceantur. Hic pulvis pellibus et vestibus pelliceis interspergitur.

Remedia contra **Tipulas**

(Mittel gegen Schnacken)

sunt eadem, quibus contra Culices utuntur.

Remedia contra **Uredinem.**

Mittel gegen den Brand im Getreide.

Rp. Calcariae hydratae,
Sulphuris,
Aluminis aa *P.*

Misce, fiat pulvis. Ad usum hic pulvis cum aqnae 80—100plo commisceatur. In miscela hac semina frumenti per aliquot horas macerentur.

Rp. Cupri sulphurici *P.* 10,
Cretae praep. *P.* 1.

Misce. Fiat pulvis grossus. Usus ut supra.

Remedia contra **Vermes** et **Insecta** in seminibus plantarum.

Aqua Chlori vel Aqua kreosotata vel Benzino, quibus semina consperguntur, vermes necantur.

Grana ad seminandum obducuntur solutione Glutini fabrilis, cui Cuprum sulphuricum admixtum est, vel imbuuntur solutione dilutiore Aloës in aqua, tum siccantur.

Remedia contra larvas Calandrae granariae Fab. (schwarzer Kornwurm) sunt Flores Sambuci, Flores Lupuli, Benzinum, iterata agitatio granorum et liber aëris aditus.

Remedia contra erucam Tineae granellae (weißer Kornwurm) sunt panni decocto seminum Cannabis imbuti, qui supra et juxta acervos granorum frumenti per unum diem collocantur, tum cum erucis insidentibus auferuntur. Iterata agitatio granorum et liber aëris perflatus semper necessarii sunt.

Remedia contra **Vermes** et **Insecta** in officinis pharmaceuticis.

In officinis pharmaceuticis vegetabilia saepe a larvis (vermibus) quibusdam albis laeduntur ac consumuntur, quae numerantur in specie Ptiniorum et Anobiorum. Omnia hujus speciei genera noxia sunt, maxime autem Anobium pertinax, quod supellectilem et libros delet. Sonitus illius notus, quo feminam allectare dicitur, horologium mortuorum appellatur. Scarabaeus quoque ex genere Necrophagorum (Aaskäfer) officinis pharmaceuticis valde nocet. Quamquam ceterae omnes species hujus generis materia animali vescuntur, hic scarabaeus vegetabilia terebrat. Haec nova species est Dermestes officinarum, qui ab ceteris speciebus aculeo maxime perspicuo in extremo quoque elytro, in latere suturae, distinguitur.

Acari quoque in officinis pharmaceuticis crebro in vegetabilibus mucilaginosis et farinaceis atque in Cantharidibus reperiuntur, uti Acarus domesticus, farinae, coleoptratorum etc.

Omnes hae bestiolae optime calore et exsiccatione fugantur aut necantur.

Finis partis de remediis contra bestias et plantas noxias.

Remedium contra ictus insectorum.

Linimentum leniens contra ictus apium, vesparum, muscarum et culicum.
Mittel gegen Insektenstich.

Rp. Olei Olivar. Provinc.,
Liq. Ammoni caust. āā 15,
Olei Terebinthinae,
Tinct. Opii āā *P.* 1.
Misce exacte.

Usus. Hoc linimentum loco cutis affecto infricetur.

Remedium contra Taeniam Blochii.

Rp. Corticis rad. Granati grosse pulverati Unc. 4,
Aquae communis Unc. 24.
Coque per horam dimidiam, tum adde
Liquoris Ammoni caustici Unc $1\frac{1}{2}$.
Denuo coque per horae quadrantem. Additis
Florum Kousso Drachm. 6,
post ebullitionem unicam sepone loco calido. Admixtis
Acidi citrici Granis 15 et
Spiritus V. rectfss. Unc. $1\frac{1}{2}$,
exprimendo cola. Post sedimentationem decantha. Colaturae sint Unc. 16.

Remedia Grahami
(contra carcinoma).

Alterativpillen: Ferri carbonici Drachm. 3, Rd. Rhei Drachm. $\frac{1}{2}$, Aloës Scrupl. 2, Extracti Chamomill. Drachm. 2. M. f. pill. No. 50.

Absorbenttinctur: Ferri acetici soluti q. s.

Detergentpulver: Ferri phosphorici oxydati q. s.

Remedium Landolfii.
Caustique de Landolfi.

Rp. Bromi chlorati liq. *P.* 6,
Zinci chlorati *P.* 3,
Stibii chlorati liq. *P.* 2,
Rad. Liquirit. pulv. q. s.
M. f. pasta.

Mixtura Landolfiii.

Rp. Bromi chlorati liq. *P.* $1/4$,
Syrupi Phellandrii *P.* 60,
Aquae destill. *P.* 500.
M. D. S. Quotidie 2–4 cochlearia.

Pilulae Landolfii.

Rp. Bromi chlorati *P.* 1,
Seminis Phellandrii *P.* 10,
Extracti Conii *P.* 5.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant 1 Centigramma Bromi chlorati. Sumantur quotidie pilulae duo ad quatuor.

Unguentum Landolfii.

℞p. Terebinthinae *P.* 6,
Olei Olivarum *P.* 30,
Cerae flavae *P.* 24,
Cetacci *P.* 6,
Ligni Santali rubri *P.* 4,
Camphorae *P.* 2.

M. l. a.

Resina Chinae corticis.

℞p. Corticis Chinae q. v.
Grosso modo pulveratis affunde
Spirit. V. rectfss.
quantitatem quadruplicem. Digere et exprime. Tinctura, Spiritu Vini destillando elicito, evaporando calore balnei vaporis ad massam densam redigatur, quae aqua frigida abluatur, tum siccetur. Sit resina friabilis.

Resina Guajaci ligni.

Aequali modo, quo Resina Jalapae, paretur e ligno Guajaci ope Spiritus Vini rectificatissimi.

Resina Jalapae.

Magisterium Jalapae.

℞p. Rad. Jalapae*) *P.* 1.
Grosso modo pulveratae et in vesicam destillatoriam immissae affunde
Spiritus V. rectfss.,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 3.
Alembico excipuloque appositis, digere per aliquot horas, Spiritum Vini destillatum radici in vesica reaffundendo. Post refrigerationem ope preli exprime et residuo iterum in vesicam rejecto affunde
Spiritus V. rectfss.,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 2.
Digere et exprime. Liquores expressione obtenti per diem unum seponantur, tum filtrentur et in vesicam mundatam una cum
Aquae Partibus 2
immittantur. Spiritu Vini destillando elicito, exime resinam ex vesica et aqua calida tamdiu ablue, donec aqua coloris fere expers defluit. Resinam tandem calore balnei aquae exsicca et in bacillos redige.

*) Radix ponderosa vel remanentia e pulveratione radicis sumantur, quae maxime resinifera reperiuntur.

Resina Kosso.

Resina Brayerae anthelminthicae. Extractum Kosso seu Kusso aethereum.

Paretur e Floribus Brayerae anthelminthicae eodem modo quo Resina Laricis.

Resina Laricis Boleti.

Resina Agarici albi.

℞p. Boleti Laricis q. v.
Conciso affunde mixtionem, paratam ex
Aetheris *P.* 1, et
Spirit. V. rectfss. *P.* 3,
Ita ut boletus liquore contegatur. Macera per 3 dies, tum exprimendo cola. Hanc macerationem nova mixtionis quantitate repete. Tincturae commixtae, decanthando filtrandoque depuratae destillando evaporent, donec partes aethereae et spirituosae maxima ex parte elicitae sint. Resinam residuam calore balnei vaporis exsicca. Efficiuntur circiter *P.* 25 e Partibus 100 Agarici.

Resina Podophylli

(Podophyllinum).

Paretur eodem modo e Radice Podophylli peltati et Podophylli montani quo Resina Jalapae. (Dosis maxima Gran. $\frac{1}{2}$).

℞p. Radicis Podophylli peltati Linn. siccatae *P.* 20.
Grosso modo pulveratis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 80.
Digere per diem unum et exprimendo cola. Residuo denuo affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 40
et post digestionem exprimendo cola. Colaturae filtratae, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, evaporent ad remanentiam circiter *P.* 6 et infundantur inter agitationem in
Aquae frigidae *P.* 24,
quae admixta
Acidi hydrochlorici *P.* 1
acidae factae sunt. Post diem unum resinam collige, aqua ablue et calore leni exsicca. (*Ph. Brit.*)

Resina Scammonii.

Scammonium depuratum.

℞p. Scammonii pulv. *P.* 10,

Spiritus V. rectfss. *P.* 40.

Digere per dies duos, tum filtra. Tincturae limpidae adde

Aquae destill. *P.* 80,

et loco frigido sepone. Resinam praecipitatam collige, aqua ablue et in balneo vaporis exsicca. Efficiuntur *P.* circiter 6. Resina etiam e Radice Scammonii eodem modo quo Resina Jalapae paratur.

Resina Sennae.

Rp. Tinctur. spirituosam e paratione Foliorum Sennae a resina liberatorum.

Spiritu Vini destillando elicito, residuum aqua frigida commisce et resinam, postquam subsedit, collige, aqua ablue et sicca.

Resina Succini balsamica.

Moschus facticius.

Rp. Olei Succini crudi *P.* 1.

In mortarium porcellaneum ingestae inter agitationem paulatim admisce

Acidi nitrici fumantis *P.* 3.

Massam resinosam exortam primum liquore Kali carbonici diluto, postea aqua calida ablue.

Resina Sumbul.

Extractum Sumbul spirituosum.

Paretur e Radice Sumbul minutim concisa eodem modo quo Extractum Strychni seminis spirituosum. Sit consistentiae massae pilularis mollioris.

Resineonum.

Résinéone. Oleum Picis aethereum.

Rp. Picis liquidae *P.* 15,
Kali carbonici pulv. *P.* 1.

Immitte in retortam vitream tubulatam ita, ut ad capacitatem dimidiam repleta sit. Fiat destillatio, quamdiu oleum aethereum coloris expers transit, quod collige et serva.

Revalenta Arabica.

Rp. Sem. Viciae Fabae rubr. subt. pulveratorum *P.* 100,
Farin. Hordei praep. *P.* 50,
Salis culinaris pulv. *P.* 10.

Misce.

Rotulae Menthae piperitae.

Rp. Rotular. Sacchari *P.* 2000.

Conspergantur l. a. mixtione, parata ex

Ol. Menth. pip. Angl. *P.* 8,
— Citri cort. *P.* 1,
Spirit. V. alcoholisati vel absoluti *P.* 40.

Serva in lagenis vitreis obturatis.

Ph. Bor. Rot. Sacch. 200, Ol. Menth. p. 1, Aeth. acet. 3.

Ph. Hann Rot. Sacch. 128, Ol. Menth. p. 1.

Ph. Helv. Rot. s. Pastill. Sacch. Unc. 4, Ol. M. p. Gtt. 16, Aeth. acet. Gtt. 20.

Rotuli Sacchari.

Rp. Sacchari albissimi q. v.

Subtilissime pulveratum in lebetem minorem, rostro tenui praeditum, ingere et commisce aqua, ut fiat puls crassa, quae inter agitationem calefiat, donec in margine ebullire incipiat, et gutta laminae metallicae frigidae instillata statim indurescat. Rostrum lebetis Creta illinatur, ne massa defluat. Guttae tandem in laminam oleo Amygdalarum parce inunctam fac effundantur, ita tamen, ut cum lebetem manu dextra sustineas, bacilli ope calidi rotulae guttatim efficiantur. Rotulae leni calore siccentur.

Sacchorolatum Colchici.

Saccharure de colchique.

Rp. Succi florum Colchici recentis *P.* 2,
Sacchari albi,
Sacchari lactis āā *P.* 5.

Misce et calore balnei leni exsicca.

Saccharolatum Lichenis Islandici.

Pasta Lich. Isl. Pulvis pectoralis Trossii. Gelatina Lichenis Isl. saccharata sicca.

Rp. Lichenis Island. conc. *P.* 12.

Coque per horam unam cum

Aquae *P.* 192

ad colaturam Partium 96. Tum exprimendo cola et residuum pari modo coque. Decocta commixta evaporent ad remanentiam

Partium 60,

quibus semirefrigeratis admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 48.

Gelatinam praecipitatam colando separa etadhuc humidam in vase porcellaneo cum

Sacchari pulv. *P.* 8

commisce. Miscela calore balnei vaporis inter agitationem ad siccum evaporet et in pulverem subtilem redigatur. In vitro bene obturato serva. *Ph. Hb.*

Sit pulvis pallidus, e flavescente cinereus, cum 3 partibus aquae coctus gelatinam praebens, odoris expers, saporis dulcis gelatinosi.

Ph. Bav. Gelatina e *P.* 1 Lichenis ab amaritie liberati commisceatur Sacchari *P.* 1, leni calore evaporando ad extracti spissitudinem redigatur, tandem loco tepido plane exsiccetur et pulveretur. *Ph. Wrtb.* praecipit Lichenis *P.* 8, Sacchari *P.* 7 et aequalem parationem. *Ph. Sl. H.* praecipit Lichenis *P.* 1½, Sacch. *P.* 8, G. Arabici *P* 1. *Ph. Bad.* Lich. Isl 24. Edulcora, coque, cola, evapora. Residuo admisce G. Arab. pulv. 6, Sacch. 12. Exsicca et in pulv. redige. *Ph. Belg.* Lichen. 1, Sacch. 2. Coque cum aqua. Colaturam evapora et exsicca.

Saccharolatum Limacum.

℞p. Limacum vivent. *P.* 2.

Vasi stanneo vel figulino, in basi perforato, immittantur et adspergantur

Sacchari albi pulv. *P.* 1.

Hoc vas, alteri vasi superimpositum, per unam noctem reponatur. Saccharum tum, in pituita limacum solutum, si forma syrupi tenuioris in vitrum suppositum defluxit, additis

Sacchari albi pulv. *P.* 2,

calore balnei vaporis evaporando agitandoque ad perfectam siccitatem redigatur et in lagena vitrea obturata servetur: Sit pulvis e fusco albidus. *(Ph. Hb.)*

Saccharum aluminatum.

Alumen saccharatum.

℞p. Aluminis,

Sacchari albi aa *P.*

Misce, fiat pulvis subtilis. *Ph. Sax.*

Saccharum hordeatum.

Gerstenzucker.

℞p. Sacchari albi Indici *P.* 30.

Affunde

Aquae destill. *P.* 6.

Decoque in cacabo ad consistentiam tabulandi, sed agitationem evita. Tunc cacabum ab igne remove et massae inter lenissimam agitationem ope spathulae tepefactae admisce

Tinct. Croci

guttas nonnullas, ut massa flave tingatur. Dein statim in laminam metallicam vel tabulam marmoream, oleo pingui parce illitam effunde, ut fiant tabulae longae, quas adhuc calidas torqueas.

℞p Sacchari depurati contusi e Beta Unc. 16,

Aquae destillatae Unc. 4,

Aceti concentrati Drachm. 2,

Tincturae Croci Gutt. 15.

In cacabum immissas decoque ad consistentiam tabulandi, agitationem evitando. Dein massam effunde, ut supra notatum est, et in tabulas longas, l. a torquendas, redige.

Saccharum Lactis depuratum.

℞p. Sacchari Lactis venalis *P.* 10.

Solve in

Aquae destill. fervidae *P.* 30.

Liquorem calidum per pannum laneum colatum sepone loco frigido per dies duos, tum liquidum a crystallis defusum filtratumque evaporando ad volumen dimidium redige et loco frigido sepone, ut crystalla edat. Crystalla haec omnia collecta et soluta in

Aquae destillatae fervidae *P.* 20

vel q. s. paulatim infunde inter agitationem in

Spiritus V. rectfss. *P.* 30

et agitationem continua, donec omnia refrixerint. Quo facto sepone per unum diem, dein sedimentum collige, exprime et loco tepido sicca.

Saccharum Piperoidi.

℞p. Sacchari pulv. *P.* 144.

Commisce terendo cum solutione e

Piperoidi *P.* 1 et
Spirit. V. alcohol *P.* 5
parata. Mixtio leni calore exsiccetur.

Saccharum rubrum.

Rp. Sacchari pulv. *P.* 8,
Ligni Santali rubri *P.* 1.
Pulveratas misce. Ad medicandas Aphthas interdum admiscetur Catechu *P.* $\frac{1}{2}$.

Sal Cheltenhamense
(compositum.)
Cheltenhamer Salz.

Rp. Natri sulphurici,
Magnesiae sulphuricae,
Natrii chlorati aa *P.*
M. f. pulvis grossus.

Sal Guindrei.
Sel désopilant de Guindre.

Rp. Natri sulphurici sicc. *P.* 250,
Kali nitrici *P.* 5,
Tartari stibiati *P.* 1/4.
M. f. pulvis.

Sal Maris compositum.
Sal marinum facticium.

Rp. Salis culinaris *P.* 4000,
Magnes. sulphuric. *P.* 1000,
Calcii chlorati *P.* 200,
Kalii jodati *P.* 10,
Kalii bromati *P.* 5.
M. f. pulvis grossus.

Sal olfactorium Anglicum.
Preston salts. Englisches Riechsalz.

Rp. Ammonii chlorati,
Calcariae ustae aa *P.*
Grosse pulveratas et in lagenam immissas conquassando misce. Tum instilla
Mixturae odoriferae
guttulas nonnullas.

Rp. Ammoni carbonici in parvis frustulis q. v.
Consperge
Mixturae odoriferae q. s.

Rp. Ammoni carbonici hyalini in frustulis parvis q. s.
Lagenis parvis eo repletis, affunde mixturam paratam ex
Ammoni caustici soluti duplicis Unc. 1,
Olei Bergamottae Gutt. 6.
Olei Rosarum,
Olei Cassiae cinnam.,
Olei Caryophyllor. aa Gutt 2,
Olei Lavandulae Gtt. 4,
ut sal liquore obtectum sit. Lagenas dein obturatas sepone, donec sal cum liquore in massam cohaerentem coierit.

Sal praeparatorium.
NaO,SnO^2+3HO+xAq. Natrum stannatum s. stannicum. Präparirsalz.

Rp. Liquoris Natri caustici, p. spec. 1,140—1,145, *P.* 80,
Lithargyri praep. *P.* 45,
Stanni granulati *P.* 25.
In lebetem ferreum immissae per sesquihoram coquantur. Tum liquor defusus aut ad pultis consistentiam evaporet, aut
Aquae q. s.
diluatur, ut pondus specificum liquoris sit 1,115—1,120.
Nota. Plumbum praecipitatum urendo iterum in Lithargyrum redigatur.

Sal purgans
(Aquarum) Balnei Mariae.
Marienbader Purgirsalz.

Rp. Natri bicarbonici *P.* 10,
Natri sulphurici sicci *P.* 24,
Natrii chlorati *P.* 3,
Magnesiae sulphuricae siccae *P.* 4,
Natri bisulphurici *P.* 5.
Haec salia, unumquodque pulveratum, commisceantur et in lagenis vitreis bene obturatis serventur.

Sal Thermarum Carolinarum facticium.
Künstliches Karlsbadersalz.

Rp. Natri sulphurici *P.* 4,
Natri carbonici *P.* 2,
Natrii chlorati *P.* 1.
Haec salia quaevis crystallisata calefaciendo solve in
Aquae dest. fervidae *P.* 8.
Liquor colatus evaporando ad crystallisationis momentum redigatur, tum seponatur et interdum paulum agitetur. Cry-

stallula collecta, a lixivio separata, non abluta, loco tepido siccentur. In lixivio defuso solve

Natri sulphurici *P.* 1,

et liquorem iterum in crystallula ut antea coge; lixivium ultimum autem rejiciendum est. Crystallula haec siccata cum antea obtentis commisce et in lagenis vitreis obturatis serva. *Ph. Hb., Sl. H., Hass.*

Sint crystalla parva regularia, fatiscentia.

Ph. Hann. Natrii chlorati 1, Natri bicarbonici 3, Natri sulphurici dilapsi 10. M. f. pulv.

Salia ad balnea electrochemica Pennesii.

Sels de Pennès pour bains.

Rp. Kalii bromati,
Kalii jodati aa *P.* 2,
Natri carbonici dilapsi *P.* 500,
Natri phosphorici *P.* 20,
Natri sulphurici dilapsi,
Boracis aa *P.* 10,
Natrii chlorati *P.* 100,
Ferri sulphurici *P.* 2,
Olei Rorismarini,
Olei Thymi aa *P.* 1,
Olei Lavandulae *P.* 1/2.

M., ut fiat pulvis.

Salicina.

$C^{26}H^{18}O^{14}$. Salicinum.

Rp. Corticis Salicis, qui Salicinam continet*), siccati *P.* 20,

(aut corticis recentis *P.* 45). Concisis affunde

Aquae *P.* 120.

Digere calore balnei aquae ebullientis per 24 horas, tum exprimendo cola. Residuo denuo affunde

Aquae ferventis *P.* 60,

digere atque exprimendo cola.

Liquores commixti, additis

Lithargyri praep. *P.* 3,

leni colore per diem unum digerantur, saepius agitentur et loco frigido seponantur. Dein liquor decanthatus et filtratus igne aperto et inter agitationem ad remanentiam partium circiter 5 evaporet, et admixtis

Carbonis vegetabilis grosse pulverati *P.* 2,

calore balnei vaporis ad siccum redigatur. Residuo calore hypocausti plane exsiccato, tum pulverato affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 10,

et per aliquot horas digere. Liquore adhuc calido filtrando defuso, residuum Spiritus Vini quantitate sufficiente tracta, quamdiu Spiritus aliquid amari solvit. Tincturae, additis

Aquae destill. *P.* 2,

et Spiritu Vini leni destillatione elicito, ad partes remanentes 2 evaporent, quas loco frigido sepone per 4 dies. Crystalla orta, colando exprimendoque collecta siccentur et solvendo in aqua, atque digerendo cum Carbone animali depurato et iterata crystallisatione depurentur. Efficiuntur circiter *P.* 0,4. Sint crystallula alba nitentia. Lixivia ultima evaporando et refrigerando crystalla nonnulla edunt.

*) Salix alba, fragilis, pentandra, purpurea, Helix, vitellina etc. sunt salicinigerae.

Sanguis bovinus inspissatus.

Extractum Sanguinis bovini.

Rp. Sanguinem bovinum recent.

Statim colatum inter assiduam agitationem calefac, donec in massam pultiformem grumulosamque coëat, quam loco usque ad 40—60° Cels. therm. calefacto sepone et saepius agita. Residuum plane siccatum in pulverem subtiliorem redige et in vitris obturatis serva.

Sanguis Draconis facticius.

Resina rubra. *(Ad usum mercat.)*

Rp. Resinae Pini *P.* 2.

Liquatis admisce

Boli rubrae *P.* 1.

Inter agitationem calfacere perge, donec aqua adhaerens evaporata sit. Massam refrigeratam in pulverem redige.

Usus. Hic pulvis loco Sanguinis Draconis ad medicinam praeposteram et sympatheticam a rusticis postulatur.

Santonina.

$C^{30}H^{18}O^{6}$. Cininum. Satoninum.

℞p. Florum Cinae Haleppensium*) contus. *P.* 16,
Aquae communis *P.* 150.

Coquantur in vesica destillatoria, et destillando partes 20, vel quantum ad olei aetherei maximam partem expellendam opus erit, eliciantur. Tum, fluido in vesica remanenti

Calcariae hydratae *P.* 5

admixtis, coque per horam unam et cola. Residuum, iterum

Calcariae hydratae *P.* 2

admixtis et

Aquae *P.* 100

affusis, denuo per horam unam decoquatur. Fluida exprimendo colata et commixta sedimentando decanthandoque depurentur, tum evaporando ad remanentes

Partes 50

redacta, atque fervida, cum

Acidi hydrochlorici crudi

quantitate ea commisceantur, ut acidum aliquantulum praevaleat. Deinde per 5—6 dies sepone, et, massa resinosa in superficie fluidi natante rejecta ac liquore defuso, sedimentum supra colatorium collige, exprime, ope aquae, cui Liquor Ammoni causticus admixtus est, elue, iterum exprime, denique calore leni sicca. Massae siccatae et cum Carbonis animalis q. s. commixtae affunde

Spirit. V. rectfss. 10plum.

Digere et ad ebullitionem calefac, Liquor fervidus statim filtretur et, Carbone in filtro remanente Spiritus Vini ferventis aliquantulo abluto, ad crystallisationem loco frigido per biduum seponatur. Crystallis inde ortis collectis, e lixivio residuo evaporando et refrigerando crystallula elice.

Crystalla omnia commixta et in Spiritus Vini rectificatissimi 4plo soluta crystallisatione iterata depurentur et loco obscuro siccentur. Serventur in vitris denigratis. 100 *P.* Florum Cinae edunt circiter *P.* 2—2,3 Santoninae. Sint crystallula decoloria nitentia.

---

*) l. q. Flores Artemisiae Vahlianae Kostel.

Sapo ammoniacatus
Ph. Suec.

Emplastrum Saponis ammoniati.

℞p. Ammonii chlorati,
Saponis viridis āā *P.*
M.

Sapo amorphus.

Corpus saponum medicamentariorum. Sapo cocoïnus.

℞p. Sebi taurini recentis *P.* 30,
Olei Cocoïs (Cocosoel) *P.* 36.

In lebetem ferreum vel porcellaneum immissae et leni calore liquatae seponantur, donec ad circiter 17,5—20° C. usque refrixerint. Tum inter agitationem exactam immisce

Natri caustici soluti, pond. spec. 1,365—1,370, *P.* 32,
Kali caustici soluti, pond. spec. 1,33 *P.* 2 ad 3,

ut fiat puls aequabilis, quae in lebete aut in cistam ligneam translata per horam unam loco tepido (25—30° C.) seponatur. Massa dein loco frigido seposita rigescit.

Admixtio corporum medicamentosorum eo modo efficiatur, ut haec in massam agitando ad pultem aequabilem redactam ingeras et agitatione forti immisceas. Mixtura post aliquot boras rigescens aut in frusta discidendo dividatur, aut in modulos imprimatur. Frusta saponis mixti per aliquot dies seponendo paululum desiccata charta vel stanno foliato involvantur.

Sapo amygdalinus.

Sapo medicatus *Ph. Fenn.*

Paretur ex Oleo Amygdalarum expresso et Liquore Natri caustico uti Sapo medicatus.

Sapo aromaticus
ad balneum.

℞p. Saponis Hispanici *P.* 96,
Amyli *P.* 48,
Rad. Iridis Flor. *P.* 24,
Olei Bergamottae,
— Citri cort.,
Olei Lavandulae āā *P.* 1,
Balsami Peruv. *P.* 1/3.

Misce. Fiat pulvis. *Ph. Bor. vet.*

Sapo boraxatus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente paratis immisce
Olei Cocoïs *P.* 3,
Mixturae odoratae *P.* 1.
Dein adde mixturam, paratam solvendo e
Boracis *P.* 8,
Kali carbonici *P.* 2,
Aquae calidae *P.* 24
et celeriter agita, ut fiat massa aequabilis, ne rigescat. Massa adhuc pultiformis in modulum ingeratur.

Sapo camphoratus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis inter agitationem continuam admisce
Camphorae *P.* 8,
antea calore adbibito solutas in
Olei Cocois *P.* 10.
Tum admisce
Natri caustici soluti, pond. spec. 1,363—1,370, *P.* 5.
Massa optime agitata seponatur, ut rigescat. Conferatur Sapo amorphus.
Ph. Helv. Sapo domest. 16, Campb. 1.

Sapo Bareginensis.

Savon de Baréges.

Rp. Natrii sulphurati,
Natri carbon. sicci,
Natrii chlorati āā *P.* 1,
Saponis pulv. *P.* 12.
M. Detur ad vitrum.

Sapo butyrinus.

Butterseife.

Rp. Butyri vaccini q. v.
Affuso aquae pondere circiter dimidio, calore balnei aquae lisquescat et addatur
Natri carbonici crystallisati
pars vicesima ponderis butyri. Interdum bene agita, tum sepone, ut butyrum ab aqua secedat et refrigescat. Hoc modo
Butyri eloti *P.* 40—42
in vas porcellaneum in balneo aquae collocatum immissis adde inter agitandum
Liquorem Natri caustici
hoc modo paratum:
*R*p. Natri carbonici depurati *P.* 30,
Aquae fervidae *P.* 200.
In lebetem ferreum ingestas usque ad ebullitionem calefac, dein paulatim adjice
Calcariae ustae recentis pulveratae *P.* 8.
Coque per horae quadrantem, per linteum cola et liquorem in lagenam obturandam infusum ad subsidendum sepone. Liquor decanthando et, si opus fuerit, filtrando depuratus evaporet, donec circiter
Partes 35
supersint, quae illis Butyri eloti partibus 40 admisceantur.
Calore balnei aquae ebullientis miscelam, interdum agitando, tamdiu digerere perge, donec saponificatio peracta sit, et portiuncula exemta in laminam vitream translata post refrigerationem ad gelatinam aequabilem pellucidamque congelet. Miscelam per horam unam digerere perge. Tum admisce solutionem filtratam, ex
Salis culinaris *P.* 10,
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
Aquae communis *P.* 30
paratam, bene agita et usque ad ebullitionem calefac, ut sapo secernatur. Tum per diem unum sepone loco frigido, dein saponem lixivio innatantem aufer, aqua ablue et in taleolas scissum loco tepido exsicca. (Conf. Sap. medicat.)

Sapo calcareus.

Rp. Saponis domestici *P.* 8.
Solve in
Aquae calidae *P.* 80.
Colatis, adhuc calidis instilla liquorem, ex
Calcii chlorati 3 et
Aquae *P.* 15,
paratum, quamdiu praecipitatum inde exoritur, quod in linteo collige, aqua ablue, exprime et sicca.

Sapo chloratus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis admisce
Liquoris Natri hypochlorosi *P.* 20
et agita, ut fiat puls aequabilis. Conferatur: Sapo amorphus.

Sapo cosmeticus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.

Mixtione recente effectis adde
Talci Veneti subt. pulv. *P.* 20,
Mixturae odoratae *P.* 3.
Conf. Sapo amorphus.

Sapo Crotonis.

Paretur ex Oleo Crotonis et Liquore Natri caustico uti Sapo medicatus.

Sapo fellitus.

Gallseife.

Rp. Fellis taurini inspiss. *P.* 8,
Saponis domest. *P.* 60,
Sacchari albi *P.* 12,
Terebinthinae Venetae,
Mellis crudi āā *P.* 4,
Liq. Ammoni caust. *P.* 2.
Subigendo fiat massa.

Sapo glycerinatus.

Glycerinseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 200.
Mixtione recente effectis admisce inter agitationem
Glycerini *P.* 16,
Olei Amygdal. aeth. *P.* 1,
— Bergamott. *P.* 3.
Conferatur: Sapo amorphus.

Sapo Gummi Gutti.

Rp. Gutti *P.* 1,
Saponis medicati *P.* 2,
Spirit. Vini rectf. *P.* 16.
Solve calore adhibito et liquorem fervidum filtratum calore balnei vaporis ad siccum evapora.

Sapo guajacinus.

Rp. Kali caustici sicci *P.* 1,
Resin. Guajaci pulv. *P.* 2.
Conterendo mixtis instilla
Aquae destill.
guttulas nonnullas, ut fiat massa pilularis.
Paretur, quoties usus poscit.

Ph. Bor. vet., Hass. (Sl. H.) Liq. Kali caust. 8, Aq. dest. 16. Calefactis paulatim admisce Resinae Guajaci pulv. 6 vel quantum solvitur, aquam evaporatione diminutam restituendo. Liquor filtratus ad massae pilularis densitatem evaporando redigatur.

Ph. Bav. Paretur aequali modo quo Sapo jalapinus.

Sapo jalapinus.

Massa pilularum Resinae Jalapae.

Rp. Resin. Jalapae,
Sapon. medicati āā *P.* 4.
Pulveratas et mixtas commisce cum
Spirit. V. alcoholisati *P.* 2.
Tum in balneo vaporis ad massae pilularis consistentiam evaporent, ita ut pondus massae totius aequet Partes 9. *(Ph. Bor., Bad., Dan., Wrtb., Hb, Sl. H., Hass., Hann., Sax., Belg., Batav., Germ., Helv, Fenn.)*

Sapo jodato-sulphuratus.

Sapo sulphurato-jodatus.

Rp. Kalii jodati *P.* 1,
Calcii sulphurati *P.* 2.
Conterendo mixtae subigantur in
Saponis amorphi *P.* 16,
mixtione recente effectis. Massam in modulos preme. Quodvis frustum sit ponderis Drachm. 12.

Sapo jodatus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 30.
Mixtione recens effectis admisce
Natri hyposulphurosi *P.* 1,
solutam in
Aquae destillatae *P.* 2.
Mixtione peracta, adde
Kalii jodati *P.* 4,
solutas in
Aquae destillatae *P.* 4,
postremo immisce
Olei Bergamott. *P.* ¼.
Massa in modulos imprimatur. Frustum sit ponderis Drachm. 12.

Sapo kalinus albus.

Rp. Adipis suilli (vel Olei Sesami) *P.* 20,
Liquoris Kali caustici (pond. spec. 1,33) *P.* 10.
In ollam porcellaneam immissae calore balnei vaporis stent per dies duos, et interdum agitentur. Tum, affusis Aquae destillatae *P.* 5, usque ad ebullitionem

calefac. Sepone loco frigido, dein saponem collige et serva.

Sapo medicatus.

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 28.
In lebetem ferreum ingestas solve in
Aquae fervidae *P.* 200.
Liquori usque ad ebullitionem calefacto adde paulatim
Calcariae ustae recentis pulveratae *P.* 7.
Coque per horae quadrantem. Liquor tunc per linteum colatus, et in lagena obturata subsidendo depuratus evaporet, donec
Partes 32
supersint (aut donec pondus specificum liquoris residui aequet 1,25).
Liquori calefacto, in vas figulinum vel porcellaneum ingesto, admisce miscelam liquatam, paratam ex
Adipis suilli recent., et
Olei Oliv. Provinc. ãa *P.* 20,
(aut partes 5 hujus miscelae partibus 4 liquoris caustici ponderis specifici indicati).
Hoc facto, optime agita spathula lignea, digerere calore balnei vaporis perge et iterum agita, donec saponificatio peracta sit, et portiuncula massae exempta in laminam vitream translata et refrigerata ad gelatinam aequabilem pellucidamque congelet. Dein eodem calore per horam unam circiter digerere perge, et admisce solutionem filtratam fervidam, paratam e
Salis culinaris *P.* 10,
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 30.
Optime et diligenter agita et ad ebullitionem usque calefac, ut sapo secernatur
Post refrigerationem saponem lixivio innatantem aufer, Aquae destillatae paulo ablue et inter linteum sensim et fortiter exprime. Deinde saponem primum in vase porcellaneo extensum loco tepido, postremo in scobes redactum exsicca et in pulverem redige, quem in vasis obturatis serves. Sit pulvis albus, non rancidus. Efficiuntur circiter *P.* 50.
Nota. Loco miscelae ex Adipe et Oleo Olivarum paratae alia pinguia, uti Oleum Amygdalarum, Adeps, Sebum, adhiberi possunt. Si vis Natrum causticum venale adhibere, *P.* 9 ejusdem, solutae in Aquae destillatae *P.* 24 sufficiunt.

Indicium saponificationis finitae hoc erit, si mixtura e pinguedine et liquore caustico effecta est homogenea et diaphana vel pellucida. Si massam turbidulam vel turbidam exhibet, portiunculam cum aequali volumine Aquae destillatae commisce, quae dein adhuc turbida indicat massae paulum liquoris caustici admiscendum.

Sapo Medullae bovinae.

Savon animal.

Paretur e Medulla bovina colando depurata uti Sapo medicatus.

Sapo mellitus.

Honigseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis adde
Mellis depurati,
Sacchari tosti inspissati, consistentia mellaginis ãa *P.* 10,
Mixturae odoriferae *P.* 3.
Fiat agitando massa, quam refrigeratam in frustula parallelepipedica redigas. Frustula tum glabrata chartae involvantur et signentur.

Sapo mercurialis.

Sapo hydrargyratus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 24,
Liquoris Natri caustici (pd. spec. 1,3) *P.* 1.
Leni calore mixtis admisce
Hydrargyri *P.* 12,
antea conterendo cum
Ungt. Hydrarg. cin. *P.* 2
perfecte exstinctas.

Sapo mercurialis Heberti.

Rp. Hydrargyri *P.* 125.
Solve macerando leni calore in
Acidi nitrici puri *P.* 250.
Liquorem adhuc calidum sensim et inter agitationem commisce cum
Sebi liquati *P.* 530,
donec mistio emplastri consistentiam habeat. Massa deinde in mortario porcellaneo, paulatim addendo
Liquoris Natri caustici (p. spec. 1,33) *P.* 360,

ita conteratur, ut homogenea (aequabilis) miscela efficiatur.

Sapo Nucistae.

Paretur ex Oleo Nucistae colato eodem modo atque Sapo medicatus.

Sapo Olei Jecoris Aselli.

Thranseife. Leberthranseife.

Paretur ex
Olei Jecoris Aselli *P.* 36,
Sebi taurini *P.* 12,
Olei Cocois *P.* 18
eodem modo quo Sapo amorphus, nisi quod massa saponacea in frusta solida ponderis Drachmarum 12 redigatur.

Sapo Picis liquidae.

Theerseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis admisce
Picis liquidae,
Olei Rusci (betulini) aa *P.* 3,
— Bergamottae,
— Citri corticis,
Benzini aa *P.* 2,
Amyli pulv. *P.* 15,
ut agitando fiat massa, quae, postquam riguerit, in frusta parallelepipedica radacta per 1—2 dies seponatur. Tum stanno foliato obvolvatur et servetur.

Sapo piceus.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis admisce
Olei Rusci *P.* 7.
M. l. a. ut fiant frusta ponderis Drachm. 12, stanno foliato obvolvenda. Conf. Sapon. amorphum.

Sapo Picis Lithanthracis.

Pix Lithanthracis saponata. *Coaltar saponine. Savon desinfective de Demaux et Corne.* Steinkohlentheerseife.

Rp. Picis Lithanthracis,
Saponis domestici pulv.,
Spirit. V. rectfss. aa *P.*
In cucurbitam vitream immissas digere, donec solutio effecta fuerit, dein massam in modulos effunde, ut refrigeret.

Liquor saponato-lithanthracicus.

Rp. Saponis Picis Lithanthracis *P.* 3.
Concisae leni calore solvantur in
Aquae destillatae *P.* 100.
Fiat liquor lacteus.

Sapo Pumicis.

Bimsteinseife.

Rp. Lapid. Pumicis pulv. *P.* 1,
Saponis amorphi recentis *P.* 8.
M. l. a., ut fiant frusta ponderis Drachm. 12—20. Conf. Sap. amorphum.

Sapo Ricini.

Sapo ricinicus.

Paretur ex Oleo Ricini uti Sapo medicatus.

Sapo contra Scabiem.

Sapo purgatorius. Krätzseife.

Rp. Aloës *P.* 10.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 30.
Macera per biduum et saepius agita. Tum liquorem decantha, cola et fac ut leni calore ad spissitudinem mellaginis evaporet. Huic mellagini admisce
Rad. Hellebori albi subt. plv. *P.* 20—25,
Balsami Peruviani,
Benzini aa *P.* 5,
Mixturae odoriferae *P.* 10.
Dein adde
Saponis amorphi recentis vel sabacini, non exsiccati *P.* 100,
antea calore balnei vaporis emollitas. Fiat massa, quae in frustula parallelepipedica redacta stanno foliato obvolvatur.

Sapo stibiatus.

Sapo antimonialis.

Rp. Stibii sulphurati aurantiaci *P.* 2.
Solve digerendo in
Liq. Kali caustici *P.* 6,
Aquae destill. *P.* 3.
Tum admisce, terendo in mortario porcellaneo,
Saponis medicati plv. *P.* 12,

ut massa sit consistentiae pilularis, addendo, si massa adhuc rubet, paululum liquoris Kali caustici, ut colorem ex albido cinereum induat. Tunc leni calore ad siccum evaporet et contrita in lagenulis minoribus, optime obturatis, servetur.

Sit pulvis ex albido cinereus, in aqua solubilis, et affuso Acido hydrochlorico colorem intense aurantiacum induat, Gas hydrosulphuratum, non Acidum sulphurosum, redolens. *Ph. Hb., Bor. vet., Hann., Sax., Belg., Wrtb., Dan.)*

Ex tempore.

Rp. Kali caustici sicci *P.* 12,
Stibii sulphurati aurantiaci *P.* 8.

In mortarium porcellaneum calefactum immissae et ope pistilli calefacti contritae inter assiduam agitationem cum
Aquae destill. *P.* 8
commisceantur. Tum admisce
Sapon. medicati plv. *P.* 52.

Ph. Sl. H. Natrii sulphantimoniati (Salis Schlippii) *P.* 1. Solve in Aq. dest. *P.* 5. Tum admisce Saponis medicati *P.* 3. Evaporando ad siccitatem redige.

Ph. Batav. Natrii sulphantimoniati 1, Saponis med., Aq. dest. aa *P.* 3. Digerendo solve et ad siccitatem evaporando liquorem redige. Si massa evaporata colorem rubellum induit, pauxillum Natri caustici liquidi admisceatur.

Sapo sulphuratus.

Schwefelseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis agitando admisce
Sulphuris loti *P.* 8.

Massa in frusta parallelepipedica (ponderis Unc. duarum) redigatur. Conf. Sap. amorph.

Sapo tanninatus.

Tanninseife.

Rp. Saponis amorphi *P.* 100.
Mixtione recente effectis admisce
Acidi tannici *P.* 7,
solutas in
Aquae calidae *P.* 10,
ut agitando fiat massa (fusca), ex qua, postquam riguerit, frusta parallelepipedica (ponderis sesquiunciae) formentur.

Sapo Terebinthinae liquidus Werneri.

Liquor vulnerarius Werneri.

Rp. Terebinthinae Venetae *P.* 1000,
Natri bicarbonici pulv. *P.* 25,
Aquae destillatae *P.* 10000.
Digere per hebdomadem, dein filtra.

Rp. Terebinth. Venetae *P.* 100,
Natri carbonici cryst. *P.* 5,
Glycerini *P.* 200,
Spirit. V. rectfss. *P.* 100,
Aquae destill. *P.* 1000.
Digere per hebdomadem, dein filtra.

Usus. Linteum octuplo complicatum (splenium) hoc liquore imbutum vulneribus recentibus, ulceribus, vulneribus cicatrice obducendis, contusionibus quoque die imponitur.

Sapo terebinthinatus.

Sapo Starkeyanus. Balsamum Vitae externum s. Terebinthinae. Linimentum stimulans Anglicum.

Rp. Saponis Hisp. pulv.,
Olei Terebinth. aa *P.* 6,
Kali carbonici *P.* 1.
Exacte misce. *Ph. Bor. vet., Hb., Hann., Hass., Sl. H., Bad., Wrtb., Germ., Belg.*

Savon de Térébinthine Ph. Gall.
Sapo Starkeyanus.

Rp. Kali carbonici dep. *P.* 2.
Subtiliter contritis admisce
Olei Terebinthinae,
Terebinth. Venet. aa *P.* 2,
ut fiat massa aequabilis.

Sapo vegetabilis.

Pulvis alcalinus gummosus. *Savon végétal.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 5,
Gummi Arabici *P.* 40.
Subtilissime pulveratas paulum Aquae addendo in massam redige.

Serum Lactis artificiale.

Künstliche Molken.

Rp. Sacchari Lactis,
Sacchari albi aa *P.* 10,
Gummi Arab. *P.* 1.

Mixtas solve in

Aquae *P.* 720.

Paretur, quoties usus poscit.

Rp. Pulveris ad Serum Lactis arteficiale *P.* 1,

Aquae fontanae *P.* 40.

Solve et filtra.

Serum Lactis carbonico-acidulum.

Kohlensaure Molken.

Rp. Seri Lactis dulcis *P.* 576.

In lagenam immissis adjice, agitationem evitando,

Natri bicarbonici *P.* 4,

et, si sal hoc in lagenae fundo subsederit, adjice

Acidi tartarici in frustulis *P.* 3.

Lagenam statim embolo suberino optime obtura et loco frigido per aliquot horas sepone, interdum leniter agitando, donec Acidum tartaricum solutum sit.

Serum Lactis clarificatum.

Rp. Seri Lactis colati refrigerati Unc. 30.

Commisce cum

Albumine duorum ovorum gallinaceorum,

antea in spumam agitato. Dein mixturam ad ebullitionem calefactam post refrigerationem filtra. Paretur, si poscitur.

Serum Lactis (dulce).

Serum Lactis commune. Molken.

Rp. Lactis vaccini recentis *P.* 300,

Liquoris ad Serum Lactis parandum *P.* 1.

Lacti vaccino ad 35 sive 40° C. calefacto adde liquorem ad Serum Lactis parandum, quae exacte commixta sepone. Coagulatione peracta colando serum a caseo separa. *Ph. Bor., Germ.*

Rp. Lactis vaccini *P.* 864.

Calefactis (ad 80—100° C.) admisce

Acidi tartarici *P.* 1,

parva quantitate aquae solutam, et paulum agita. Coagulatione peracta, sepone, donec perfecte refrixerint, et per pannum laneum sine expressione cola. Sit liquor turbidus, subflavescens, saporis non acidi.

Ph. Hann. Lactis 64, Aceti 1.

Ph. Hass. Lactis 480, Acidi hydrochlorici 1. Filtra.

Aequali modo parentur:

Serum Lactis acidum,

Serum Lactis tartarisatum, e Lactis *P.* 96 et Tart. depurati *P.* 1. Colatura filtretur.

Serum Lactis aluminatum

e Lactis *P.* 900 et Aluminis pulv. *P.* 3. Colatura filtretur.

Serum Lactis tamarindatum

e Lactis *P.* 36 et Pulpae Tamarindorum *P.* 1. Colatura refrigerata filtretur. *(Ph. Germ.)*

Serum Lactis vinosum

e Lactis *P.* 48 et Vini Rhenani *P.* 10. Colatura filtretur.

Serum Lactis equini fermentatum

Kumys. Kumiss.

Rp. Lactis equini *P.* 8000

(vel mixtionem paratam e Lactis vaccini*) *P.* 6000 et Aquae *P.* 2000),

Mellis *P.* 130.

In ollam amplam immissis submerge sacculum linteum, qui continet pultem tenuem, paratam e

Farinae triticeae *P.* 100,

Seminum Panici miliacei (Hirse) contusi *P.* 33,

Fermenti Cerevisiae *P.* 33,

Lactis equini (vel vaccini) q. s.

Sepone per horas 24 ad 36 loco tepido caloris 26 ad 30° C. Dein sepone loco frigido per diem dimidium et cola. Colatura statim in lagenas bene obturandas, quibus ad aquas minerales servandas utuntur, ingeratur. Serum per hebdomades duas loco frigido seponendum asservare licet.

---

*) Lac vaccarum, quas tantum graminibus pascunt.

Serum Lactis mannatum.

Rp. Lactis vaccini *P.* 48.
Coque. Ebullientibus adde
Tartari depurati *P.* 1.
Coagulatione lactis peracta coletur. In colatura solve
Mannae *P.* 4.
Liquor refrigeratus denuo coletur.

Serum Lactis cum Sinapi paratum.

Rp. Lactis vaccini *P.* 16.
In ollam immissis admisce
Sem. Sinapis gr. pulv. *P.* 1.
Tum, olla in balneo vaporis collocata, digere, donec coagulatio peracta sit. Post refrigerationem serum coletur.

Signatoria.

Siegelwachs und Siegellacke.

Massa ad Ceram signatoriam.

Rp. Laccae in tabulis *P.* 7,
Terebinthinae Venet. *P.* 4.
Igne modico liquentur et commisceantur.

Cera signatoria colorata.

Siegellack. *Cire d'Espagne.*

Rp. Massae ad Ceram signatoriam *P.* 33.
Liquatis admisce miscelam, conterendo paratam e
Barytae sulphuricae *P.* 15—20,
Pigmenti alicujus *P.* 6—10.
Massam l. a. in bacilla redige.

Pigmenta sunt: Ultramarinum, Cinnabaris, Minium, Fuligo e taeda usta, Ochra fusca, Luteum regium (Königsgelb), Coeruleum Berolinense, Aurum musivum.

Ut Cera signatoria, dum ea utuntur, odorem gratum spargat, addunt quantitates parvas Benzoës, Styracis liquidi, Olei aetherei.

Cera signatoria nigra.

Rp. Massae ad Ceram signatoriam *P.* 33,
Fuliginis e taeda ustae, optime contritae *P.* 3,
Barytae sulphuricae *P.* 11.
M. l. a.

Cera signatoria rubra.

Rp. Massae ad Ceram signatoriam *P.* 33,
Barytae sulphuricae *P.* 20,
Cinnabaris *P.* 6,
Styracis liquidi *P.* 1,
Benzoës *P.* 1/4.
M. l. a.

Cera signatoria rubra vulgaris

Rp. Terebinthinae communis *P.* 20,
Colophonii *P.* 50,
Laccae in tabulis *P.* 25.
Igne aperto exacte colliquatis immisce
Cinnabaris *P.* 10 (vel Minii *P.* 20),
Cretae laevigatae *P.* 30,
antea exacte conterendo mixtas.

Cera signatoria diplomatica*)

Siegelwachs zu Siegelkapseln.

Rp. Colophonii,
Terebinth. Venetae,
Resinae Pini āā *P.* 3.
Liquatis admisce miscelam, assidue conterendo paratam e
Cretae albae,
Minii āā *P.* 4.

Nota. Loco Minii adhibere licet Coeruleum montanum, Ultramarinum, Cinnabarem.

Sinapismus.

Cataplasma s. Pasta epispastica s. Brassicae.
Senfpflaster.
(Ad usum mercatorium.)

Rp. Sem. Sinapis nigrae *P.* 12.
Grosse pulveratas et in mortarium porcellaneum immissas commisce cum
Aquae communis *P.* 10.
Sepone per horam dimidiam, tum admisce mixtionem, paratam e
Spiritus Sinapis *P.* 2,
Spiritus V. rectf.,
Aquae āā *P.* 1.

---

*) Liquor mundatorius, usitatus ad sigilla vetera e cera, constat e Liquoris Ammoni caustici P. 1 et Aquae destillatae P. 10. Hic liquor ope penicilli setacei leniter fricando adhibeatur.

Serva in vasis porcellaneis obturatis. Sit pasta mollis.

Ph. Bor vet., Bav., Hass. Sem Sinap. pulv. 1, Aq. calid. (1) q. s, ut fiat cataplasma mollioris densitatis.

Ph. Hann. Sem. Sinap. 2, Aq. frigid. 3 vel q. s.

Ph. Belg., Hb., Sax. Sem. Sinap pulv., Aq. tepid.

Ph. Norv. Sem. Sinap. pulv., Farinae triticeae aa *P.*, Aq tepid.

Ph. St. H Sem. Sinap. pulv 2, Farinae secalinae 1, Aceti Vini q. s.

Ph. Suec., Fenn. Sem. Sinap. pulv., Aq destill. q. s. = Sinapismus acer (fortior). — Sem. Sinap. pulv. 3, Farinae secalinae 1. Aq. dest. q. s. = Sinapismus mitis (s. mitior).

Ph. Brit. Sem. Sinap., Sem. Lini aa 5, Aquae calidae 20*v*.

Sinapismus glycerinatus.

Glycerolatum Sinapis.

Rp. Glycerini *P.* 40,
Spirit. V. rectfss. *P.* 10,
Olei Sinapis aeth. *P.* 1.

Misce.

Solamen Hypochondriacorum Kleinii.

Rp. Sulph. praecipitati *P.* 4,
Rad. Rhei *P.* 6,
Flaved. Cort. Aurantii,
Magnes. hydro-carb. aa *P.* 9,
Kali tartarici,
Elaeosacch. Foeniculi aa *P.* 18.

M. f. pulvis.

Solanina.

Solaninum.

Rp. Germinum elongatorum albidorum vel coloris expertium tuberum Solani tuberosi, quae tempore veris tubera loco obscuro asservata projiciunt, q. v.

In pultem contundendo redacta germina commisceantur cum

Acidi hydrochlorici diluti q. s,

donec puls paulum acidula facta fuerit. Macera loco tepido per diem unum et exprime, residuum aquae calidae paulo commiscendo et denuo exprimendo. Colaturis commixtis adjice

Calcariae hydricae q. s.,

ut Calcaria paulum praevaleat. Sedimentum inde exortum, horis 24 praeterlapsis, collige, paulo aquae ablue, leni calore sicca, dein coquendo in

Spiritus V. alcoholisati q. s.

tamdiu exhauri, quamdiu colaturae filtratae portiuncula Jodo soluto addito colore fusco turbatur. Liquores dein commixti, destillando ad voluminis partem quartam redacti et per aliquot dies sepositi sedimentum demittunt, quod collectum loco tepido siccetur. Si forte sedimentum non satis coloris expers invenitur, resolvendo in Spiritu Vini bulliente et seponendo depurandum est.

Ammonum arsenicicum Bietti solutum.

Solutio Ammoni arsenicici Bietti.

Rp. Acidi arsenicici *P.* 10.

Solve digerendo in

Aquae desill. *P.* 20.

Solutis inter agitationem affunde

Ammoni caustici soluti *P.* 48.

Postquam mixtura refrixerit, admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 60.

Tum sedimentum crystallinum in infundibulo, cujus effluvium lana gossypina clausum est, collige, Spiritus Vini rectfss. paulo elue, postremo supra orbem porcellaneum disparsum per hebdomadem loco frigido (15—20° C.) sepone, ut Ammonum sponte avolet. Dein sepone loco tepido, donec sal siccum praebeat et Ammonum odore cognoscendum non amplius evadat. Sal residuum in lagenis obturatis caute serva.

Hoc sal est:

Ammonum arsenicicum neutrale,

formulae: $2(NH^4O),HO,AsO^5$.

Hujus salis *P.* 1,

soluta in

Aquae destill. *P.* 480

exhibet Solutionem Ammoni arsenicici Bietti.

Solutio Arseniatis ammonici
Ph. Norv.

Rp. Acidi arsenicosi *P.* 60. Capaciori porcellaneo vasi immissae coctione sol-

vantur in Acido hydrochlorico. Continuata coctione instilletur Acidum nitricum, quamdiu rubri vapores evolvuntur. Solutio ad siccum evaporetur, ita ut Acida et Aqua avolent. Remanens Acidum arsenicicum in Aqua solvatur et Liquore Ammoni caustici saturetur. Obtentae tunc Solutioni Ammoni arsenicici immisceatur Aquae quantum requiritur ad efficienda partium sex millia (6000). Partes 100 unam Acidi arsenicosi partem aequant. (Dosis periculosa est guttarum 20).

Solutio arsenicalis.

Solutio Fowleri.

Mixtura s Liquor arsenicalis. Solutio Arsenitis kalici. Kali arsenicosum solutum.

Rp. Arsenici albi in frustulis,
Kali carbonici puri sicci
aa *P.* 8.

Sedulo tritis et in cucurbitam vitream siccam (capacitatis partium circiter 800 et trutina examinatam) ingestis eo modo instilla

Aquae destillatae *P.* 12,

ut parietes vasis non humectentur, neque pulveris particulae iisdem adhaereant. Dein calore flammae Spiritus Vini, cucurbitam paulum movendo, ad ebullitionem usque calefac, ut liquor ebulliens massam pellucidam praebeat. Dein affunde

Aquae destill. *P.* 480,

agita et filtra, filtrum guttas aliquot Aquae destillatae instillando eluens. Tum admisce

Spiritus Angelicae compositi *P.* 30,
Spiritus V. rectif *P.* 90,
Aquae destill. quantum

requiritur, ut pondus totius mixturae exaequet

Partes 720.

Nota. Partes 90 liquoris contineant Arsenici albi Partem unam (Dosis periculosa = guttae 10.) *(Ph. Sax., Wrtb., Bav., Aust.)*

Nota. Si Aqua destill. est pura et vestigia ammoniacalia non continet, illa mixtio, loco frigido per longius tempus asservata, mucorem algasque non agit.

Ph. Sax., Wrtb., Bav., Austr. Loco Spiritus V. rectificati Aqua sumatur.

Ph. Hann. Loco Spiritus Angel. cp. sumatur Spiritus Lavandulae compositus.

Ph. Hass. Loco Spiritus Angelic. comp. sumatur Spiritus Lavandulae.

Ph. Hb., Sl. H Pondus totius liquoris exaequet Partes 960.

Ph. Germ. Acidi arsenicosi 8, Kali carbonici 8, Spirit. Angelicae comp. 32, Aq. dest. q s., ut mixturae pondus repleat *P.* 800.

Ph Belg. Arsenici, Kali carb. aa 10, Aq. Coloniensis 30, Aq. 950.

Ph. Suec., Dan Arsenici, Kali carb. aa 4, Spir. Lavand. 15, Aq. q. s., ut pondus liquoris exaequet. *P.* 480.

Ph. Norv. Arsenici 60, Kali carb. 84. Aq. q. s., ut pondus liquoris exaequet *P.* 6000. Dosis periculosa est gutt. 20.

Ph. Fenn. Acid arsenicosi, Kali carb. aa 1. Aq. dest. 120.

Ph. Brit. Acid. arsenicosi, Kali carb. aa 8, Tinct. Lavand. comp. 3, Aq. dest. q. s. ad replendas *P.* 960.

Ph. Bor. Acidi arsenicosi, Kali carbonici puri aa 1, Aquae 88.

Continet Solutio Fowleri

Ph. Hamb., — Slesv. Hols., — Brit., — Fenn., — Danicae, — Suecicae: Part. 1 AsO^3 in *P.* 120.

— Gallicae, — Belg., — Germ., — Norvegicae: Part. 1 AsO^3 in *P.* 100.

— Borussic., — Austriac., — Hannov., — Hassiac., — Bav., — Sax, — Wrtb., — Graeca, — mil. Austr.: Part. 1 AsO^3 in *P.* 90.

Solutio arsenicalis bromata.

Liquor Kali arsenicosi bromatus Dr. Clementis.

Rp. Acidi arsenicosi,
Kali carbonici puri aa *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 3.

In cucurbitam vitream siccam ingestae eadem ratione tractentur et coquantur, quae in praecepto ad Solutionem arseni-

calem (pag. 437) notata est. Liquori admixtis

Aquae destillatae frigidae P. 189,

instilla inter agitationem

Bromi P. 4.

Pondus totius mixtionis respondeat

Partibus 200,

ut partes centenae liquoris contineant Acidi arsenicosi partem unam. Serva in lagena epistomio vitreo munita loco frigido.

Solutio arsenicalis Heimii.

Paretur eodem modo atque Solutio arsenicalis Fowleri ex

Kali carbonici sicci,
Arsenici albi āā P. 60,
Spir. Angel. comp. P. 480, et
Aquae destillatae

tot partibus, quot ad

Partes 5760

complendas opus sunt.

Nota. Partes 96 solutionis continent Partem unam Acidi arsenicosi sive Arsenici albi.

Solutio Chinini sulphurici Ph. mil. Austr.

℞p. Chinini sulphurici,
Acidi sulphurici dil. āā P. 12,
Aquae destill. q. s.,

ut pondus solutionis exaequet

Partes 1440.

Solutio Gummi Arabici *Ph. Hann.*

Emulsio Gummi Arabici *Ph. Hann.*

℞p Gummi Arabici P. 1.

Solve in

Aquae destillatae P. 7.

Solutio Indigo.

Indigo solutum.

℞p. Acidi sulphurici fumantis P. 4.

In lagenam ampliorem infusis adjice

Indigo optimi pulv. P. 1.

Macera per quatuor dies, lagena embolo vitreo clausa, et saepius agita. Liquorem dein in lagenis vitreis clausis serva.

Solutio Indigo diluta.

℞p. Solutionis Indigo P. 1,
Aquae destill. P. 9.

Caute misce, sepone, decantha et serva.

Caeruleum lavatorium. Waschblau. Krystallblau.

℞p. Carmini caerulei P. 1.

Solve calore non adhibito in

Aquae destill. P. 50.

Solutio jodata Richteri.

℞p. Kalii jodati P. 1.

Solve in

Glycerini P. 2.

Solutioni adde

Jodi P. 1

et saepius agita. Tandem admisce

Spirit. V. rectfss. P. 1.

Solutio jodurata *Ph. Suec.*

Solutio Kalii jodati. Solutio Jodi aquosa.

℞p. Jodi P. 1,
Kalii jodati P. 2,
Aquae destill. P. 72.

Solve.

Ph. mil. Dan. Kalii jodat. 1, Aquae 32 et *Ph. mil. Suec.* 1 et 96.

Ph. mil. Austr. Kalii jod. 60, Jodi 45, Aq. q. s. ad partes 900 replendas.

Solutio Lapidis divini Kranichfeldii.

℞p. Cupri aluminati P. 1.

Contritae affunde

Aquae destill. P. 8.

Sepone per aliquot dies, saepius agita, tum filtra.

Solutio Morphini citrici.

Gouttes roses de Magendie.

℞p. Acidi citrici cryst. P. 2,
Morphini puri P. 4,
Aquae destillatae P. 150,
Tinct. Coccionellae P. 40.

M. et solve.

Solutio Natri arsenicici.

Solutio Arseniatis natrici *Ph. Norv.*

Paretur ad eundem modum ac Solutio Arseniatis ammonici, eo tamen discri-

minc, ut ad saturandum Acidum arsenicicum Solutio Natri carbonici adhibeatur. Partes 100 solutionis continent Acidi arsenicosi Partem unam. Dosis periculosa est 20 Guttarum.

Solutio Natri (Sodae) arsenicosi Harlessii.

Liquor antipyreticus Harlessii.

Paretur eodem modo atque Solutio arsenicalis Fowleri ex

Natri carbonici cryst.,
Arsenici albi $\widehat{aa}$ *P.* 3,
Aquae Cinnamomi *P.* 90,
et Aquae destillatae

tot partibus, quot ad

Partes 384

complendas opus sunt.

Nota. Partes 128 solutionis continent Partem unam Arsenici albi.

Solutio Solventis mineralis de Valangin.

De Valangins Solution of Solvent mineral.

Rp. Arsenici albi subt. pulv.,
Acidi hydrochlorici puri $\widehat{aa}$ *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 960.

Solve digerendo.

Nota. Liquoris Partes 320 continent Partem unam Acidi arsenicosi.

Solutio Strychnini.

Ph. mil. Austr.

Rp. Strychnini *P.* 1,
Aceti Vini *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 5760.

Solve et misce.

Solutio Tartari depurati.

Decoctum Crystallorum Tartari.

Rp. Tartari depurati pulverati Drachm. 1.

Solve in

Aquae destill. bullientis Drachm. 88.

Tum admisce

Syrupi Rubi Idaei Drachm. 8.

Ph. Hann.

Solutio vitriolata.

Liquor Villati.

Rp. Cupri sulphurici *P.* 1,
Zinci sulphurici *P.* 2,
Acet. plumbic. *P.* 4,
Acet. Vini *P.* 24.

Solve et misce. (Ad usum medicinae veterinariae.) Cf. Aqua stypt. Villati.

Sparadrapum adhaesivum St. Annae.

Rp. Colophonii *P.* 8,
Terebinthinae communis,
Olei laurini $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Elemi *P.* 2.

Colliquatae supra telam extendantur.

Sparadrapum adhaesivum gummatum.

Sparadrapum gummatum.

Rp. Gummi Arabici *P.* 15,
Sacchari albi *P.* 1.

Solve in

Glycerini *P.* 3,
Aquae destillatae *P.* 45.

Solutio sedimentando, decanthando colandoque depurata et calore balnei vaporis usque ad partes remanentes 40 redacta satis tingatur Rosanilino. Quo facto liquorem frigidum supra telam gossypinam tenuem, nigram vel colore roseo tinctam, et solutione diluta Glutinis fabrilis oblinitam eo modo extende, qui in praecepto ad Emplastrum adhaesivum Anglicum notatus est.

Sparadrapum commune.

Gestrichnes Heft-Pflaster.

Rp. Empl. Plumbi simpl.,
— Cerussae $\widehat{aa}$ *P.* 8,
Terebinth. Venet. *P.* 2,
Olei Terebinth. *P.* 1.

Leni calore colliquatae et mixtae supra telam gossypinam extendantur. Serva.

Ph. Belg. Empl. Plumbi 880, Tereb. Venet. 120.

Sparadrapum Lapidis calaminaris (Vogelii).

Rp. Lapidis calamin. pp. *P.* 10,
Cerussae pulv. *P.* 15,

Cerae flavae *P.* 20,
Medullae taurinae *P.* 15,
Sebi taurini *P.* 30,
Olei Olivarum *P.* 10.

Pinguedinibus et cera balnei aquae calore liquatis adde pulveres cum Oleo Olivarum tritos, ac linteum in massam immerge, ut illinatur. *Ph. Belg.*

Sparadrapum opiatum.

Taffetas (Sericum) opiatum. Johannesfliege. Johannespflaster.

Paretur aequali modo quo Sparadrapum adhaesivum gummatum, nisi quod solutionis gummosae evaporando concentratae Partibus 400 admisceantur

Morphini acetici *P.* 3,
Acidi acetici *P.* 2,
Extracti Opii aquosi *P.* 60,
Mixturae odoratae *P.* $^1/_{10}$.

Tela bombycina liquore gummoso opiato oblinita post siccationem et laevigationem dissecando dividatur in pannulos longitudinis pollicis unius et latitudinis pollicis $\frac{3}{4}$.

Usus. Sparadrapum saliva humectatum loco corporis doloribus (arthriticis vel rheumaticis) vexato applicatur.

Sparadrapum rubrum.

℞p. Cerae albae *P.* 16,
Terebinth. Venet. *P.* 8,
Cinnabaris pp. *P.* 1.

Colliquatis mixtisque tela imbibatur. *Ph. Belg.*

Sparadrapum stibiatum.

℞p. Picis Burgund. dep. *P.* 8,
Cerae flavae,
Colophonii āā *P.* 4,
Terebinthinae Venetae,
Olei Olivarum āā *P.* 1,
Tartari stibiati *P.* 2.

Tartarum stibiatum cum oleo tere et resinis liquatis admisce. Extende supra telam. *Ph. Belg.*

Sparadrapum viride.

Paretur uti Sparadrapum rubrum, nisi quod loco Cinnabaris Aerugo sumatur.

Species adstringentes.

℞p. Radicis Bistortae,
— Tormentillae,
Corticis Granatorum,
— Quercus āā *P.*

Concisas et contusas commisce. *Ph. Belg.*

Species Althaeae.

℞p. Herb. Althaeae *P.* 24,
Rad. Althaeae *P.* 12,
— Liquiritiae *P.* 6,
Flor. Malvae vulg. *P.* 2.

Concisas misce. *Ph. Austr.*

Ph. mil. Austr. Hb. Althaeae 2, Rad. Althaeae 1.

Species amarae.

Thea amara.

℞p. Herb. Cardui benedicti,
(— Chamaedryos),
— Absinthii,
— Centaurii min. āā *P.*

Concisas misce *Ph. Belg.*

Ph. milit. Dan. Bacc. Junip., Fol. Trifol., Fol. Sennae, Rd. Bardanae āā.

Ph. Norv. Ligni Guaj., Bacc. Junip., Fol. Trifol., Fol. Senn. āā.

Ph. Helv. Cort. Aurant., Hb. Absinth., Rd. Gent. āā.

Species amarae ad Aquam Vitae parandam.

Bittere Species zum Schnaps.

℞p. Pomor. Aurant. immat. *P.* 96,
Rad. Gentianae *P.* 64,
— Angelicae,
— Galangae,
Ligni Quassiae,
Cassiae cinnam. āā *P.* 8,
Caryophyll. aromat. *P.* 4.

Concisae et contusae conspergendo commisceantur cum

Olei Citri cort.,
— Aurantiorum cort.,
— Cassiae āā *P.* 1.

Species amaricantes.

℞p. Herb. Absinthii,
— Centaurii,
Cort. Aurantior. āā *P.* 8,

Herbae Trifolii,
— Cardui bened.,
Rad. Calami,
— Gentianae āā P. 4,
Cassiae cinnam. P. 1.
Concisas et contusas commisce. *Ph. Austr.*

Species anodynae Trilleri.

Spec. antispasmodicae Trilleri.

℞. Herb. Melissae,
— Menthae pip.,
— Millefolii,
— Salviae,
Flor. Chamomill. āā P. 4,
— Verbasci,
— Rhoeados,
— Sambuci,
— Tiliae,
Sem. Carvi,
— Cumini,
— Foeniculi,
— Anisi āā P. 1.
Contusae et concisae commisceantur.

Species antarthriticae Portlandii.

Portlands antarthritic powder.

℞. Rad. Gentianae,
Herb. Centaurii min.,
— Chenopodii,
Ligni Guajaci,
Rad. Asari āā P.
M. f. species minutissime concisae.

Species antiscorbuticae.

℞. Turionum Pini P. 3,
Herbae Millefolii,
— Absinthii,
Foliorum Trifolii,
Baccarum Juniperi,
Radicis Calami aromatici āā P. 1.
Concisae et contusae commisceantur.

Species aromaticae.

Species pro Cucupha. Spec. cephalicae. Spec. resolventes *Ph. Austr.*

℞. Herb. Majoranae,
Herb. Menth. pip.,
— Rorismarini,
— Serpylli,
Flor. Lavandul. āā P. 2,
Caryophyllorum,
Cubebarum āā P. 1.

Minutim concisas et contusas (a pulvere subtiliore liberatas) misce. Serva in vasis e lamina ferrea confectis clausis. *Ph. Hb., Hann., Wrtb., Hass., Germ.*

Ph. Sl. H. Cubebae omittendae sunt.

Ph. Bor. Hb. Menth. crisp., Hb. Meliss. āā 4, Flor., Lavand. 2, Caryophyll. 1.

Ph. Sax. Hb. Majoran. 2, Hb. Menth. pip., Hb. Rorismar., Hb. Serpyll., Flor. Lavand. āā 1.

Ph. Bav. Hb. Absinth., — Melissae., — Serpylli, — Salviae, — Menth. pip., Flor. Chamomill. āā.

Ph. Bad. Hb. Majoran., — Menth. pip, — Rosmarini, — Serpylli, — Origani, Flor. Lavand. āā.

Ph. Austr. Hb. Hyssopi, — Marrub., — Origani. — Rutae, — Saturej., — Scord., — Salviae, — Menth. crisp., Flor. Lavand. āā.

Ph. mil. Austr. Flor. Chamomill., Hb. Menth. pip. āā 1, Hb. Salviae 2.

Ph. Helv. Caryoph. 1, Flor. Lavand., Herb. Majoran., — Menth. cr., — Rorismar., — Salv., — Serpylli āā 2. Grosso modo pulverand.

Ph. Fenn. Caryoph. 1, Flor. Lavandul. 2, Hb. Meliss., Hb. Menth. p. āā 4.

Ph. Belg. Hb. Hyssopi, — Meliss., — Menth. crisp., — Origani, — Rorismar., — Salviae, — Serpylli, Flor. Chamom., Flor. Lavand. āā.

Species aromaticae pro Cataplasmate *Ph. Austr.*

℞. Spec. aromatic. q. s.
In pulverem grossum redige.

Species aromaticae ad Morsulos.

Species ad Morsulos. Morsellenspecies.

℞. Cassiae cinnamomeae P. 10,
Radicis Zingiberis,
Cardamomi min. āā P. 4,
Radicis Galangae,
Nucum moschatarum,
Caryophyllorum āā P. 2.
M. f. pulvis grossus.

℞p. Caryophyllorum *P.* 16,
Radicis Galangae,
Nucum moschat.,
Macidis āā *P.* 4,
Rad. Zingiberis *P.* 16,
Cassiae cinnam. *P.* 20.
Ad pulverem grossum contusis admisce
Florum Paeoniae,
— Rosarum rubr.,
— Calendulae,
— Cyani āā *P.* 2,
quae antea minutim concisae sunt.

Species ad Balnea.

℞p. Flor. Chamomillae,
— Lavandulae,
Herb. Menthae crisp.,
— Rorismarini,
— Serpylli,
Rad. Calami āā *P.*
Concisae misceantur. *Ph. Hann.*

Species bechicae s. pectorales.

Formula magistr. Berol. in usum pauperum.

℞p. Rad. Althaeae,
Fol. Farfarae āā *P.* 4,
Rad. Glycyrrhizae *P.* 2,
Fruct. Anisi vulg. *P.* 1.
Contus. concis. misceantur.

Species bechicae.

Fructus bechici. *Fruits pectoraux.*

℞p. Dactylorum,
Iujubarum,
Passularum majorum,
Caricarum āā *P.*
Concisae misceantur. *Ph. Gall.*

Species carminativae.

Blähung treibender Thee.

℞p. Sem. Anisi,
— Coriandri,
— Foeniculi,
— Carvi āā *P.* 2,
Natri bicarbonici,
Tartari natronati āā *P.* 1.
Contusae misceantur.

Espèces dites quatre semences chaudes. Semences carminatives.

℞p. Fruct. Anisi vulg.,
— Foeniculi,
— Coriandri,
— Carvi āā *P.*
Misce.

Species ad Cataplasma.

Species emollientes. Pulvis emolliens.

℞p. Herbae Malvae,
Rad. Althaeae,
Herb. Meliloti,
Sem. Lini āā *P.*

M. f. pulvis grossus. *Ph. Hb., Bad., Bor. vet.*

Ph. Austr. Loco Rad. Althaeae sumatur Herb. Althaeae.

Ph. Sl. II. adhuc admiscet Flor. Sambuci.

Ph. Sax. Flor. Chamom., Hb. Alth., Hb. Malv., Hb. Meliloti, Flor. Meliloti āā.

Ph. Wrtb. Hb. Alth., Rd. Alth., Hb. Malv. āā 4, Flor. Chamom., Flor. Samb. āā 2.

Ph. Bav. Hb. Alth., Rd. Alth., Hb. Malv. āā 1, Sem. Lini 2.

Ph. Hann., Germ. Flor. Chamom., Hb. Althaeae, Hb. Malvae, Hb. Meliloti, Sem. Lini āā.

Ph. Hass. Hb. Malv., Hb. Melilot., Flor. Chamom., Flor. Sambuci, Rd. Alth., Sem. Lini āā.

Ph. Helv. Flor. Chamom., Hb. Alth., Hb. Malv., Rad. Alth. āā 1, Sem. Lini 2.

Ph. Belg. Hb. Alth., Hb. Malv., Hb. Verbasci, Hb. Meliloti, Rd. Alth. āā. Concis. misce.

Ph. Suec. (Species ad Fomentum emolliens:) Flor. Chamom. 1, Hb. Malv. 4, Concisis admisce Sem. Lini pulv. 2.

Ph. Dan., Norv. Hb. Malv. 3, Herb. Meliloti, Flor. Samb., Flor. Chamom. āā 4, Rd. Alth. 5. Minutim concisis admisce Sem. Lini contus. 18.

Ph. mil. Austr. Furfuris tritic. 1, Farin. secalin. 2.

Ph. mil. Bor. Furfuris tritic., Placent. Sem. Lini āā.

Ph mil. Suec. Farinae secalinae, Sem. Lini pulv. āā.

Species ad Clysma (Enema) emollientes Kaempfii.

℞p. Rad. Althaeae *P.* 4,
Herbae Malvae,

Herbae Verbasci,
Flor. Chamomillae aa *P.* 3,
Sem. Foeni Graeci *P.* 1.
Concisae et contusae misceantur. *Ph. Hb.*

Species ad Clysma (Enema) viscerale
Kaempfii.

℞p. Herbae Taraxaci,
Rad. Valerianae,
— Taraxaci,
— Graminis,
Herbae Marrubii albi,
Florum Chamomillae aa *P.*
Concisae misceantur. *Ph. Hb.*

Ph. Dan. Rd. Tarax., — Gramin., — Valerian., Hb. Malv. silv., Flor. Chamomill. aa.

Ph. Sax. Rad. Tarax., — Saponar. — Valerian., — Gramin., Hb. Marrub., Flor. Chamom., Farin. tritic. aa.

Species ad Clysma Vogleri.
Clysma anodynum Vogleri.

℞p. Florum Verbasci,
Capit. Papaveris aa *P.*
Concisae misceantur.

Species demulcentes.
Thea demulcens.

℞p. Folior. Malvae,
Rad. Althaeae,
Sem. Cannabis aa *P.* 4,
Rad. Liquiritiae *P.* 1.
Concisas contusasque misce. *Ph. Norv., mil. Dan.*

Species diureticae.
(Species aperitivae.)

℞p. Rad. Ononidis,
Flor. Genistae aa *P.* 16,
Bacc. Juniperi *P.* 8,
Sem. Petroselini,
— Anisi aa *P.* 3.
Concisae et contusae misceantur. *Ph. Hb.*

Ph. Belg. Bacc. Junip. 3, Sem. Foeniculi, Rd. Liquirit. aa 1.

Form. mag. Berol. in usum paup.

℞p. Rad. Levistici,
— Ononidis,
— Liquiritiae,
Flor. Stoechadis citrinae,
Bacc. Juniperi aa *P.*
Concisae et contusae commisceantur.

Species diureticae
Diefenbachii.

℞p. Bacc. Juniperi *P.* 1,
Herbae Violae tricol. *P.* 4,
Rad. Levistici *P.* 2.
Concisae et contusae commisceantur.

Species ad Enema.
Species emollientes ad enema *Ph. Wrtb.*
Species pro Clysmate.

℞p. Herbae Althaeae *P.* 4,
Flor. Chamomill. *P.* 2,
Seminis Lini *P.* 1.
Concisas et contusas misce. *Ph. Hb., Hann.*

Ph. Wrtb. Partes eaedem Specierum emollientium ad cataplasma concisae.

Species febrifugae
(Weigersheimii.)
Fieberthee.

℞p. Herb. Trifolii fibr. *P.* 6,
— Absinthii *P.* 3,
Cort. Salicis,
Rad. Liquirit. aa *P.* 2,
Sem. Anisi stell. *P.* 1.
Contusae et concisae misce.

Species febrifugae stomachales.
Magenstärkender Fieberthee.

℞p. Herb. Trifolii fibr.,
Rad. Gentianae,
— Tormentill. aa *P.* 4,
— Galangae,
— Liquiritiae,
Sem. Anisi stell. aa *P.* 1,
Cassiae cinnam. *P.* 2.
Minutim contusas et concisas misce.

Species Florum pectoralium.
Quatre fleurs. Fleurs pectorales.

℞p. Flor. Althaeae,
— Malvae,
— Gnaphalii dioici,
— Verbasci aa *P.*
Concisae misceantur. *Ph. Belg.*

Ph. Gall. Flor. Malv. silv., Stoechad., Farf., Rhoead. aa.

Species ad Fomentum.

℞p. Strobilorum Lupuli *P.* 4,
Florum Chamomillae,
— Lavandulae,
Fol. Rorismarini,
Herb. Serpylli āā *P.* 1.

Concisae commisceantur. *Ph. Bor. vet., Hann.*

Species fumigatoriae templorum.

Encens d'église. Räucherspecies für katholische Kirchen.

℞p. Olibani *P.* 16,
Benzoës *P.* 3,
Storacis Calamitae,
Cort. Cascarill āā *P.* 2.

Minutim contusae misceantur, dein solutione calida, parata e

Natri nitrici *P.* 1/2,
Aquae communis,
Spirit. Vini āā *P.* 1,

conspergantur.

Species galactopoeae (Bergii).

Species lac provocantes Bergii.

℞p. Rad. Foeniculi *P.* 4,
Herbae Chaerefolii,
— Foeniculi,
— Anethi āā *P.* 3,
Sem. Foeniculi *P.* 2.

Contusas et concisas misce. *Ph. Hb.*

(Ad usum mercatorium.)

℞p. Herbae Hederae,
Radicis Polypodii,
Sem. Foeniculi āā *P.* 2.

Minutim concisae et contusae commisceantur.

Species ad Gargarisma.

Species emollientes ad gargarisma.
Species zum Gurgeln.

℞p. Herbae Althaeae,
Florum Malvae silv.,
— Sambuci āā *P.*

Concisas misce. *Ph. Bor. vet.*

℞p. Herbae Althaeae,
— Salviae āā *P.* 2,
Rad. Pimpinellae,
Flor. Sambuci āā *P.* 1.

Concisae misceantur. *Ph. Hb., Sl. H.*

Ph. Wrtb. Caric., Rd. Althaeae, Hb. Malv. 4, Flor. Sambuci 2, Flor. Malv. arb. Flor. Rhoead. āā 1.

Ph. Hann. Hb. Alth., Flor. Samb., Hb. Salv. āā.

Species ad Gargarisma adstringens.

℞p. Radicis Bistortae,
— Tormentillae,
Cort. fruct. Granat. āā *P.*

Concisae misceantur. *Ph. Hb.*

Species Gasteinenses.

℞p. Foliorum Sennae,
Rad. Liquirit. āā *P.* 24,
— Polypodii,
Flor. Malvae vulg.,
Sacchari āā *P.* 5,
Mannae *P.* 56.

M. f. species.

Species Helveticae.

Thea Helvetica. *Thé suisse.* Falltrank.

℞p. Herbae Absinthii,
— Betonicae,
— Melissae,
— Scordii,
— Hyssopi,
— Hederae,
— Millefolii,
— Veronicae,
Florum Arnicae,
— Millefolii āā *P.*

Concisae commisceantur.

Ph. Belg. Spec. aromat., Spec. pectoral. āā.

Species Herbarum de Le Roi.

Kräuter-Thee von *Le Roi.*

℞p. Flor. Millefolii,
Fol. Sennae āā *P.* 9,
Cort. Frangulae,
Herb. Farfarae,
Herb. Jaceae,
Herb. Centaurei,
Fol. Jugland. reg.,
Rad. Althaeae,

Rad. Graminis,
Rad. Liquiritiae aa P. 6.
Flor. Rhoeados,
Flor. Verbasci aa P. 3.
Cont., concis. misce.

Species Hierae picrae.

Heiligenbitter.

Rp. Aloës P. 24,
Rad. Asari P. 2,
Cubebarum,
Cassiae cinnam.,
(Mastiches),
Flor. Rosarum,
— Lavandul. aa P. 1.
Misce, f. pulvis grossus.

Species Juniperi.

Rp. Bacc. Juniperi P. 12,
Rad. Liquiritiae,
Sem. Anisi aa P. 1.
Consisas contusasque misce. *Ph. Norv.*

Species Infantium.

Kinderthee.

Rp. Cornu Cervi albissimi tornati et concisi P. 24,
Rad Liquiritiae. P. 6,
— Althaeae P. 1.
Minutim concisis admisce
Sem. Foeniculi non contusi P. 8.

Species laxantes Saint Germain.

Species Saint-Germain. *Thé de santé. Poudre de longue vie.*

Rp. Foliorum Sennae (extractione spirituosa a resina liberatorum) P. 16,
Florum Sambuci P. 10,
Seminis Foeniculi,
— Anisi aa P. 5,
Tart. depur. grosse plv. P. 3.
Minutim concisas et contusas misce. *Ph. Bor., Hb., Sl. H., Bav., Hann., Hass., Germ.*

Ph. Helv. admiscet loco Tartari Natro-Kali tartaricum contus.

Ph. Austr. Fol. Senn. sine resina 16, Flor. Sambuci 10, Sem. Foenic. Romani 5, Tart. dep. 3.

Nota. Pharmacopoeae praecipiunt, ut Tartarus speciebus inter dispensationem admisceatur.

Species Lignorum.

Species Decocti Lignorum. Species Guajaci comp. *Ph. Fenn.* Species sudorificae. *Espèces sudorifiques.*

Rp. Ligni Guajaci P. 4,
Rad. Bardanae,
— Ononidis aa P. 2,
— Liquiritiae echinat.,
Ligni Sassafras aa P. 1.
Concisas misce *Ph. Bor., Bav., Germ.*

Ph. Hb., Hann. Loco Rd. Ononidis sumatur Rd. Saponar.

Ph. Sax. Ligni Guaj 4, Rd. Bardan., — Saponar, — Caricis aren. aa 2, — Liquir., Ligni Sassafras aa P. 1.

Ph. Sl. H., Hass. Ligni Guaj. 18, — Sassaf., (*Ph. Hass*: et Ligni Juniperi) Rd. Bardan. — Caricis aren., — Liquir., — Saponar. aa 6, Sem. Anisi 1.

Ph. Bad. Ligni Guaj. 24, Rd. Bard. et Saponar. aa 12, Rd. Liquir., Ligni Sassaf. aa 6. Stip. Dulcam. 4. Sem. Anisi 1.

Ph. Wrtb Ligni Guaj. 9, — Sassafras, Rd. Liquir., — Junip., — Caricis aren, — Bardan., Stip. Dulcam. aa 3.

Ph. Fenn. Rd. Liquirit. 1, Rd. Chinae 2, Ligni Junip. 4, Ligni Guaj. 6.

Ph. Norv., (Dan.). Ligni Guaj. 24, — Sassafras, Rd. Bardan. aa 12, — Liquirit. 2, Stip. Dulcam. 6, Foeniculi 1.

Ph. Belg. Ligni Guaj. 4, Rad. Sarsaparill., Rd. Chinae aa 2, Rd. Liquir., Ligni Sassafras aa 1.

Ph. Austr. Rd. Bardan., — Sarsaparill. aa 6. — Liquir., Ligni Santali aa 3, — Junip., — Guaj. — Sassafras aa 12.

Ph. mil. Bor. Ligni Guaj., Rd. Graminis aa 4, Rd. Liquir. 1.

Ph. mil. Dan. Ligni Guaj. 8, Rd. Bardan. 4, Rd. Liquirit. 1.

Ph. Helv. Ligni Junip. 24, — Guaj. 16, — Santali — Sassafr., Rd. Liquir. aa 8, Fruct. Anisi, — Foeniculi aa 1.

Species ad longam vitam.

Species amarae Hjaerneri (Werneri).
Species zum Lebenselixir.

Rp. Aloës P. 12,
Boleti Laricis,

Rad. Rhei,
Croci,
Rad. Zedoariae,
— Gentianae,
— Galangae,
Myrrhae,
Theriacae āā P. 3.

Contusae et minutim concisae misceantur.

Ph. Suec. Croci 1, Rd. Zedoar., Agarici āā 2. Rd. Rhei 4, Rd. Gent., Myrrh. āā 8, Aloës, Theriacae āā 16.

Species Longovallenses.

Langenthaler Thee.

Rp. Flor. Calendulae,
Cornu Cervi rasp.,
Flor. Cyani āā *P.* 3,
Theae nigrae Sinensis *P.* 9,
Tragacanthae *P.* 1.

Concisas et contusas misce.

Species Mariae Thermarum.

Species Marienbadenses. Marienbader Thee.

Rp. Fol. Sennae *P.* 8,
Mannae electae *P.* 16,
Fol. Malvae silvestris,
Rad. Polypodii,
— Liquirit. āā *P.* 2,
Caricarum *P.* 3,
Sacchari albi *P.* 4.

M. f. spec.

Species narcoticae.

Rp. Herbae Belladonnae,
— Conii macul.,
— Hyoscyami,
Flor. Chamomillae āā *P.*

Grosse pulveratae misceantur. *Ph Hb.*
Ph. mil. Dan. Hb. Bellad, Hyosc., Conii āā.

Species nervinae

(Hufelandi.)

Rp. Rad. Valerianae,
— Caryophyllatae,
Herb. Menthae pip.,
Fol. Aurantii āā *P.*

Concisae misceantur.

Form. mag. Berol. in usum paup.

Rp. Fol. Menth. pip.,
Rad. Valerianae āā *P.*

Concisae misceantur.

Species ophthalmicae

Kranichfeldii.

Rp. Herb. Euphrasiae *P.* 8,
Flor. Sambuci *P.* 24,
— Lavandul. *P.* 1.

M. f. pulv. grossus.

Species pectorales.

Species Infusi pectoralis. *Espèces bechiques.* Brustthee.

Rp. Rad. Althaeae *P.* 24,
— Liquirit. echinat.,
— Iridis Florent.,
Herb. Hederae terrest.,
— Farfarae āā *P.* 12,
Flor. Rhoeados,
— Verbasci āā *P.* 6,
Sem. Anisi stell āā *P.* 3.

Concisas et contusas misce. *Ph Hb., Hann., Hass.*

Ph. Sl. H. admiscet Sem. Anisi stell. *P.* 6.

Ph. Bor. vet, Germ. Rd. Alth. 8, — Liquir. 3, — Iridis Flor. 1, Hb. Farfar. 4, Flor. Rhoead., — Verbasci, Sem. Anisi stell. āā *P.* 2 et *Ph. Sax.* 8—3—1—4—1—1—1.

Ph. Bor. ed. VII. Eaedem species, quae *Ph. Bor. vet.* praecipit, sine Flor. Rhoeados.

Ph. Bav. Similis praescriptio, atque quam Ph. Bor. vet., dedit, nisi quod loco Farfarae sumatur Herba Althaeae.

Ph. Bad Rd. Althaeae, Hordei mundati āā 4, Siliquae dulcis 12, Rad. Liquirit. 10, Sem. Anisi 2.

Ph. Wrtb. Rd. Althaeae 8, — Liquirit. 3, Flor. Tiliae, — Verbasci āā 2, Sem. Foeniculi 1.

Ph. Norv. Rd. Althaeae 6, — Liquir., Fol. Farfar., Flor. Sambuci, — Verbasci āā 3, Sem. Anisi 2.

Ph. Dan. Rd. Alth. 6, Rd. Liquir., Fol. Farf., Hb. Veronic., Flor. Verbasci, Flor. Sambuci āā 3, Sem. Anisi stell. 2.

Ph. Suec. Sem. Anisi stell. 1. Flor. Verbasci 4, Rd. Althaeae, Hb. Hyssopi āā 8, Hb. Cerefolii Hisp. 16. — *Ph. Fenn.* 1, 4, 8, 8 16 et Rd. Liquir. 8.

Ph. Belg. Flor. Althaeae, — Malv., —

Gnaphalii, — Verbasci āā 10, — Rhoead. 5, Hb. Althaeae 55.

Ph. Austr. Hb. Hepat., — Pulmon., — Scabios., Rd. Liquir., — Alth., Hord. mundat., Siliquae dulc., Caric. āā 36, Flor. Verbasci, — Malvae silv. āā 3, Sem. Anisi stell. 1.

Ph. milit. Bor. Rd. Alth., Hb. Farfarae āā 4, Rd. Liquir. 2, Sem. Anisi 1.

Ph mil. Dan. Fol. Malv., Flor. Samb. āā 2, Rd. Alth., Rd. Liquir. āā 1.

Ph. Helv. Rd. Alth. 8, Rd. Liquir. 3, Flor. Tiliae, Flor. Verbasci āā 2, Fruct. Foenic. 1.

Species pectorales demulcentes.

Weißer Brustthee.

Rp. Rad. Althaeae *P.* 8,
— Liquiritiae *P.* 2,
Sem. Foeniculi *P.* 1.

Concisae et contusae misceantur. *Ph. Hb.*

Species pectorales cum fructibus

seu Viennenses s. Wyrtembergenses.

Rp. Specierum pectoralium officinalium *P.* 16,
Siliquarum dulcium *P.* 6,
Sem. Hordei excorticati,
Caricarum āā *P.* 4.

Concisae misceantur. (*Suppl Ph. Bor. Schachtii.*)

Ph. Bav. Caric. 15, Siliquae dulc. 8, Fruct. Prunor. sicc. 20, Jujub. 12, Dactyl. (sine nucleis) 10, Rd. Liquir. 8, Sem. Hordei perlati, Passul. minor. āā 9, Hb. Capill. Veneris 6, Hb. Hyssopi, — Veronic. āā 4.

Ph. Wrtb. Jujub., Passul. min., Dactyl. (sine nucleis), Siliquae dulc., Caric., Sem. Hordei perlati āā 4, Hb. Capill. Veneris 3, Rd. Liquirit. 2, Hb. Hyssopi 1.

Ph. Helv. Hb. Asperulae odoratae, Hb. Capill. Veneris, Hb. Hyssopi, Hb. Veronicae, Rd. Alth., Rd. Liquir. āā 1, Jujub., Passul. min., Sem. Hordei excort., Siliquae dulcis āā 2, Caric. 4.

Ph. Sax. Caric. 22, Passul. min. 8, Sem. Hordei excort. 6, Rd. Liquir., — Alth., Hb. Farfar. āā 4, — Hyssopi, — Capill. Veneris āā 1.

Species pectorales resolventes.

Rp. Spec. pectoral. demulcentium *P.* 12,
Rad. Senegae *P.* 2,
Flor Arnicae *P.* 1.

Concisae misceantur. *Ph. Hb.*

Species pectorales Richteri.

Rp. Ligni Sassafras *P.* 12,
Herbae Basilici,
— Betonicae,
— Hyssopi,
— Veronicae,
— Melissae āā *P.* 8,
Radicis Liquiritiae,
— Polypodii,
— Chinae āā *P.* 6,
Corticis Citri *P.* 4,
Cassiae cinnam. *P.* 2,
Sem. Amomi,
— Anisi vulg.,
— Foeniculi āā *P.* 1.

Concisae et contusae misceantur.

Species Puerperarum.

Species pro potu Infantium *Ph. Helv.* *Thé de femme en couche.* Kindbettthee.

Rp. Flor. Malv. silvestr.,
— Paeoniae,
— Primulae,
— Tiliae sine bracteis āā *P.* 1,
Rad. Liquiritiae,
Siliquae dulcis āā *P.* 4,
Fruct. Foeniculi,
— Anisi āā *P.* 2,
Cornu Cervi tornati *P.* 12.

Comminutae commisceantur.

Species purgantes.

Ph. paup. Berol.

Rp. Natri sulphurici cryst. *P.* 8,
Folior. Sennae *P.* 1.

Contusae et concisae misceantur.

Nota. Dosis = 34 Grammata (9 Drachm. p. m. Noric.).

Species resolventes

(externae).

Species discutientes.

Rp. Herb. Majoranae,
— Menthae pip.,

Herb. Origani vulg.,
— Melissae aa *P.* 2,
Flor. Chamomillae,
— Lavandulae,
— Sambuci aa *P.* 1.

Minutim concisae misceantur. *Ph Hb.*

Ph. Bor. vet et Suppl. Ph. Bor. omittunt Herbas Majoranae et Menthae piperitae.

Ph. mil. Bor Hb. Absinth., — Menth. crisp. aa 2, Flor. Chamom., — Sambuci aa 1.

Ph. Hass. Hb. Absinth., — Menth. cr., — Menth. p, — Rutae, — Salv., — Sabin. aa 3, Flor. Chamom., — Samb., — Lavand. aa 2, Sem. Anisi, — Carvi aa 1.

Ph. Bad. Hb. Meliss., — Rutae, — Origani vulg. aa 3, Flor. Lavand., Flor. Samb. aa 1.

Ph. Wrtb. Flor. Chamom., — Samb. aa 6, Farinae leviter tostae Tritici Speltae (Dinkel) 3, Fabar. alb. 1. Fiat pulv. grossus.

Ph Norv. Hb. Absinth., — Meliss., — Menth. — Origani, Flor. Chamom., — Samb., — Lavand. aa.

Ph. Suec., Fenn. Strobilorum Lupuli 1, Hb. Menth. crisp., — Absinth. aa 2.

Ph. Hann. Hb. Absinth., — Origani aa 6, Flor. Chamom., — Lavand., — Samb. aa 2.

Ph. Sax. Hb. Menth. p., — Origani, Flor. Chamom., — Lavand., — Samb. aa.

Ph. Sl. H. Hb. Absinth., — Meliss, — Menth. p., — Origani aa 4, Flor. Chamom., — Sambuci aa 3, Bacc. Lauri 2.

Ph. Dan. Hb. Absinth., — Meliss., — Menth. p., — Origani aa 8, Flor. Chamom., — Samb., — Lavand. aa 3.

Ph. mil. Dan. Hb. Absinth., — Menth. p., Flor. Chamom., — Samb. aa.

Species sopientes
Clinici.

Species sopientes ad Cataplasma.

Rp. Herbae Hyoscyami,
— Conii aa *P.* 1,
Seminis Lini *P.* 4.

M. f. pulv. grossus.

Species ad suffiendum.

(Species pro fumo.) Species fumales *Ph. Dan.*

Rp. Olibani,
Benzoës,
Succini aa *P.* 3,
Flor. Lavandulae *P.* 1.

Contusae et minutim concisae misceantur. *Ph. Bad., Bor. vet.*

Ph. Hann. vet. adhuc admiscet Flor. Rosar. rubr. *P.* 1.

Ph. mil. Bor. Succini et Olibani aa.

Ph. Dan. Styracis Calamitae, Benzoës aa 120, Olibani, Succini aa 60, Olei Citri, Olei Lavand. aa 1.

Species ad suffiendum granulatae.

Species fumales granulatae.

Rp. Mastiches,
Benzoës,
Olibani aa *P.* 5,
Opobalsami,
Succini aa *P.* 3.

Pulveratae et liquatae per cribrum e lamina ferrea confectum fundantur, ita ut guttatim in aquam delabantur. Guttulae colligantur et ope Chartae bibulae ab aqua adhaerente liberentur.

Species stomachicae.

Rp. Herb. Menth. crisp.,
— Absinthii,
Flor. Chamomillae,
Sem. Cumini aa *P.* 1.

Contusae concisaeque misceantur. *Ph. Norv.*

Species Wundramii.

Rp. Herb. Thymi *P.* 2,
Aloës *P.* 1,
Rad. Rhei *P.* 8,
Magnes. sulphuric. *P.* 12.

M. f. pulvis valde grossus.

Spiritus Absinthii.

Rp. Olei aeth. Absinthii *P.* 4,
Spirit. V. rectf. *P.* 480.

M.

Aequali modo parentur:

Spiritus Anisi.
— **Aurantii** florum,
— **Chamomillae,**
— **Calami,**
— **Carvi,**
— **Caryophyllorum,**
— **Cinnamomi,**
— **Citri,**
— **Foeniculi,**

Spiritus Juniperi,
— **Lavandulae,**
— **Menthae** crispae,
— **Pimentae,**
— **Pulegii,**
— **Rosarum,**
Suppl. Ph. Bor. Schachtii: Ol. Rosar. 3, Sp. V. rectf. 480.
— **Rorismarini,**
— **Sabinae,**
— **Salviae,**
— **Serpylli,**
— **Thymi.**

Spiritus aethereus.

Aether spirituosus. Spiritus sulphurico-aethereus. Spiritus Aetheris.

Rp. Aetheris *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 3.

Misce. *Ph. Bor., Austr., Bav., Hb., Hann., Hass., Germ., Helv., Dan.* etc.
Ph. Brit., Suec., Fenn. Aeth. 1, Spirit. 2.
Ph. Batav. Aeth. et Spirit. āā.
Ph. Belg. Aeth. 468, Spirit. 532.

Spiritus aethereus camphoratus.

Liquor nervinus (Bangii).

Rp. Spiritus aetherei *P.* 60,
Camphorae *P.* 5.

Solve. *Ph. Hb., Fenn.*
Ph. Dan., Hann., Sl. H., Norv., Suec. Spir. aeth. 6. Camph. 1.

Spiritus aethereus Fuchsii.

Spiritus sulphurico-aethereus oxygenatus Fuchsii.

Rp. Mangani oxydati nativi in frustulis parvis *P.* 3.

In cucurbitam vitream amplam immissis affunde mixturam frigidam, miscendo ex
Acidi sulphurici conc. *P.* 2
et Spirit. V. rectfss. *P.* 10
paratam. Excipulum, dum bene refrigeratur, leni calore destillent circiter *P.* 9. Liquor destillatus cum
Natri carbonici soluti
ea quantitate conquassando misceatur, donec acidum adhaerens ademptum sit. Tum liquor decanthetur et calore balnei vaporis rectificetur.

Spiritus aethereus martiatus s. ferratus.

Spiritus chlorato-aethereus ferratus. Spiritus Ferri chlorati aethereus. Liquor anodynus martiatus. Tinctura Ferri chlorati aetherea *Ph. Germ.* Alcohol aethereus ferratus. Tinctura nervina s. tonico-nervina Bestuscheffii.

Rp. Ferri sesquichlorati soluti, pd. spec. 1,48, *P.* 1,
Spiritus aetherei *P.* 14.

Mixtae in lagenis e vitro coloris experte conflatis cylindricis obturatis solis radiis exponantur, donec color e fusco flavus omnino evanuerit. Tum lagenae loco umbroso seponantur, donec mixturae color sit subflavus. Serva in lagenis embolis vitreis munitis. Liquor sit limpidus subflavus. *P.* 100 contineant circiter *P.* 1 Ferri. *Ph. Bor., Germ.*

Ph. Bav., Hass. 1 et 16. *Ph. Hann.* 3 et 32.

Ph. Fenn. Ferri sesquichl. in frustulis 1, Sp. aeth. 12.

Rp. Ferri sesquichlorati soluti *P.* 1,
Aetheris *P.* 2.

Conquassando bene misceantur et seponantur. Aetherem tunc decantha et Partem unam ejusdem commisce cum
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.
Miscelam hanc, in vitra longiora infusam, tamdiu radiis solis expone, donec coloris expers sit. Tum liquorem per aliquod tempus loco obscuro repone, ut colorem pallide luteum adipiscatur, et in lagenis epistomiis vitreis obturatis serva. *Ph. Hb. (Dan., Wrtb.).*

Ph. Helv. Ferri sesquichlorati 1, Aeth. 2. Conquassa. *P.* 1 liquoris decanthati commisce c. Alcoholis absoluti *P.* 2. Insolatio ne efficiatur.

Spiritus Aetheris acetici.

Spiritus acetico-aethereus. Spiritus anodynus vegetabilis.

Rp. Aetheris acetici *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

M. *Ph. Bor. vet., Bad., Wrtb., Hass., Hann.*

Aether aceticus
ad usum mercatorium.

℞p. Aetheris acetici *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.

M.

Nota. Mixturae acescenti adjice crystalla nonnulla Kali tartarici.

Spiritus Aetheris chlorati.

Spiritus muriatico-aethereus. Spiritus Salis dulcis.

℞p. Mangani hyperoxydati nativi, in frustula comminuti, q. s.,

quo cucurbita vitrea ad collum usque repleatur. Dein affundatur mixtura parata ex

Acidi hydrochlorici crudi (pond.spec.circiter1,170) *P.* 6 et
Spiritus V. rectfss. *P.* 24,

vel hujus mixturae ea quantitas, ut cucurbita illa ad dimidium circiter repleta sit. Cucurbita ad collum usque aquae frigidae immersa conjunctaque cum tubo refrigeratorio, destillatio fiat, quamdiu calore aquae bullientis aliquid transit.

Liquor destillatus, si reactionis acidae invenitur, adjecta quantitate sufficiente Natri bicarbonici pulv., calore balnei aquae bullientis rectificetur, quamdiu aliquid destillat.

Sit liquor limpidus, coloris expers, ponderis specifici 0,835 ad 0,845.

Nota. Manganum hyperoxydatum post destillationem aqua abluatur, siccetur et ad usum servetur.

℞p. Natrii chlorati *P.* 5,
Mangani hyperoxydati nativi, in frustula comminuti, circiter *P.* 40.

In cucurbitam vitream ingestis affunde mixturam paratam ex

Acidi sulphurici Angl. *P.* 7,
et Spirit. V. rectfss. *P.* 24.

Tum destillatio iisdem cautelis efficiatur, quae in praecepto praemisso notatae sunt.

Spiritus Aetheris nitrosi.

Spiritus nitrico-aethereus.

℞p. Kali nitrici depurati pulverati *P.* 4.

In cucurbitam vel retortam vitream immissis affunde miscelam frigidam, paratam ex

Acidi sulphurici concentrati Angl. *P.* 4 et
Spiritus V. rectfss. *P.* 18.

Vase destillatorio cum tubo refrigeratorio (porcellaneo) conjuncto et excipulo adaptato, instituatur destillatio calore balnei vaporis, donec

Partes 16

elicitae sint, quae conquassentur cum

Magnesiae hydrico-carb. *P.* 1/3

vel q. s. ad hebetandum acidum et seponantur per aliquot horas.

Liquor decanthatus et filtratus calore balnei vaporis rectificetur, ut

Partes 14

primum transeuntes et mixtae colligantur, tum statim in vitris minoribus, optime obturatis et plane repletis, loco frigido asserventur.

Sit liquor limpidus, coloris expers aut parumper flavescens, p. spec. circiter 0,840.

Nota. Si destillationem ex arenae balneo instituis, illa lenissimo calore efficiatur. Excipulum semper sine luto adaptetur.

Ad Spiritum Aetheris nitrosi ab acido liberandum nonnulla crystallula Kali tartarici adde et macera, tum decantha.

℞p. Spiritus Vini rectfss. *P.* 12.

Ingestae in retortam aut cucurbitam vitream simul cum

Acidi nitrici crudi *P.* 4

destillent, ut eliciantur

Partes 10.

Quod destillavit cum Magnesia hydricocarbonica ad hebetatum acidum usque conquassetur, dein decanthatum calore balnei vaporis rectificetur.

Spiritus Ammoni causticus Dzondii.

Liquor Ammoni causticus Dzondii (Ebersli).
Liquor Ammoni causticus spirituosus s. alcoholicus. Spiritus Dzondii.

℞p. Liquoris Ammoni caustici duplicis (p. spec. 0,924 —0,925) *P.* 25.

In cucurbitam vitream infundantur, ita ut ejus capacitatis partes duae (e tribus) circiter repletae sint. Cucurbitam ope tubi vitrei curvati cum lagena lavatoria minore, cui tubulus securitatis impositus

est, et hanc lagenam cum excipulo eadem ratione conjunge, ut tubus vitreus, gas conducens, fundum excipuli fere petat.

Lagena lavatoria contineat

Spirit. V. rectfss. *P.* 1,

et excipulum, bene refrigerandum,

Spiritus Vini (p. spec. 0,825 —0,830) *P.* 20.

Leni calore (30—40° C.), ope flammae minoris Spiritus Vini effecto, gas e liquore Ammoni caustici duplici extricetur, donec pondus fluidi excipientis aequet Partes 22 (aut donec volumen Spiritus Vini Partium 20 ad Partes 22½ auctum sit.)

Liquoris 100 Partes contineant circiter 10 Partes Gasis Ammoni anhydri; aut 75 Partes Acidi tartarici crystallisati sufficiant ad saturandas Partes 174—176 Spiritus caustici Dzondii. Pond. spec. 0,810—0,815.

Ph Bav. Liq. Amm. caust. 1, Spir. V. rectfss. 2. Misce. *Ph. Fenn.* 1 et 3.

Spiritus ammoniato-aethereus Clinici.

Rp. Spirit. Menthae,
— Serpylli,
— Rorismarini,
— Lavandulae aa *P.* 4,
Mixturae ol. balsamic. *P.* 1,
Liq. Ammoni anisati *P.* 2.

Spiritus Angelicae compositus.

Spiritus theriacalis. Spirit. Angelicae comp. camphoratus *Ph. Hann.*

Rp. Olei Angelicae *P.* 3,
— Valerianae,
— Junip. bacc. aa *P.* 1,
Camphorae *P.* 36,
Spiritus V. rectf. *P.* 1728.

Solve et misce.

Spirit. Angelicae comp. *Ph. Hann.*: Camphora omittatur.

Ph. Germ. Rd. Angelicae 16, Rd. Valerian., Fruct. Juniperi aa 4. Contusis concisique aff. Spir. V. rectf. 100, Aquae 100. Destillando eliciantur 100, in quibus solvantur Camphorae 2.

Spiritus antiparalyticus.

Spiritus paralyticus.

Rp. Spiritus camphorati *P.* 16,
Liq. Ammoni caustici,
— Ammoni carbonici pyro-oleosi aa *P.* 4,
Olei Juniperi bacc.,
— Succini rectf. aa *P.* 1.

M. *Ph. Norv., (Dan.).*

Spiritus Armoraciae compositus.

Spiritus antiscorbuticus.

Rp. Rad. Armoraciae rec.,
Cort. Aurant. aa *P.* 40,
Semin. Myristicae *P.* 1.

Concisis contusisque affunde

Spirit. Vini rectf. *P.* 150,
Aquae *P.* 50.

Tum destillent *P.* 160. *Ph. Brit.*

Spiritus aromaticus.

Aqua Coloniensis. Spiritus Millefolii comp. *Ph. Fenn.*

Rp. Spiritus V. rectfss. *P.* 576,
Olei Bergamottae,
— Citri cort. aa *P.* 6,
— Lavandulae *P.* 3,
— Neroli *P.* 4.

Misce, sepone per aliquot dies et filtra. *Ph. Hb., Bav.*

Ph. Austr. Fol. Meliss. 18. Flaved. Citri rec. 4, Fruct. Coriandri 8, Cardamomi min., Sem. Myrist., Cort. Cass. cinn. aa 2, Rd. Angel. 1, Spir. V rectf. 72, Aq. 96. Post macerat. destillent 72.

Ph. Germ. Rhiz. Zingiber., Zedoariae et Calami aa 4, Sem. Myrist., Fruct. Anisi stell. aa, 2, Flor. Cham. Rom., Fol. Menth. p. aa 6, Cort. Aurant. 4, Spir. V. rectf., Aq. aa 50. Destillent 50.

Ph. Helv. Olei Aur. cort. 6, — Berg., — Citri aa 12, — Naphae, — Lavand., — Rorism. aa 1. Spir. V. rectfss 1056, Aq. 264. Destillent 990.

Ph. Fenn. Fol. Rorism., Hb. Thymi aa 1, Summit. Millef. 3, Spir. V rectf., Aq. aa 16. Macera, tum destillent 16.

Rp. Spirit. V. rectfss. *P.* 576,
Olei Bergamottae *P.* 9,
— Citri cort. *P.* 6,
— Caryophyllorum,
— Lavandulae aa *P.* 3,
— Cassiae cinnam.,

Aetheris acetici aa *P.* 1.
Misce, sepone et filtra.

Spiritus aromaticus acetatus *Ph. Fenn.*
Spiritus Millefolii acetatus.

Rp. Aceti Vini *P.* 1,
Spirit. Millefol. comp. *P.* 2.
M.

Spiritus balsamicus Fioraventi.
Balsamum Fioraventi. Spirit. polyaromaticus. *Baume de Fioraventi.*

Rp. Balsami Peruviani,
Olei Terebinthinae rectif.,
— Cassiae,
— Caryophyllorum,
— Juniperi,
— Macidis,
— Thymi aa *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 500.
Misce et filtra.

Spiritus ad Balnea.
Badespiritus.

Rp. Spiritus saponati *P.* 480,
— V. rectfss.,
Mixt. oleoso-balsamic. aa *P.* 120,
Olei Calami *P.* 6.
M. Balneis singulis admiscentur Unciae 3.

Spiritus Bohemi.
Guttae odontalgicae Bohemi.

Rp. Olei Caryophyllor. *P.* 60,
Spirit. V. rectfss. *P.* 120,
Camphorae *P.* 10.
Misce et solve.

Spiritus Bryoniae compositus.
Aqua Bryoniae comp.

Rp. Olei Rutae *P.* 2,
— Sabinae,
— Menthae crispae,
— Chamomillae,
— Aurant. cort. aa *P.* 1,
Tinct. Castor. Canad. *P.* 30,
Aquae Bryoniae *P.* 480.
Misce et cola.

Nota. Aqua Bryoniae destillando paratur e radice recente *P.* 2, Spirit. V. rectf. *P.* 3, Aq. q. s. Destillati sint *P.* 12.

Spiritus Cajaputi *Ph. Brit.*

Rp. Olei Cajaputi *P.* 1v,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 9v.
Misce.
Aequali modo parentur
Spirit. Juniperi
— Lavandul.
— Menth. p.
— Myristicae (ex Oleo Nuc. mosch. aeth.)
— Rorismarini
} *Ph. Brit.*

Spiritus camphorato-crocatus.
Elixir comphoratum Hartmanni.

Rp. Spirit. camphorati *P.* 23,
Tincturae Croci *P.* 1.
Misce.
Suppl. Ph Bor. Schachtii 12 et 1.
Ph. Hb. Spirit. camph. Unc. 1, Tinct. Croc. Gutt. 10.

Spiritus camphoratus.
Tinctura Camphorae. Spiritus Vini camphoratus.

Rp. Camphorae incisae *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. rectfss. *P.* 9.
Dein admisce
Aquae destill. *P.* 3.
Post agitationem solutio filtretur. *Ph. Bor, Bad., Bav., Wrtb., Hb., Hann., Hass., Sax., Sl. H., Helv., Batav., Dan. (Ph. Germ.* 1,7,2).
Ph. Norv. Camph. 1 et Sp. V. rectf. 9; *Ph. Austr.* 1 et 6; *Ph. Suec.* 1 et Spir. V. rectfss. 16; *Ph. Belg.* 77 et 923. *Ph. Fenn.* 1 et 16, *Ph. Brit.* 1 et 9v.

Spiritus carminativus Sylvii.
Alcoholatum aromaticum *Ph. Belg.*

Rp. Olei Majoranae,
— Cassiae cinnamom.,
— Macidis,
— Caryophyllorum,

Olei Coriandri āā *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 600.
Misce, sepone et filtra.

Spiritus cephalicus Gromnitzkii.

℞p. Camphorae *P.* 8,
Olei Menthae pip. *P.* 3,
Balsami Vitae Hoffm. *P.* 2,
Spirit. V. rectificatissimi *P.* 26.
Solve, misce et filtra.

Spiritus Chloroformii.

℞p. Chloroformii *P.* 2,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 22.
M. *(Ph. Brit.)*

Spiritus Cochleariae.

℞p. Herb. Cochleariae florentis recentis conc. *P.* 8,
Spiritus V. rectfss. *P.* 3,
Aquae q. s.
Destillando elice *P.* 4. *(Ph. plurimae).*

℞p. Olei Cochleariae *P.* 2,
Spirit. V. rectf. *P.* 480.
M.

Spiritus Cochleariae compositus.

Aqua antiscorbutica Sydenhami.

℞p. Olei Menthae crispae,
— Aurantior. cort.,
— Salviae,
— Macidis āā *P.* 1,
Spiritus Sinapis *P.* 10,
— Cochleariae,
— Vini rectf. āā *P.* 480.
M.

Ph. Sl. H. Spir. Cochleariae 12, Liq. pyrotartarici 8, Acidi sulph. Angl. 1. Destilla e retorta vitrea ad siccum.

Spiritus Conii.

℞p. Herbae Conii maculati florentis recentis *P.* 10.
Concisis et in vesicam destillatoriam immissis affunde
Spirit. V. rectf. *P.* 10,
Aquae q. s.
Destillando elice Partes 10.

Spiritus Formicarum.

℞p. Formicarum recens collectarum *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 2,
Aquae *P.* 1.
Destillando elice *P.* 2. *Ph. Hann., Hass., Germ., (Helv.)*

℞p. Acidi formicici *P.* 4,
Aetheris acetici *P.* 1/2,
Spiritus V. rectfss.,
— — rectf. āā *P.* 8.
M.

Spiritus Formicarum compositus.

Eau de Magnanimité.

℞p. Olei Cass. cinn. *P.* 5,
— Caryophyll.,
— Cubebarum,
— Cardamomi āā *P.* 2,
Spirit. Formicarum *P.* 1500.
M. et filtra.

Spiritus Frumenti.

Spiritus Vini simplex. Kornbranntwein.

℞p. Spiritus V. rectf.,
Aquae destill. āā *P.*
M.

Spiritus Gari.

Alcoolat de Garus.

℞p. Olei Cassiae cinnam.,
— Caryophyllorum,
— Macidis āā *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 640,
Aquae Aurantii flor. *P.* 320.
Misce.

Spiritus Juniperi

Ph. Hamb.

℞p. Olei Junip. bacc. *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 43.
Misce.

Eodem modo parentur:

Spirit. Lavandul. *Ph. Hb.*

Spirit. Rorismarini *Ph. Hb.*
— **Sabinae** *Ph. Hb.*

Spiritus Juniperi compositus.

℞p. Olei Junip. bacc. *P.* 3,
— Foeniculi,
— Carvi āā *P.* 2,
Spiritus V. rectf. *P.* 480.
M.

Spiritus Kellermannii.

℞p. Resinae Guajaci *P.* 80,
Camphorae *P.* 160,
Opii pulv. *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 2400.
Digere et filtra.

Spiritus Kreosoti.

Kreosotum venale.

℞p. Kreosoti *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 2.
Misce. *Ph. Hb.* 1 et 3.

Nota. Ad dolores dentium sedandos loco Kreosoti puri caute porrigatur.

Spiritus Lavandulae compositus.

Essentia Lavandulae. Tinctura Lavandulae composita. *Lavender's drops.*

℞p Spirit. V. rectfss. *P.* 384,
Cassiae cinnamomeae,
Nucum moschat. āā *P.* 4,
Ligni Santali rubri *P.* 3.
Digere per octo dies, filtra et adde
Olei Lavandulae *P.* 6,
— Rorismarini *P.* 2.

℞p. Tinct. aromat., Tinct. Ratanh., Spirit. Lavand., Spirit. Rorismar. āā *P.* 1, Spirit. V. rectfss. *P.* 3. M. et filtra.

Ph. Hann. Spir. Lavand. 96, Spir. Rorism. 32, Cort Cinn Ceyl., Nuc. moscb. āā 1, Ligni Sant. rubri 2. Digere per 3 dies et filtra.

Ph. Dan. Flor. Lavand. 36, Cort. Citri recent. 3, Spir. V. rectf. 144, Aq. q. s. Post macerationem destillent 144, in quibus per triduum digerantur: Cort. Cinnam. 3, Caryoph., Cubeb. āā 1, Ligni Sant. rubri q. s. ad tincturam tingendam. Filtra.

Ph. Brit. Ol. Lavand. 2*v*, Ol. Rorism. ½*v*, Cinnam. Ceyl. 5, Nuc. mosch. 5, Ligni Sant. rubri 10, Sp. V. rectfss. 320*v*. Colat. filtrat. = 320*v*.

Spiritus Lumbricorum.

Regenwürmerspiritus.

℞p. Ammoni carbonici pyro-oleosi *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. rectf. *P.* 288.

℞p. Liquoris Ammoni carbon. pyro-oleosi *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 48.
Misce.

Spiritus Mastiches compositus.

Spiritus matricalis.

℞p. Mastiches,
Myrrhae,
Olibani āā *P.* 1.
Contusis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 24.
Macera per 24 horas, et destillando elice
Partes 18.
Ph. Bor. vet., Hann.

Spiritus Mathioli.

℞p. Aquae aromaticae,
Aquae Cinnam. vinos.,
Aquae Coloniensis,
Spirit. Rorismarini āā *P.*
M. et filtra.

Spiritus Melissae.

Melissengeist.

℞p. Olei Melissae *P.* 2,
— Citri cort. *P.* 4,
Spiritus V. rectfss. *P.* 960.
Misce.

Spiritus Melissae compositus.

Aqua carmelitana s. Melissae composita.
Karmelitergeist.

℞p. Olei Melissae,
— Citri cort. āā *P.* 3,
— Macidis,
— Caryophyllor.,
— Cassiae cinn. āā *P.* 2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1000.
Misce et filtra.

Hic Spiritus saepe Tinctura Croci tingitur.

Ph. Germ. Fol. Meliss. recent. 48, aut si desint, siccator. 14, Cort. Citri 12, Fruct. Coriandri, Sem. Myrist. āā 6, Cort. Cass. cinn., Caryoph. āā 3. Spir. V. rectf., Aq. āā 200. Destillent 200.

Ph. Helv. Caryoph., Cort. Cinn. Ceyl., Rd. Angel. āā 1, Sem. Myrist., Fruct. Coriandri āā 2, Cort. Citri 4, Hb. Meliss. 12, Spir. V. rectfss. 80, Aq 40. Destillent 96.

Spiritus Melissae Dardelii.

Eau de Dardel.

℞p. Spirit. Menth. pip.,
— Rorismar. āā *P.* 4,
— Salviae,
— Thymi āā *P.* 3,
— Melissae comp. *P.* 6.

Misce.

Spiritus Menthae piperitae concentratus.

Tinctura s. Essentia Menthae piperitae Anglorum.

℞p. Spiritus V. rectfss. *P.* 4,
Olei Menthae pip. *P.* 1.

Misce.

Nota. Circumforanei hanc mixtionem maceratione cum foliis Spinaciae recentibus tinctam vendunt.

Spiritus menthatus.

Pfefferminztropfen.

℞p. Olei Menthae pip. *P.* 1,
Spiritus aetherei *P.* 16,
Spiritus V. rectfss. *P.* 320.

Misce.

Spiritus Mindereri.

Liquor Mindereri. Liquor Ammoni acetici dilutus.

℞p. Ammoni acet. soluti,
Aquae destill. āā *P.*

M. *Ph. Bor. vet.*

Spiritus nervinus externus.

℞p. Liq. Ammoni coerulei *P.* 8,
Tinct. Cantharid. conc. *P.* 1.

Misce. *Ph. Hb.*

Spiritus odonticus

s. stomaticus s. odontalgicus.

Zahnspiritus.

℞p. Spiritus Sinapis,
— Cochleariae āā *P.* 30,
— Vini rectf. *P.* 600,
Tinct. Myrrhae,
— Cinnamomi āā *P.* 3,
— Opii simpl. *P.* 1,
Olei Menthae pip. *P.* $\frac{1}{2}$,
Olei Caryophyllor. *P.* 1.

M. et filtra.

Spiritus odoratus.

℞p. Spirit. Vini rectfss. *P.* 384,
Aquae Naphae tripl. *P.* 48,
Olei Bergamottae *P.* 8,
— Lavandulae,
— Citri āā *P.* 1.

Mixtae agitataeque seponantur, tum filtrentur *(Ph. Dan.)*

Spiritus ophthalmicus

s. oxydercicus.

Augenstärkender Spiritus.

℞p. Mixt. oleoso-balsamicae,
Spiritus V. rectf. āā *P.* 4,
Liq. Ammoni caust. *P.* 1.

Misce et filtra. S. Palma manus spiritu conspersa oculis obtendatur.

Spiritus ophthalmicus Himlyi.

Balsamum ophthalmicum Himly. Spiritus ophthalmicus *Ph. Dan.*

℞p. Balsami Peruviani *P.* 3,
Olei Caryophyllorum,
— Lavandulae,
— Majoranae,
— Serpylli,
— Succini rectf.,
— Rutae āā *P.* 2,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 480.

Misce, sepone per dies duos, dein filtra. *Ph. Hann., Dan.*

Spiritus ophthalmicus Neugenfindii.

℞p. Spirit. V. rectfss.,
— — rectf. āā *P.* 48,

Olei Rorismarini *P.* 6,
— Valerianae *P.* 1/9,
Camphorae *P.* 1/5.
Misce et solve.

Spiritus contra Perniones.

Frostspiritus.

Rp. Acidi nitrici,
Olei Bergamottae,
Petrolei āā *P.* 4,
Spiritus V. rectfss. *P.* 93.
Mixtas per aliquot dies sepone et, si opus est, filtra.

Rp. Olei Bergamottae,
— Lavandulae,
Petrolei āā *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 40.
Misce.

Eau sibérienne.

Rp. Petrolei *P.* 8,
Olei Foeniculi *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 120,
Rad. Alcannae *P.* 1/3.
In lagenam immissae et agitatae stent per aliquot horas, tum filtrentur.

Spiritus phosphoratus (Mülleri).

Spiritus phosphoratus concentratus.

Rp. Phosphori incisi *P.* 1.
In lagenam immissae affunde
Spirit. V. alcoholisati *P.* 24.
Macera loco tepido per diem unum et saepius agita. Tum sepone loco frigido et decantha.

Spiritus phosphoratus dilutus.

Rp. Spiritus phosphorati concentrati *P.* 1,
Spirit. V. alcoholisati *P.* 6.
Misce.

Spiritus resolvens Schmuckeri.

Fomentum resolvens Schmuckeri.

Rp. Spirit. Rorismarini *P.* 16,
— saponati *P.* 8,
— camphorati *P.* 12,
Ammonii chlorati *P.* 1.
Misce et filtra.

Spiritus Rigensis Kunzeni.

Rp. Olei Absinthii,
— Angelicae āā *P.* 2,
— Juniperi bacc.
— Lavandulae,
— Majoranae,
— Menthae crispae,
— Rorismarini,
— Serpylli,
— Tanaceti,
— Valerianae āā *P.* 4,
Spirit. Vini rectf. *P.* 60000.
Mixtis adde
Tincturae Croci q. s.,
ut flavidae tingantur.

Spiritus Rorismarini compositus.

Spiritus vulnerarius.

Rp. Olei Thymi *P.* 2,
— Rorismarini *P.* 3,
— Salviae *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 480.
M.

Spiritus Russicus.

Rp. Fruct. Capsici annui,
Seminis Sinapis,
Salis culinaris āā *P.* 1.
Concisis contusisque insperge
Aquae *P.* 2.
Hora dimidia praeterlapsa affunde
Spirit. Vini rectfss. *P.* 6.
Dein digere per diem unum, exprime et filtra. Colaturae adde
Olei Terebinth. Gallici,
Ammoni caustici soluti āā *P.* 1.
Hic spiritus bene agitatus dispensetur.

Spiritus antarthriticus Blaui.

Rp. Fruct. Capsici annui,
Salis culinaris āā *P.* 2,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 24,
Aceti crudi *P.* 6,

Spirit. Rorismarini,
Spirit. Serpylli aa *P.* 3.
Digerendo fiat tinctura, quae coletur.

Spiritus saponatus.

Spiritus Saponis.

℞. Saponis Hispanici rasi,
Aquae Rosarum aa *P.* 24,
Kali carbonici dep. *P.* 1.

In cucurbitam ingestae stent per aliquot horas loco calido et saepius agitentur. Tum affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 96

et digere. Tandem filtra. Serva loco non nimis frigido.

Ph. Bor., Bad., Hb., Hann., Hass., Sl. H., Sax., Wrtb., Germ. Sap. Hisp., Aq. Rosar. aa 1, Spirit. V. rectf. 3.

Ph. Bav. Sap. Hisp. 1, Spir. V. rectf. 4.

Ph. Austr. Sap. Hisp. 1, Spir. V. rectf. 6, Aq. Lavandulae *P.* 2.

Ph. Belg. Sap. Hisp. 150, Aq. 200, Spir. V. rectfss. 647, Olei Lavandulae *P.* 3.

Ph. Helv. Sap. Hisp. 4, Spir. Vini 9, Aq. Rosar. 7.

Spiritus saponatus Naumanni.

Spirit. Rorismarini saponatus. Spirit. saponatus *Ph. Dan., Norv.* Solutio Saponis alcoholica *Ph. Norv.* Balsamum Saponis.

℞. Spirit. Rorismarini,
— Serpylli,
— Lavandulae,
— camphorati aa *P.* 1,
— saponati *P.* 2.

Misce et filtra.

Ph. Sl. H. Sapon. Hisp. 4, Camphorae 2, Ol. Rorismar. ½, Spir. V. rectf. 24.

Ph. Norv., Dan Sapon. Hisp. 20, Camph. 4, Spir. V. rectf. 96, Ol. Rorismar., Ol. Origani aa 1.

Spiritus Serpylli compositus.

Spiritus contra hemicraniam et cephalalgiam. Kopfkrampfspiritus. Migrainegeist.

℞. Spiritus Serpylli,
Spiritus camphorati.
Ammoni caustici soluti aa *P.* 4,
Chloroformii *P.* 1.

M. *Usus.* Halitus mixturae per nares hauriatur et splenium mixtura madefactum fronti imponatur.

Spiritus Sinapis.

Senfspiritus.

℞. Olei Sinapis aeth. *P.* 8,
Spiritus V. rectfss. *P.* 480.

Misce. *Ph. Bor., Helv.*

℞. Olei Sinapis Guttas 12,
Spirit. V. rectfss. Grana 480.

Misce.

Ph. Hann., Hass., Belg. Ol. Sinap. 1, Spir. V. 24.

Ph. Germ. 1 et 49.

Spiritus strumalis.

℞. Kalii jodati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 3,
Spirit. saponati *P.* 20,
Aq. Coloniensis *P.* 3.

M.

Spiritus Taxi baccatae seminum.

℞. Sem. Taxi rec. *P.* 10,
Spiritus V. rectfss. *P.* 10,
Aquae q. s.

In vesicam destillatoriam immissae digerantur per aliquot horas, tum destillent

Partes 10.

Spiritus Vini absolutus.

$AeO,HO = C^4H^5O + HO = C^4H^6O^2$.

℞. Spirit. Vini alcoholisati *P.* 20,
Calcii chlorati, recens fusi, pulverati et adhuc tepidi aa *P.* 16.

In lagenam vitream immissas per diem unum sepone et saepius agita, donec Calcium chloratum solutum sit. Dein ex balneo vaporis destillando elice

Partes 10.

Sit liquor ponderis spec. circiter 0,795—0,793. Serva statim in lagenis obturatis.

Tum destillationem continua, quamdiu eodem calore liquor spirituosus prodit, qui collectus et cum Calcio chlorato fuso pulverato conquassatus ut supra tractetur et destilletur, quamdiu inde Spiritus ponderis specifici 0,795—0,793 obtinetur.

Spiritus Vini alcoholisatus.

℞p. Spirit. V. rectfss. *P.* 20,
Calcii chlorati fusi et pulverati *P.* 8.

In lagenam immissas sepone per diem unum et saepius agita, donec Calcium chloratum solutum sit. Dein calore balnei vaporis destillando elice

Partes 18.

Pondus specificum earum sit 0,810—0,815.

℞p. Spirit. V. rectfss. *P.* 20,
Kali carbonici crudi sicci *P.* 2.

In lagenam immissae per tres dies seponantur et saepius optime conquassando agitentur. Tum Spiritus Vini decanthatus denuo cum

Kali carbonici sicci *P.* 2

optime conquassetur et per aliquot dies seponatur. Spiritus iterum decanthatus tunc calore balnei vaporis destilletur, donec

Partes 17

elicitae sint. Pond. spec. 0,817—0,820. *Ph. Bor. vet.* 0,810—0,813, *Hb.* 0,820—0,830, *Sl. H.* 0,810—0,820, *Bav.* 0,805—0,810, *Wrtb.* 0,801—0,805, *Belg.* 0,813 *Dan.* 0,812.

Spiritus Vini Gallici facticius.

Cognac. Franzbranntwein.

℞p. Spirit. V. rectfss. *P.* 2400,
Aquae destill. *P.* 1600,
Spirit. Aetheris nitrosi *P.* 8,
Tinct. aromaticae *P.* 6,
Aetheris acetici *P* 1,
Acidi tannici *P.* 2.

Misce et solve. Pond. spec. 0,917—0,920.

℞p. Essentiae Spiritus Vini Gallici *P.* 1,
Spirit. Vini rectf. *P.* 1000,
Aquae destill. *P.* 200.

M.

Spiritus Vini rectificatissimus.

Spiritus Vini rectificatus *Ph. Brit.* Spiritus concentratus,

iterata destillatione Spiritus Vini venalis e balneo vaporis obtinetur.

Pondus specificum sit 0,830—0,831 (17,5° C.)

Ph. Bor., Germ. 0,829—0,832, *Hb.* 0,840, *Hann.* 0,832—0,834, *Sax.* 0,845, *Bad.*, *Helv.*, *Sl. H.* 0,835—0,845, *Suec.* 0,840, *Norv.* 0,833, *Batav.* 0,828, *Austr.* 0,8336, *Belg.*, *Wrtb.* 0,837, *Hass.* 0,850, *Bav.* 0,833—0,837, *Dan.* 0,835, *Fenn.* 0,830.

Spiritus Vini rectificatus.

Spiritus Vini dilutus s. tenuior. Spiritus dilutus *Ph. Germ.*

℞p. Spirit. V. rectfss. *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 2.

Misce. Pd. spec. 0,889—0,893 (17,5° C.) *Ph. Bor.;* 0,891 *Ph. Germ.*

℞p. Spirit. Vini rectfss. *P.* 10*v*,
Aquae destill. *P.* 3*v*.

M. Pd. spec. 0,889—0,893.

Ph. Hb., Bav., Suec., Norv. 0,897—0,900, *Hann., Sax.* 0,895—0,900, *Bad.* 0,895—0,905, *Sl. H.* 0,875—0,880, *Wrtb., Fenn.* 0,890, *Batav.* 0,878, *Hass.* 0,875, *Austr.* 0,8636, *Belg.* 0,878, *Dan.* 0,905, *Brit.* 0,920, *Helv.* 0,885—0,892.

Spiritus Vini rectificatus dilutus.

Spiritus Frumenti. Spiritus Vini simplex. Alcohol tenue *Ph. Norv.*

Ph. Austr. Pond. spec. 0,913, *Norv.* 0,933, *Suec., Fenn.* 0,940, *Hann.* 0,945—0,950.

Spongiae ceratae.

Frustula majora Spongiae marinae, contextus subtilioris, purgatae, siccatae, Cerae flavae liquatae immergantur. Exemta spongia dein inter laminas duas ferreas posita prelo calefacto comprimatur, atque compressa teneatur, donec refrixerit, tum a cera superflua, marginibus adhaerente, mundetur.

Spongiae compressae.

Spongiae marinae, contextus subtilioris, purgatae, discissae in frusta oblonga et aqua calida madentes funiculis circumductis fortiter constringantur, gyris funiculi ita contiguis, ut nullus spongiae exitus intersit, et exhibeant cylindros ad digitum fere longos, qui siccati et constricti serventur.

Spongiae tostae.

Fragmenta Spongiae marinae minutim concisa et purgata sartagini ferreae, operculo obtegendae, immitte, leni igni expone, iterata agitatione adustionem spongiae evitando, donec portiunculae exemtae facile pulverari possint. Tum pulverata in lagena obturata serventur. Sit pulvis e nigro fuscus, odoris empyreumatici.

Stannum bissulphuratum.

SnS^2. Aurum musivum s. mosaicum.

Rp. Stanni optimi *P.* 12.

In crucibulo Hassiaco tecto fusis agitando admisce (sub divo)

Hydrargyri puri antea fortiter calefacti *P.* 6.

Amalgama fere refrigeratum in mortario porcellaneo conteratur et exactissime commisceatur cum

Ammonii chlorati subt. pulv. *P.* 6,

Sulphuris pulverati *P.* 7.

Miscela in cucurbitam vitream, ad dimidiam partem capacitatis implendam, ingeratur. Cucurbita, cui collum amplum sit, in balneo arenae eadem ratione imponatur, ut arena altitudine unius pollicis circiter superficiem miscelae superet. Tum cucurbita igne modico lente incalescat, dein rubedine languida fac aestuet, donec Ammonium chloratum expulsum sit et vapores sulphurosi ascendere incipiant. Cucurbitam tunc igni statim exime et plane refrigeratam diffringe. Crustam chalybeam (Stannum monosulphuratum) inferiorem, et sublimatum collo cucurbitae adhaerens (Cinnabarem continens) rejice; massam autem e fuscescenti luteam nitentem diligenter collige et serva. Effic. circiter *P.* 12.

Rp. Stanni oxydati *P.* 8,
Florum Sulphuris *P.* 6,
Ammoni chlorati *P.* 2.

Accurate commisceantur et lente calefaciendo urantur, quamdiu vapores (albi) Ammonii chlorati evadunt. Tum massam ab igne remove, ne Stannum bissulphuratum in Stannum monosulphuratum abeat.

Stannum chloratum solutum.

Liquor Stanni chlorati. *(Reagens.)*

Rp. Stanni raspati *P.* 10,
Acidi hydrochlorici *P.* 20.

In cucurbitam immissas, sepone loco tepido, donec metallum fere solutum fuerit. Dein, admixtis

Acidi hydrochlorici *P.* 3,
et Aquae destill. *P.* 40

filtra. Liquorem in lagena, cui paulum Stanni puri immissum est, serva.

Stannum bischloratum solutum.

Liquor Stanni chloridati.

Rp. Stanni chlorati *P.* 1,
Solve in
Aquae destillatae *P.* 3.

In liquorem ad circiter 50° C. calefactum tamdiu

Chlorum

induc, donec liquor hoc gase saturatus sit. Liquor calefaciendo ad 80° C. a Chloro adhaerente liberatus in lagenis obturatis loco umbroso servetur.

Stannum oxydatum.

SnO^2. Stannum oxydatum album anomale. Cineres Jovis s. Stanni.

Rp. Acidi nitrici crudi (p. spec. 1,250),
Aquae destill. aa *P.* 15.

Mixtis paulatim adde

Stanni minutim granulati *P.* 6,

et interdum ope bacilli vitrei agita. Calor ne adhibeatur. Oxydatione Stanni peracta, massam in balneo arenae inter agitationem calefacias, donec vapores e citrino fusci non amplius evadant. Tum massam in ollam, quae

Aquae calidae *P.* 250

circiter continet, ingestam agitando cum aqua misce. Sedimentando praecipitatum collige, aqua calida ablue et fortiore calore exsiccatum per cribrum trajice. Effic. circiter *P.* 7½.

Stannum praecipitatum.

Rp. Stanni chlorati *P.* 8.
Solve in liquore, parato ex

Aquae destill. *P.* 160 et
Acidi hydrochlorici *P.* 1.

In solutionem filtratam immerge

Zinci puri in baculis circiter *P.* 16,

tum sepone, dum Stannum metallicum praecipitatur, quod interdum ope spathulae vitreae a Zinco remove. Stannum praecipitatum, Zinco rejecto, primum Aqua destillata, postremo Spiritu Vini ablue et sicca. Effic. circiter *P.* 4.

Stannum pulveratum.

In pyxide commoda, Creta alba intus obducta, vel in mortario ferreo, paulum calefato, Stannum purum igne liquefactum assidue agitetur, ut in pulverem redigatur, qui a metalli particulis grandioribus separetur. *Ph. Suec., Belg.*

Stibio-Kali tartaricum.

$KaO,\bar{T}+SbO^3\bar{T}+2HO$. Tartarus stibiatus s. emeticus. Antimonium tartaratum *Ph. Brit.*

℞p. Stibii oxydati *P.* 4,
Kali bitartarici puri *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 48.

In vas porcellaneum immissas per diem dimidium digere, interdum bacillo vitreo agitando, dein ad ebullitionem usque calefac, aquam evaporatam restituendo. Liquorem adhuc fervidum filtra. Dein colatura limpida evaporet ad *P.* 30 circiter remanentes, quae loco frigido tamdiu agitentur, donec plane refrixerint. Sedimento crystallino orto in linteo collecto, liquor ad quartam voluminis partem evaporando redactus eodem modo tractetur. Sedimenta confusa et supra chartam bibulam dispersa loco tepido siccentur. Contrita serventur. Sit sal albissimum, ab Arseno plane liberum.

Stibio-Natrium sulphuratum.

Natrium stibiato-sulphuratum. Sal Schlippii. $3NaS,SbS^5+18HO$.

℞p. Natri carbonici crudi cryst. *P.* 75.

Solve coquendo in lebetem ferreum immissas in

Aquae *P.* 250,

unc admisce inter continuatam agitationem

Calcariae ustae *P.* 26,
ope Aquae *P.* 50

ad massam pultiformem redactas, et

Stibii sulphurati nigri subt. pulv. *P.* 36,
Sulphuris sublimati *P.* 9.

Tum coquere perge, donec liquoris agitati color griseus evanuerit, aquam evaporatione diminutam subinde restituendo. Dein filtra, et residuum adhuc coquendo cum aquae *P.* 150 exhauri. Liquores filtrati commixti evaporando seponendoque in crystalla redigantur, lixivium ultimum rejiciendo. Crystalla inter strages chartae bibulae premendo siccata in lagenis a luce remotis serventur. Lagenae sale repletae Hydrogenii Gase sicco impleantur, dein optime obturentur.

Stibium chloratum solutum.

Liquor Stibii muriatici. Butyrum Antimonii. $SbCl^3+50,4HO$.

℞p. Stibii sulphurati nigri subt. pulv. *P.* 12.

In cucurbitam vitream satis amplam immissis affunde

Acidi muriatici crudi *P.* 44,

et calore balnei arenae sub divo collocati digere, donec evolutio gasis cessaverit. Liquor refrigeratus filtretur et evaporando (sub divo) ad

Partes remanentes 24

redigatur. Liquori post refrigerationem filtrato admisce mixturam, paratam ex

Acidi hydrochlorici puri *P.* 2,
et Aquae destill. *P.* 4,

aut hujus mixturae tantum, ut liquoris filtrati pondus specificum aequet 1,345—1,350. *(Ph. Bor. vet., Bav., Hb., Hass.)* *Ph. Sl. II., Dan., Sax.* 1,440—1,450, *Hann.* 1,35—1,45, *Wrtb.* 1,34—1,40. *Austr., Bad., Batav.* 1,34—1,35, *Belg.* 1,40—1,44, *Brit.* 1,47.

Stibium jodatum.

SbJ^3. Antimonium jodatum.

℞p. Jodi puri *P.* 3.

In cucurbitam vitream immissis adjice paulatim et in portiunculis

Stibii regulini pulv. *P.* 1.

Si mixtio valde incalescat, cucurbita

paulum aqua refrigeretur. Reactione peracta, massae refrigeratae affunde

Carbonei sulphurati *P.* 10,

ut inter lenem agitationem, cucurbita clausa, fiat solutio. Liquor in patinam porcellaneam infusus seponatur, ut evaporatione spontanea crystalla Stibii jodati relinquat. Serva in lagenis obturatis.

Stibium oxydatum.

SbO^3,HO.

Ad usum chemicum!!

Rp. Stibii sulphurati nigri crudi subt. pulv. *P.* 12.

In cucurbitam vitream amplam immissis affunde

Acidi muriatici crudi *P.* 48. (pond. spec. circiter 1,13)

Calefiant sub divo, donec omnis evolutio gasis cessaverit. Liquorem refrigeratum Aquae portiunculis eo modo dilue, ut praecipitatum permanens non exoriatur. Adjecta Natri sulphurici dilapsi *P.* 1 (ut plumbum forsan solutum praecipitetur), per chartam bibulam filtra. Dein liquorem filtratum, in patinam porcellaneam immissum sub divo evapora, donec

Partes 18

supersint, quas inter agitationem in vas, quod

Aquae calidae *P.* 400

continet, effunde.

Praecipitatum inde ortum in linteo collige et Aqua destillata bene elue.

Dein praecipitato in vas amplum vitreum immisso affunde paulatim liquorem filtratum, paratum solvendo e

Natri carbonici dep. *P.* 2
et Aquae *P.* 6,

aut tantum hujus liquoris, donec miscela agitata et calore balnei vaporis digesta sit paulum alcalina et gas Acidi carbonici non amplius extricetur. Tum massa cum aqua destillata commisceatur, exactissime eluatur et siccetur. Est pulvis albus, valde emeticus, qui ad usum therapeuticum raro adhibetur. Effic. circiter *P.* 7.

Stibium oxydatum fuscum.

Crocus Metallorum.

Rp. Kali nitrici dep.,
Stibii sulphurati nigri āā *P.*

In pulverem redactae et bene mixtae per vices in crucibulum candens immittantur. Detonatione peracta, massa metallica gravior, in crucibuli fundo haerens, a scoriis albicantibus separetur, tum in pulverem subtilissimum redacta aqua fervida excoquatur, sedulo edulcoretur et siccetur. Sit pulvis e viridi fuscus.

Stibium oxyjodatum.

Oxyjoduretum Antimonii.

Rp. Kalii jodati *P.* 3.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 12.

Liquori limpido inter agitationem paulatim instilla

Stibii chlorati soluti *P.* 2.

Praecipitatum citrinum inde exortum Aquae destillatae paulo abluatur et inter strages chartae bibulae pressum lenissimo calore siccetur. Sit coloris expers et insipidum. Dosis magna = ¼ Gran.

Stibium purum.

Sb. Regulus Antimonii.

Rp. Stibii oxydati sicci *P.* 10,
Natri carbonici exsiccati *P.* 8,
Carbonis vegetabilis *P.* 2.

Bene mixtae comprimendo in crucibulum Hassiacum, usque ad dimidium explendum ingerantur et crucibulum latere tectum excandefiat per horam dimidiam. Post refrigerationem metallum a scoriis liberatum denuo colliquetur. Eff. *P.* 6.

Stibium sulphuratum aurantiacum.

SbS^5. Sulphur auratum Antimonii. Sulphidum stibicum.

Rp. Crystallorum Stibio-Natrii sulphurati recens paratorum adhuc humidorum *P.* 26
(vel crystallor. siccat. *P.* 24).

Solutae in

Aquae destill. frigidae *P.* 100

filtrentur, dein dilutae

Aquae communis filtratae *P.* 600

inter agitationem (sub divo) infundantur in mixturam refrigeratam, paratam ex

Acidi sulphurici conc. *P.* 9
et Aquae destill. *P.* 200.

Praecipitatum inde exortum collige, Aqua destillata ablue, dein inter strages chartae bibulae preme et loco umbroso tepido (25° C.) quam celerrime sicca. Tritum in vasis obturatis a luce remotis asserva.

Stibium sulphuratum nigrum depuratum.

SbS^3.

℞p. Antimonii crudi opt. q. v.

Contundendo pulverando laevigandoque in pulverem impalpabilem redactum in lagenam immittatur et superinfundatur

Liq. Ammoni caustici

volumen triplex. Sepone per aliquot dies et saepius agita. Dein sedimentum aqua bene ablue et sicca.

Stibium sulphuratum nigrum purum facticium.

℞p. Stibii metallici in subtilissimum pulverem contriti *P.* 2,

Sulphuris sublimati *P.* 1,

Bene mixtae in crucibulum immittantur et strato salis culinaris exsiccati crassitudinis pollicis tectae, crucibulo operculo clauso, primum sensim calefiant, tum per semihoram candeant. Post refrigerationem crucibulo diffracto, massa cohaerens ferruginea nitens crystallina a scoria e stibio forsan adhaerente mundata in vase clauso servetur.

Stibium sulphuratum rubeum.

Stibium sulphuratum cum Oxydo. Kermes minerale. Pulvis stibicus *Ph. Norv.* Antimonium sulphuratum *Ph. Brit.*

℞p. Natri carbonici cryst. *P.* 24.

Solve coquendo in lebetem ferreum immissas in

Aquae *P.* 480

et, dum liquor ebulliat, inter agitationem paulatim adjice

Stibii sulphurati nigri laevigati *P.* 1.

Per horas duas coquere perge, aquam evaporatione diminutam interdum restituendo, dein liquorem adhuc ferventem per chartam bibulam in vas calefactum quam celerrime filtra et sepone, ut lente refrigeret. Tum post diem unum sedimentum exortum in filtro colligatur et Aqua destillata abluatur, quamdiu charta exploratoria rubra aqua defluente adhuc mutetur. Tandem sedimentum e rubro fuscum inter strages chartae bibulae preme et loco tepido sicca. Serva in vasis obturatis, a luce remotis. *(Ph. Bor. vet., Bav., Bad., Hb., Fenn., Dan., Helv., Brit., Belg.)*

Ph. Wrtb., Germ., Norv. Stib. sulphurati amorphi s. rubei Oxydo liberi *P.* 4, Stibii oxydati *P.* 1. Misce.

Stibium sulphuratum rubeum ab Oxydo liberum.

SbS^3. Stibium sulphuratum rubeum *Ph. Germ., Wrtb.*

℞p. Stibii sulphurati nigri laevigati *P.* 5,

Kali caustici soluti (pond. spec. 1,33) *P.* 16,

Aquae destill. *P.* 60,

in lebetem ferreum immissas inter agitationem per semihoram coque, tum, admixtis

Aquae dest. fervidae *P.* 240,

filtra. residuum Aqua destillata fervida eluendo. Liquorem filtratum infunde in mixturam paratam ex

Acidi sulphurici diluti *P.* 18

et Aquae destill. *P.* 72.

Praecipitatum inde exortum et in linteo collectum Aqua destillata edulcoretur, dein in vas porcellaneum ingestum, admixtis

Acidi sulphurici diluti *P.* 12,

et Aquae dest. fervidae *P.* 18,

inter perpetuam agitationem per horae quadrantem coque. Quo facto praecipitatum denuo aqua elue et admixtis

Natri carbonici cryst. *P.* 2,

solutis in

Aquae destill. *P.* 40,

per biduum, interdum agitando, digere, postremo Aqua destillata omnino elue, exprime et loco tepido umbroso sicca.

Sit pulvis e rubro fuscus. Cum Acido tartarico in aqua soluto conquassatus praebeat filtratum, quod Aqua hydrosulphurata affusa vix turbetur.

Stomachus vitulinus.


Kälberlaab. Laab.

Stomachus quartus (abomasus) vituli lactantis, aqua frigida ablutus, supra laminam ligneam vel chartaceam expandatur et loco tepido perfecte siccatus in taleolas scindatur. Serva in vasis e lamina ferrea, stanno obducta confectis et clausis.

Strontiana carbonica.

Paretur aequali modo quo Baryta carbonica, nisi quod loco Baryi chlorati sumatur Strontiana nitrica crystallisata.

Strychninum.



$C^{42}H^{22}N^{2}O^{4}=\overset{+}{Sr}$.

Rp. Nucum vomicarum *P.* 40.

Raspatis, tum siccatis atque grosso modo pulveratis et in vesicam destillatoriam immissis affunde

Aquae *P.* 10,
Spiritus V. rectf. *P.* 60.

Digere per horas 24, tum cola et exprime. Residuo iterum affusis Spiritus V. rectificati *P.* 50 et Aquae *P.* 5, digere et exprime. Liquores commixti, Spiritu magna ex parte destillando elicito, ad remanentiam Partium 50 redigantur et filtrati cum solutione aquosa

Plumbi acetici *P.* 1

vel quantitate eadem solutionis commisceantur, quamdiu praecipitatum inde producitur. Praecipitato filtrando separato, liquori limpido, evaporando leni calore et agitando ad Partes 10 redacto, admisce

Magnesiae ustae *P.* 1.

Sepone per aliquot dies loco frigido et interdum agita. Dein sedimentum collige, Aquae destillatae frigidae parva copia ablue, exprime et leni calore sicca. In pulverem contritum

Spiritus V. rectfss.

calidi quantitate sufficiente exhauriatur et tincturae primum destillando, dein evaporando ad *P.* 1 remanentem redigantur. Tum loco frigido seponantur. Strychninum separatum filtro impone et Spiritu Vini rectificato frigido ablue, donec liquor defluens affuso Acido nitrico non amplius colore rubro tingatur. Strychninum leni calore siccatum caute serva.

Strychninum aceticum.



$\overset{+}{Sr},\bar{A}+HO$.

Rp. Strychnini puri *P.* 10.


In pulverem contritas solve calore modico in

Aquae destillatae *P.* 40,
Aceti concentr. *P.* 7

vel quantum requiritur, ut solutio parum acida sit. Tum calore 60° Cels. therm. non excedente in balneo vaporis ad siccum evaporet. Sit pulvis albus, in aqua (quia pars Acidi acetici inter praeparationem nimio calore saepe abit) additis guttulis aliquot Aceti concentrati facile solubilis.

Nota. Solutio Strychnini acetici evaporando et refrigerando crystalla edit. Si hujus salis quantitates majores paras, modus crystallisandi commendandus est.

Strychninum hydrochloricum.




$\overset{+}{Sr},HCl+3HO$. Strychnium muriaticum.

Paretur aequali modo atque Strychninum aceticum e

Strychnini puri *P.* 35,
Aquae destill. *P.* 350 et
Acidi hydrochlorici puri
(p. sp. 1,120) *P.* 15, vel

quantum ad perfectam neutralisationem Strychnini sufficit. Sint crystallula decoloria.

Strychninum jodato-hydrojodicum.



$\overset{+}{Sr},HJ+J$.

Rp. Strychnini nitrici *P.* 40.

Solve in

Aquae dest. fervid. *P.* 400.

Liquori admisce solutionem, paratam e

Kalii jodati *P.* 18,
Jodi puri *P.* 13,
Aquae destill. *P.* 180.

Sepone per aliquot horas loco frigido. Praecipitatum exortum tunc collige, aqua frigida ablue et solvendo in Spiritu Vini rectificatissimo fervido et seponendo in crystalla redige. Sint crystallula acicularia saturate rubra. Inter strages chartae bibulae premendo siccata serventur in vitro clauso, a luce remoto.

Strychninum nitricum.

Sr,NO⁵+HO.

Paretur aequali modo, quo Strychninum sulphuricum, e

Strychnini puri *P.* 11,
Aquae destillat. *P.* 220,
Acidi nitrici (pond. spec. 1,200) *P.* 6—6½

vel quantum ad perfectam neutralisationem Strychnini requiritur.

Strychninum sulphuricum.

Sr,SO³+8HO.

℞p. Strychnini puri *P.* 35.
Contritas misce cum
Aquae destill. *P.* 180.

Mixtioni ad 40—60° Cels. therm. circiter calefactae instilla

Acidi sulphurici diluti *P* 30,

aut quantum ad perfectam neutralisationem requiritur; sed cave, ne acidum praevaleat. Liquorem (si opus est, filtratum), calore 50° Cels. therm. non excedente, evaporando et seponendo in crystalla coge, quae inter chartam bibulam premendo siccata statim in lagenulis bene obturatis asserva. Sint crystalla coloris expertia, cubica, neutra, in aëre subfatiscentia.

Styrax Calamita facticius.

℞p. Residui siccati et subt. pulverati Corticis Chinae, post parationem Extracti Chinae obtenti, *P.* 50,
Corticis Cascarillae subt. pulv. *P.* 10.

Exacte commisceantur cum mixtione calefacta, parata e

Balsami Peruviani *P.* 2,
Styracis liquidi *P.* 6,
Tinct. Benzoës *P.* 10—12.

℞p. Styracis liquidi *P.* 16,
Balsami Peruviani *P.* 2,
Cort. Cascarillae subt. pulv. *P.* 32—40,
Olibani pulv. *P.* 4.

Misce. Fiat pulvis grumulosus.

Succi antiscorbutici.

℞p. Herbae recentis:
Nasturtii aquatici,
Cochleariae,
Trifolii fibrini āā *P.*

Concisae contusaeque exprimantur. Succus inde obtentus seponatur per horas duodecim, tum decanthetur. *(Ph Belg., Gall.)*

Succus Citri facticius.

Liquor Acidi citrici *Ph. Fenn.*

℞p. Acidi citrici cryst. *P.* 5.
Solve in
Aquae destill. *P.* 72.

Paretur, quoties usus poscit.
Ph. Fenn. 1 et 16.

Succus Conii.

℞p. Succi herbae Conii recens expressi *P.* 3*v*,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1*v*.

Mixtae seponantur per hebdomadem, tum filtrentur. *Ph. Brit.*

Aequali modo parentur

Succus Scoparii summitatum.
— Taraxaci radicis.

Succus Dauci inspissatus.

℞p. Radices Dauci Carotae recentes.

Mundatis et raspatis affunde

Aquae fervidae

volumen circiter dimidium, ut mollescant. Tum exprime succum. Semel ebulliendo colandoque clarificatus calore balnei vaporis ad extracti tenuioris spissitudinem evaporet.

Succus Herbarum.

Succi Herbarum recens expressi.
Kräutersäfte.

Plantae recentes, aut earum partes in mortario lapideo contundantur et ope preli exprimantur. Succum expressum per linteum cola, sepone per aliquot horas et decantha. Semper recens parandus est.

Succus inspissatus.

Extractum fructus.

℞p. Fructus maturos quosvis.

Digerantur calore balnei aquae bullientis cum aquae fervidae parva quantitate, tum exprimantur. Succus sedimentando et colando depuratus calore balnei vaporis ad densitatem extracti densioris redigatur. Partibus 12 succi inspissati admisce

Sacchari albi pulv. *P.* 1.

Serva loco sicco et frigido.

Hoc modo parentur

Succus (Extract.) Ebuli e baccis Sambuci Ebuli.

— **Juniperi** (=Syrupus Juniperi) e baccis Juniperi communis. Sit densitatis mellaginis.

— **Sambuci** e baccis Sambuci nigrae.

— **Spinae cervinae** e baccis Rhamni cathartici.

Succus Liquiritiae depuratus in bacillis.

Rp. Succi Liquiritiae depurati tepefacti, consistentia extracti mollis, *P.* 100.

Commisceantur cum miscela pulverea, parata e

Sacchari albi *P.* 20

et Dextrini *P.* 25,

et inter agitationem calore balnei vaporis ad justam consistentiam evaporent. Massa adhuc calida, quae depsi potest, in bacillos vel magdaleones tenuiores redigatur, qui loco tepido siccati, tum illinendo Spiritu Vini splendore induantur et in vasis e lamina alba confectis asserventur.

Succus Liquiritiae anisatus paretur aequali modo e Succo Liquiritiae *P.* 100, Sacchari albi, Dextrini āā *P.* 25, Olei Anisi stell., Spiritus Vini āā *P.* 1.

Succus Liquiritiae compositus. Liquiritia Anglica *Ph. Dan.* paretur e Succo Liquiritiae dep. 2 et Gummi Arabici 1, solvendo in Aqua evaporandoque. Fiant bacilli tenues.

Succus Liquiritiae depuratus liquidus.

Extractum Glycyrhizae depuratum solutum. *(Ad Recepturam.)*

Bacillis Succi Liquiritiae crudi, optimae indolis, stratis altero ad alterum, stramine interjecto, in dolium extractorium impositis affunde Aquae coctae frigidae eam quantitatem, ut strata bacillorum obtegantur. Tum sepone, calore +5 ad 15° Cels. therm., per sex vel octo dies, sed agitationem evita. Post hoc tempus, liquido ope strophingis emisso, aquae nova quantitas affundatur et dolium eodem modo per tres dies seponatur.

Liquores colati evaporando in balneo vaporis atque inter agitationem ad syrupi densioris spissitudinem redigantur, eorumque

Partes 10 cum

Spirit. V. rectf. *P.* 1

conquassando optime commixtae in lagenis vitreis obturatis loco frigido asserventur.

Partes tres liquidi contineant Partem unam Succi Liquiritiae sicci (vel Partem unam et dimidiam succi extracti spissitudinis), quod evaporatione exploratur.

Signa. Succus Liquiritiae depuratus. Sumatur triplum (aut duplum).

Succus Liquiritiae solutus.

Solutio Succi Liquiritiae *Supplementi Ph. Bor. Schachtii.*

Rp. Succi Liquiritiae dep. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 3.

Solve. Pond. spec. 1,100.

Succus Liquiritiae tabulatus *Ph. Hann.*

Rp. Gummi Arab. pulv.,
Sacchari āā *P.* 1.

Mixtae in lebetem stanneum immissae commisceantur cum

Aquae destill. q. s.,

ut fiat liquor spissus, cui addatur

Succi Liquiritiae dep. spissitudinis extracti *P.* 8.

Mixtura ad consistentiam pilularem evaporando redacta dein cylindri ope ad placentas expandatur et scindendo in tabellas rhomboides dividatur, quae siccatae in cistis clausis loco sicco serventur.

Melius agis, si massae Dextrini *P.* 1 admisces.

Succus viridis.

Saftgrün.

Rp. Baccarum Rhamni cathartici, nondum maturarum

(mense Septembri ineunte collectarum) *P.* 300.
Affunde
Aquae communis *P.* 10.
Inter agitationem usque ad ebullitionem calefac, tum exprime.
Succus expressus, per tres dies loco temperato sepositus, deinde decanthatus et colatus in lebetem cupreum mundatum immittatur et inter agitationem ad mellis spissitudinem evaporet. Massae calidae admisce
Aluminis pulv. *P.* 5,
et inter agitationem calore balnei vaporis instilla
Tincturae Indigo
parvam quantitatem, vel quantum requiritur, donec massa saturate viridis appareat.
Massam, ad extracti spissi consistentiam evaporando redactam, adhuc calidam in vesicas et in intestina bovina mundata ingere et loco tepido exsicca.

Sulphur depuratum.

Sulphur lotum.

℞p. Sulphuris sublimati *P.* 20,
Ammoni caustici soluti *P.* 1,
Aquae destillatae q. s.,
ut agitando massa pultiformis efficiatur, quae vase clauso loco tepido per biduum seponatur. Dein, immixtis
Aquae destill. *P.* 20,
massam in manicam linteam vel vas deturbatorium ingestam Aqua destillata exacte ablue, tum paulum exprime, et loco tepido siccatam per cribrum trajice. Serva in vasis clausis. Hoc Sulphur cum aqua conquassatum praebeat filtratum, quod chartam exploratoriam non mutat.

Sulphur jodatum

(s. Escularii).

Jodum sulphuratum.

℞p. Jodi *P.* 4,
Sulphuris sublimati *P.* 1.
Conterendo sub divo in mortario porcellaneo mixtas in cucurbitam vitream ingere et supra nonnullas prunas aut in balneo arenae parvo ita colloca, ut miscela lentissime calefiat. Simulatque massa fere nigra apparet, calorem paulum auge, donec massa liquata sit, quae leni agitatione cum Jodo fortasse sublimato misceatur. Tum sepone. Massam refrigeratam, cucurbita diffracta, collige, et in pulverem redactam in lagenis vitreis obturatis serva. *Ph. Gall*, *Belg.*, *Hann*, *Germ.*, *Supplem. Ph. Bor.*

℞p. Jodi *P.* 7,
Sulphuris *P.* 1.
Bene contritae in vase vitreo leni igne colliquentur, et massa pulverata in vitro clauso servetur. *Ph. Hb.*
Nota. Sulphur jodatum Bietti paretur e Jodi et Sulphuris āā Partibus.

Sulphur praecipitatum.

Lac Sulphuris.

℞p. Calcariae ustae *P.* 12.
In lebete ferreo cum
Aquae *P.* 72
in massam pultiformem redactis adde
Sulphuris sublimati *P.* 24,
Aquae fervidae *P.* 240.
Inter agitationem coque per horam unam, tum cola, residuum aquae fervidae *P.* 100 eluendo. Liquores commixti sedimentando filtrandoque depurati diluantur Aquae volumine aequali. Tum inter assiduam agitationem instilla (sub divo) mixturam paratam ex
Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,123) *P.* 20
et Aquae *P.* 80
(vel eam quantitatem hujus mixturae acidae, ut portiuncula liquoris filtrando separata admixto acido non nisi paulum turbida appareat). Praecipitatum inde exortum collige, aqua ablue et per aliquot horas macera in mixtura, parata ex
Acidi hydrochlorici *P.* 3
et Aquae *P.* 24
et interdum agita. Tum sedimentum in manicam immitte, aqua bene ablue et loco tepido sicca. Serva in vasis obturatis. Sit odoris expers. Effic. circiter *P.* 14—15.

Suppositoria

Ph. Hamb.

℞p. Aloës *P.* 3,
Natrii chlorati,
Saponis Hispanici āā *P.* 6,
Amyli *P.* 32.
Pulveratas misce cum
Mellis crudi

quantitate sufficiente ad formanda suppositoria.

Suppositoria Acidi tannici.

Suppositoria tanninata.

Rp. Adipis suilli *P.* 20,
Cerae albae *P.* 10.

Colliquatis refrigeratisque immisce
Acidi tannici *P.* 6,
antea commixtas cum
Glycerini *P.* 5.

Massa dividatur, ut partes singulae contineant Acidi tannici Grana duo. Partes singulae ad formam conicam suppositoriorum redactae post aliquod tempus submergendo illinantur mixtura colliquando effecta e
Cerae albae *P.* 3
et Adipis *P.* 8.

Tum suppositoria loco frigido seponantur. *Ph. Brit.*

Suppositoria Belladonnae

parentur ex Extracti Belladonnae *P.* 5, Unguenti Populei *P.* 70, Cerae flavae *P.* 30. (*Ph. Belg.* 8, 66, 26.)

Suppositoria Morphini.

Parentur eodem modo, quo Supp. Acid. tannici ex
Adipis et Cerae albae aa *P.* 10,
Morphinihydrochlorici *P.* 1,
Sacchari pulv. *P.* 10
et massa cerata illinantur. Suppositoria singula contineant Grani quadrantem salis morphinici. *Ph. Brit.*

Syrupus Absinthii.

Rp. Syrupi Sacchari *P.* 7,
Tinct. Absinthii *P.* 1.

Misce. Ex tempore.

Simili modo ex tempore parentur:

Syrup. Aurantiorum cort. *(Ph. Brit.) Syrup de Laroze.*
— **Benzoës.**
— **Caryophyllorum.**
— **Catechu.**
— **Chinae** corticis.

Syrup. Cinnamomi Cassiae.
— **Colchici.**
— **Croci.**
— **Foeniculi** sem.
— **Gallarum.**
— **Gentianae.**
— **Guajaci** ligni.
— **Ledi palustris.**
— **Lobeliae.**
— **Lupulini.**
— **Mari veri.**
— **Matico** s. Foliorum Piperis angustifolii.
— **Ratanhae.**
— **Valerianae.**
— **Vanillae.**
— **Zingiberis** *(Ph. Brit.)*

Syrupus Aceti.

Oxysaccharum.

Rp. Aceti concentrati (p. spec. 1,040) *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 15.

Misce.

Syrupus cum Aethere acetico.

Rp. Aetheris acetici *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 15.

Misce optime conquassando.

Syrupus cum Aethere (sulphurico).

Rp. Spiritus aetherei *P.* 4,
Syrupi Sacchari *P.* 20.

Misce optime conquassando.

Ph. Helv. Aeth. 1, Syrupi 16. Digere et filtra.

Syrupus amarus.

Syrupus febrifugus.

Rp. Tinct. Chinoidini compositae *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 7.

Misce.

Syrupus Aceti Colchici.

Rp. Aceti Colchici *P.* 10,

Sacchari albi *P.* 18.
Digerendo fiat syrupus. *(Ph. Belg.)*

Aequali modo parentur:

Syrup. Aceti Digitalis.
— Aceti Scillae.

Syrupus Acidi citrici.

Loco Syrupi Succi Citri.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 3.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 120.

Ph. Fenn. Liq. Acidi citrici 48, Sacch. 96, Elaeosacch. Citri 1.

Ph. Helv. Acidi citrici Drachm. 1, solut. in Aq dest. Drachm. 1, Syr. Sacch. Unc. 8, Olei Citri Gutt. 1. M.

Eodem modo parentur:

Syrup. Acidi tannici.
— — tartarici.

Syrupus Acidi hydrocyanici.

Rp. Acidi hydrocyanici *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 120.
M. *(Ph. Belg.)*

Syrupus Acidi sulphurici.

Syrupus vitriolatus.

Rp. Acidi sulph. diluti *P.* 1,
Syrup. Sacchari *P.* 8.
M. *Ph. Suec.* *(Ph. Fenn.* 1 et 7.*)*

Eodem modo paretur

Syrupus Acidi phosphorici.

Syrupus Aconiti.

Rp. Syrupi Sacchari *P.* 15,
Tincturae Aconiti *P.* 1.
M.

Ph. Belg. Extr. Aconiti 3, Spirit. Vini rectf. *P.* 6, Syrupi simpl. 997.

Ph. Gallic. Extracti 1, Syrupi 280.

Aequali modo parentur:

Syrup. Belladonnae.
— Conii,
— Digitalis,
— Hyoscyami,
— Ipecacuanhae,
— Stramonii.

Syrupus alcalinus.

Rp. Natri bicarbonici *P.* 1.
Solve digerendo in
Syrupi Sacchari *P.* 20.

Syrupus Althaeae.

Rp. Rad. Althaeae *P.* 2.
Incisas macera per horas duas in
Aquae frigidae *P.* 36.
Cola sine expressione. In colaturae partibus 30 solve semel ebulliendo
Sacchari albi *P.* 48.
Syrupus adhuc calidus in lagenulas infundatur, quae statim plane repletae epistomiis suberinis conicis obturentur et aqua ablutae loco sicco frigidoque serventur.

Ph. Norv. Rd. Alth., Rd. Liquirit. āā 1, Aq. 22. In colat. 15 solve Sacch. 24.

Ph. Suec. admiscet *P.* 60 Syrupi part. 1 Aq. Naphae.

Ph. Helv. Rd. Alth. 2, Colat. 15, Sacch. 24.

Syrupus Ammoniaci.

Rp. Gummi Ammoniaci pulverati *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 8.
Mixtis et in lagenam immissis affunde
Aquae destillatae *P.* 4 et
Spiritus V. rectfss. *P.* 1.
Digere per diem unum et noctem et saepius agita. Syrupus refrigeratus et per aliquot dies sepositus decanthetur.

Ph. Wrtb., Hb. Sl. H, Sax., Hann., Suppl. Ph. Bor. Loco Aq. et Spirit. sumatur vinum album Gallic. Sit syrupus e subflavo albidus.

Syrupus Ammoni carbonici.

Syrupus diaphoreticus Cazenavii.

Rp. Ammoni carbonici *P.* 1.
Contritam solve in
Syrupi Sennae vel Syrupi Sarsaparillae comp. *P.*23.

Syrupus Amygdalarum.

Syrupus emulsivus.

Rp. Amygdalar. dulc. *P.* 8,
— amarar. *P.* 2.
Per noctem unam macerentur in aqua

frigida et decorticentur. Tum in mortarium ingestae, additis

Gummi Arab. pulv P. 2 et
Aquae destill. P. 5,

in pultem tenerrimam redigantur, quae commiscendo cum

Aquae destill. P. 13,
— Aurant. flor. P. 3

diluatur. Dein fortiter exprimendo per pannum laneum cola, et in

Colaturae P. 20

agitando atque digerendo calore 50° Cels. therm. solve

Sacchari albi pulv. P. 36,

ut fiat syrupus, quem refrigeratum in lagenis obturatis asserves.

Nota. Hic syrupus minus fermentat et l. a. asservatus non corrumpitur.

Syrupus amylaceus.

Stärkesyrup.

℞p. Amyli recentis, adhuc humidi, e dolio sedimentario exemti P. 300,
(vel Amyli sicci P. 200),
Aquae P. 700.

In dolium ligneum, supra fundum epistomio munitum, immissis admisceantur

Acidi sulphurici Angl.,
Aquae āā P. 12,

antea commixtae. Per mixturam vapores aquae continuo permittantur, donec illa temperaturam graduum 100 Celsiani thermometri assecuta sit. Justa erit, si portiuncula exemta guttulis nonnullis Tincturae Jodi additis non amplius coerulescat, sed e rubigineo vel e violaceo rubro colore tingatur. Haec reactio conversionem Amyli in Saccharum indicat.

Liquori tunc immitte paulatim et inter agitationem

Calcariae hydratae P. 8.

Dein immittere eodem modo perge

Cretae praep. P. 2—3,

vel quantum requiritur, donec miscela bene agitata chartam exploratoriam coeruleam relinquat immutatam.

Liquor per aliquot horas repositus, tum a sedimento defusus et per strages carbonum ossium colatus in lebete cupreo, non profundo, inter agitandum ad syrupi spissitudinem evaporet et per aliquot dies ad sedimentationem rursus seponatur, postremo decanthetur.

Syrupus Amyli jodati.

℞p. Amyli jodati solubilis P. 1.

In cucurbitam vitream immissam solve digerendo calore balnei vaporis in

Syrupi Sacchari P. 40.

Paretur ex tempore.

Syrupus Anisi.

℞p. Sem. Anisi vulgar. P. 2.

Contusis affunde

Aquae fervidae P. 13.

Stent in vase clauso per aliquot horas. In colaturae filtratae Partibus 10 solve digerendo

Sacchari albi P. 18,

tum cola

Eodem modo parentur:

Syrupus Foeniculi,
— Phellandrii.

Syrupus antipodagricus.

Sirop antigoutteaux de Boubée.

℞p. Decocti Sarsaparillae concentr. 20,
Tinct. Guajaci resinae P. 15,
Resinae Jalapae P. 2,
Spiritus Sinapis P. 10,
Syrupi Sacchari spissioris P. 200.

Mixtae digerantur, tum filtrentur.

Syrupus antirheumaticus Ricordii.

℞p. Tinct. Resin. Guajaci,
— Colchici āā P. 1,
Syrupi Foeniculi comp. P. 16.

M. S. Detur cochlear ter per diem.

Syrupus antiscorbuticus.

Syrupus Cochleariae compositus.
Ph. Gall., Belg. Syrup. Cochleariae *Ph. Helv.*

℞p. Spirit. Cochleariae P. 2,
Tinct. Cinnamomi,
— Aurant. cort.,
— amarae āā P. 1,
Syrupi Sacchari P. 28.

Misce.

Ph. Helv. Cort. Cinn. Ceyl. $\frac{1}{8}$, Cort. Aur. 1, Hb. recent. Cochleariae, Nasturt., Beccabungae, Rd. rec Armoraciae āā 16. Concisas et contusas in Vini albi generosi 48 macera. In colat. clarificatae *P.* 48 solve digerendo Sacch. 72.

Syrupus antiscorbuticus Portalii.

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 8800,
Tinct. Gentianae,
— Chinae āā *P.* 200,
Spirit. Sinapis *P.* 250,
— Cochleariae *P.* 750,
Hydrarg. bichlorati *P.* 1.
Misce et solve.

Syrupus Armoraciae compositus frigide paratus.

Sirop de Raifort composé, préparé à froid.

℞p. Herb. Cochlear. florescent.,
Fol. Trifolii fib. rec.,
Herb. Sisymbrii Nasturtii rec. āā *P.* 50,
Rad. Armorac. rec. *P.* 60,
Fruct. Aurantii amar. rec. *P.* 40,
Concisis et in mortario lapideo ad pultem contundendo redactis admisce
Vini albi *P.* 50,
in quibus antea
Cort. Cass. cinnam. *P.* 3
digestae sunt. Sepone, vase clauso per diem unum, tum preli ope exprime.

Liquorem per diem unum sepone et filtra. Dein adjice
Sacchari contusi *P.* 250
vel q. s., ut calore gradus 60 therm. Cels. non superante et saepius agitando syrupus fiat, qui colatus bene servetur.

Nota. Loco Foliorum Trifolii recentium adhibere licet folior. siccat. *P.* 10 vel Extracti Trifolii *P.* 2, et loco Fructuum Aurantii recentium Corticum fruct. Aurantii siccat. *P* 8, quae seorsim in Vini albi quantitate sufficiente digerendae sunt. Quo facto colaturae commixtae ea quantitate Vini compleantur, ut cum Sacchari *P.* 250 syrupum justae spissitudinis efficiant.

Syrupus Armoraciae jodatus.

Sirop de Raifort jodé de Grimault.

℞p. Jodi puri *P.* 10,
Kali jodati *P.* 5.
In mortario porcellaneo bene contritae sensim commisceantur cum Syr. Armorac. comp. frig. parati, *P.* 8000.

Mixturam digere, interdum agitando, per aliquot horas. Serva in lagenis repletis, bene obturatis.

Syrupus Artemisiae (compositus).

Sirop d'armoise composé.

℞p. Herbae et Florum recentium Artemisiae vulgaris *P.* 10,
Rad. Helenii,
— Levistici,
— Pimpinellae,
Herbae Rutae,
Seminis Anisi,
Cassiae cinnam. āā *P.* 1.
Contusis et incisis affunde
Aquae destill. *P.* 30,
Spiritus V. rectf. *P.* 15.
Macera per aliquot dies, tum exprimendo cola. In filtratae colaturae *P.* 40 solve digerendo
Sacchari *P.* 70.

Syrupus Asparagi amari.

(Sirop. de Johnson.)

℞p. Succi Asparagi amari turionum rec. expressi *P.* 10,
Spirit. V. rectfss. *P.* 3.
Mixtas sepone per aliquot dies, agita et filtra. In colaturae filtratae
Partibus 10
solve digerendo
Sacchari *P.* 17,
ut fiat syrupus, qui coletur.

Eodem modo parentur:

Syrup. Asparagi officinalis e Succo turionum.
— **Brassicae** oleraceae ex herba recente.
— **Boraginis** officinalis ex hb. rec.

Syrupus Cochleariae officinalis ex hb. rec.
— **Nasturtii** officin. ex hb. rec.
— **Persicae** vulgaris e floribus.
— **Scandicis** Cerefolii ex hb. rec.

Syrupus Astragali exscapi.

Paretur e Radice Astragali exscapi eodem modo quo Syrupus Senegae.

Syrupus Aurantiorum Corticum.

Syrupus Aurantii *Ph. Fenn.* *Syrop d'écorce d'oranges de Laroze.*

Rp. Extracti Aurant. cort. *P.* 2.
Solve in
Tinct. Aurant. cort. *P.* 3,
Vini albi *P.* 42.
Tum adde
Sacchari *P.* 70.
Digerendo fiat syrupus.

Ph. Fenn. Flaved. Aur. 1, Aq. 7. Digere. Colat. 5, Sacch. 8.

Syrupus Aurantii florum.

Rp. Aquae Flor. Aurant. *P.* 5.
Sacchari *P.* 9.
Ebullitione unica fiat syrupus.

Syrupus balsamicus.

Syrupus Balsami Tolutani. Syrupus Tolutanus. Syrupus Balsami Peruviani.

Rp. Tinct. Bals. Tolutani *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 24.
M. *Ph. Hb.*

Rp. Tinct. Bals. Peruviani *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 24.
M. *Ph. Wrtb.*

Ph. Bor. (Hann., Sl. H., Germ.) Balsami Peruviani 1. Digere c. Aq. 12. E colaturae frigidae filtratae 10 et Sacch. 18 fiat syrupus.

Ph. Brit. Bals. Tolut. 10, Aq. 160. Digere et filtra. Sacch. 256.

Syrupus Bellctii.

Rp. Hydrargyri bichlorati *P.* 1,
Spirit. nitrico-aetherei *P.* 100,
Syrupi Sacchari *P.* 2900.
Misce et solve. *(Ph. Belg.)*

Syrupus Berberidum.

Syrupus Berberum.

Rp. Baccas Berberidum maturas.
Contusae stent loco tepido per triduum. Tum succum exprime et sepone, donec fermentatione peracta limpidior appareat. Succi tandem filtrati *P.* 10 coquendo cum Sacchari albi *P.* 18 in syrupum redigantur.

Eodem modo parentur.

Syrup. Cerasorum acidor. cum nucleis contusorum.
— **Citri Aurantii** succi.
— **Citri Limoni** succi.
— **Cydoniorum** e fructibus Cydoniae.
— **Mali** communis.
— **Mororum** s. **Diamororum** e Fruct. Mori nigrae.
— **Myrtillorum** bacc.
— **Oxycocci** (Vaccini) bacc.
— **Phytolaccae** decandrae bacc.
— **Pomorum** acidulorum.
— **Punicae Granati.**
— **Ribium nigrorum** e Fruct. Ribis nigri.
— **Ribium** rubror. e Fruct. Ribis rubri.
— **Rubi Idaei** bacc.
— **Rubi fruticosi.**
— **Sambuci** bacc.
— **Succi Citri** fructuum.

Syrupus Calcariae (Troussavii).

Saccharum calcarium liquidum *Troussau.*

Rp. Calcariae ustae *P.* 10.
Aspergantur aquae paulo, ut in pulverem fatiscant. Admixtis
Aquae *P.* 100 et
Syrupi Sacchari *P.* 1000,
coque per 8—10 minutas horae. Colaturae refrigeratae admisce
Syrupi Sacchari *P.* 4000.
Serva in lagenulis repletis, bene obturatis.

Syrupus Calcariae hypophosphorosae.

Rp. Calcariae hypophosphorosae *P.* 10.
Solve agitando in
Aquae destillatae *P.* 300.
Tum immisce
Sacchari albi contusi *P.* 640,
Aquae Calcariae *P.* 60.
In cucurbitam mixturam immissam digere per horam dimidiam, dein adhuc calidam, si opus fuerit, per chartam bibulam laxam filtra et loco frigido in lagenis bene obturatis serva. Cave ne syrupus chartam exploratoriam coeruleam reddat rubram.

Syrupus Capillorum Veneris.

Rp. Herb. Capillorum Veneris (Adianthi) siccae *P.* 3.
Infundantur in
Aquae dest. ferventis *P.* 39.
In colatura solve calore blando
Sacchari *P.* 60,
ut fiat syrupus, cui admisce
Aquae Aurantii flor. *P.* 2.
Ph. Bad., Hann. (Austr.)
Ph. Hass. Hb. Cap. Ven. 1, Colat. 18, Sacch. 42, Aq. Naph. 6. *Ph. Helv.* 2, 18, 32, 2.

Syrupus Carabae
s. succinatus.

Syrupus Opii succinatus. *Sirop de Carabé.*

Rp. Syrupi opiati *P.* 220,
Liq. Ammoni succinici *P.* 20.
Misce.
Ph. Belg. Acidi succinici 3, Syr. Opii 997.

Syrupus Carnis.

Sirop de musculine de Reveil.

Rp. Carnis muscularis vitulinae recentis, a pinguedine tendinibusque liberatae, *P.* 1000.
Minutim concisis contusisque immisce
Aquae *P.* 5000,
Acidi hydrochlorici,
Salis culinaris,
Kalii chlorati $\overline{aa}$ *P.* 5.
Macera per aliquot horas, dein exprimendo cola. Colaturae filtratae *P.* 5000, additis
Sacchari albissimi *P.* 10000,
macerando calore 35 ad 40° C. agitandoque ad syrupum redigantur.

Syrupus Chamomillae.

Rp. Flor. Chamomillae *P.* 10.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 50,
Aquae Chamomill. *P.* 40.
Digere per aliquot horas, tum exprimendo cola. Colaturae, per aliquot dies loco frigido sepositae, dein filtratae
Partibus 72
adde
Spiritus V. rectf. *P.* 16,
Sacchari albi *P.* 144.
Digerendo et colando fiat syrupus, qui in lagenis obturatis servetur.

Aequali modo paretur:

Syrupus Hyssopi hb.
— **Menthae crispae.**
— **Menthae piperitae.**
— **Rosarum** florum incarnatarum.
— **Tormentillae** rad.

Rp. Extracti Chamomill. *P.* 3.
Solve in
Aquae Chamomill. *P.* 74.
Solutioni filtratae adde
Spiritus V. rectf. *P.* 16,
Sacchari albi *P.* 144.
Digerendo et colando fiat syrupus.

Syrupus Chinae corticis.

Rp. Tinct. Chinae fuscae *P.* 1,
Syrupi Cinnamomi *P.* 4,
Syrupi Sacchari *P.* 3.
Misce.
Ph. Helv. Extr. Chin., Vini Malac. $\overline{aa}$ 1, Syr. Sacch. 50.

Syrupus Chinae aquosus Catet-Gassicourtii.

Syrupus Chinae *Ph. Wrtb.*

Rp. Cort. Chinae fuscae *P.* 1,
Sacchari *P.* 4.

Grosse pulveratis affunde
Aquae destill. *P.* 12.
Ebulliant in vase tecto per horam dimidiam. Tum exprimendo cola, filtra et liquorem limpidum evaporando ad syrupi spissitudinem (*P* 7. remanentes) redige.
Ph. Wrtb. Extr. Chinae 8, Vini Malac. 20, Syr. Sacch. 480. Solve et misce.

Syrupus Chinae ferratus s. martiatus.

Sirop de quinquina ferrugineux de Lefort.

Rp. Syrupi Chinae cum Vino Malacensi parati *P.* 100,
Ferro-Ammoni pyrophosphorico-citrici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 2.
Solvendo digerendoque fiat syrupus.

Syrupus Chinae rubrae martiatus.

Sirop de Quinquina rouge ferrugineux, de Grimault.

Rp. Ferro-Ammoni pyrophosphorico-citrici *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 22.
Agitando solutione peracta, in liquore leni calore solve
Sacchari albissimi *P.* 40,
Tinct. Chinae rubrae *P.* 5.
Cola.
Nota. Tinct. Chinae e *P.* 1 Cort. Chinae rubri et Spiritus V. rectificati *P.* 5 digerendo paretur.

Syrupus Chinini citrici.

Rp. Chinini puri *P.* 1,
Acidi citrici cryst. *P.* 2,
Syrupi Sacchari *P.* 800.
Digere per duas horas et subinde agita. *(Ph. Belg.)* Chinini citrici 5, Syr. Sacch. 1000.

Syrupus Chinini sulphurici.

Rp. Chinini sulphurici *P.* 2,
Syrupi Sacchari *P.* 400,
Mixt. sulphuric. acidae *P.* 2.
Misce. *(Ph. Belg.)*

Syrupus chloroformatus s. Chloroformii.

Rp. Chloroformi *P.* 5,
Spiritus V. rectfss. *P.* 30,
Syrupi Sacchari *P.* 450.
Misce bene conquassando.

Syrupus Cichorei cum Rheo.

Rp. Herb. Cichorei,
Rad. Cichorei āā *P.* 1,
— Rhei *P.* 4,
Kali carbonici *P.* 1/16,
Aquae fervidae *P.* 48.
Stent per duas horas. Colatura expressa filtretur. In colaturae *P.* 40 solve
Sacchari albi *P.* 72.

Syrupus Cinnamomi.

Rp. Corticis Cinnamomi Cassiae grosso modo pulv. *P.* 2,
Aquae Cinnamomi spirit. *P.* 12,
Aquae Rosarum *P.* 2.
Digerantur, vase clauso, per biduum et filtrentur. In liquoris filtrati *P.* 11 solve digerendo
Sacchari *P.* 18.
Ph. Bor.

Syrupus citratus ad potum.

Syrupus Acidi citrici *Ph. Belg.* Extractum Potus citrati. Limonadensyrup. Limonadenextrakt.

Rp. Sacchari albi *P.* 80,
Aquae destill. *P.* 40.
Ebulliendo fiat syrupus, in quo solve
Acidi citrici cryst. *P.* 6.
Tum adde inter agitationem
Essentiae Citri corticis recent. *P.* 4,
Aquae Naphae triplic. *P.* 10.
Ph. Belg. Acidi citrici 20, Aq. 40, Syrup. Sacch. 969, Spirit. Citri 1. M.

Rp. Flavedinem fructibus magnis quinque (5) recentibus Citri desumptam.

Incisae affunde

Spiritus Vini rectfss.,
Aquae Naphae aa Unc. 5,
Syrupi Sacchari Unc. 10.

Post macerationem per tres dies adde

Acidi citrici Drachm. 6

et denuo, interdum agitando, macera per aliquot dies, dein filtra. Liquorem limpidum commisce cum

Syrupi Sacchari Unc. 150,

e Saccharo Indico paratis.

Syrupus Citri corticis.

℞p. Flavedinis Citri rec. incisae *P.* 2.

Macerentur per horam unam vase clauso in

Aquae dest. fervid. q. s.

In colaturae *P.* 24 solve l. a.

Sacchari albi *P.* 48.

Post refrigerium addatur

Aquae Aurant. flor. *P.* 1.

Ph. Suec.

Syrupus Cocae.

℞p. Fol. Cocae conc. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 4,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 1.

Digere per 6 horas, tum exprime et filtra. Colaturae *P.* 4 et

Sacchari albi *P.* 6

digerendo in syrupum redigantur. *P.* 10 syrupi continent extracti *P.* 1 Fol. Cocae.

Syrupus Coccionellae.

℞p. Coccionellae tritae *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 12,
Syrupi Sacchari *P.* 48.

Digerendo colandoque fiat Syrupus.

Syrupus Cochleariae jodatus.

℞p. Jodi puri *P.* 3.

Solve in

Spiritus V. rectfss. *P.* 30,

et misce cum

Syrupi Cochleariae *P.* 2000.

Sepone et saepius agita, donec portiuncula mistionis Amylo soluto addito reactionem jodicam non amplius praebeat.

Syrupus Codeïni

s. Papaverini Magendii.

℞p. Codeini *P.* 1.

Solve in

Syrupi Sacchari *P.* 240.

Syrupus coeruleus.

Loco Syrupi Violarum *ad us. mercat.*

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 3,
— Flor. Aurant. *P.* 1.

Mixtis agitando instilla

Tinct. coeruleae q. s.

ad justam tinctionem. Sit syrupus limpidus caeruleus.

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 10,
— Flor. Aurant. *P.* 3,
— Ipecacuanh. *P.* 1,
Tinct. coeruleae q. s.

M.

Syrupus Coffeae.

℞p. Sem. Coffeae tost. *P.* 10.

Grosso modo pulveratis immissisque in vas depulsatorium affunde

Aquae destill. fervidae, quae in millenis (1000) partibus *P.* 1 Natri bicarbonici solutam continet, q. s.,

ut colaturae *P.* 20 obtineas, quae seponantur. Dein

Syrupi Sacchari *P.* 80

in lebetem immissae evaporent, donec *P.* 60 remanserint, quibus illae *P.* 20, e Seminibus Coffeae elicitae, admisceantur.

Syrupus Copaivae.

℞p. Bals. Copaivae *P.* 72,
Gummi Arab. pulv. *P.* 18,
Aquae destill. *P.* 45.

In mortarium porcellaneum immissae agitando misceantur, donec emulsio efficiatur. Tum paulatim admisce

Aquae destillatae *P.* 96,
Olei Menth. pip. *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 360.

Syrupus depurativus amarus Devergii.

Syrupus haemocatharticus. *Devergie's* blutreinigender Syrup.

Rp. Rad. Bardanae,
— Lapathi acuti,
— Saponariae aa *P.* 4,
Ligni Guajaci *P.* 8,
Stipit. Dulcamarae *P.* 6,
Folior. Sennae *P.* 1.

Concisae bis decoquantur aquae quantitate sufficiente. Colaturae filtratae sint *P.* 30 circiter, quas evaporando ad *P.* 11 remanentes coactas cum

Mellis depurati,
Sacchari aa *P.* 10

ad syrupum redige.

Syrupus depurativus Larreyi.

Sirop dépuratif de Larrey.

Rp. Rad. Sarsaparill. *P.* 200,
Bacc. Sambuci nigrae siccat. *P.* 100,
Ligni Guajaci *P.* 50,
Ligni Sassafras,
Rad. Chinae aa *P.* 5,
Fol. Sennae,
Herb. Boraginis aa *P.* 6.

Concisis contusisque affunde

Aquae communis *P.* 1500.

Coque per horam dimidiam et exprimendo cola. Liquori sedimentando depurato et evaporando ad *P.* 700 remanentes redacto addantur

Sacchari albi *P.* 1200,

dein ebullitione unica fiat syrupus.

Nota. Loco Baccarum Sambuci in colatura solvere potes Succi Sambuci inspissati *P.* 40.

Syrupus Dextrinae.

Syrupus Malti. Dextrina saccharata. (Malzsyrup.)

Rp. Amyli Solani tub. *P.* 20,
Malti Hordei moliti *P.* 3,
Aquae *P.* 60.

Aquae calore balnei vaporis ad 30° C. calefactae adde Maltum, dein, calore ad 60° aucto, admisce paulatim et inter agitationem Amylum, paulo aquae tepidae dilutum. Digerere per horam calore 65—75° C. perge et saepius agita. Tandem per semihoram ad ebullitionem calefac, decantha, filtra et liquorem ad syrupi spissioris densitatem evapora.

Ph. Belg. Amyli 10, Malti 1, Aq. 30.

Syrupus Diacodion.

Syrupus Papaveris albi s. Capitum Papaveris s. de Meconio. Syrupus Papaveris *Ph. Hann., Brit., Germ.*

Rp. Capitum Papaveris, nondum plane maturorum, siccatorum et seminibus exemtis concisorum *P.* 12,
Aquae fervidae *P.* 60.

Digere per diem unum, tum exprimendo cola. Colaturae evaporando ad remanentiam *P.* 12. redactae admisce

Spiritus V. rectf. *P.* 12,
Succi Liquiritiae dep.,
Sacchari pulv. aa *P.* 2.

Miscelam bene agitatam sepone per aliquot dies, tum decantha et filtra. Colatura filtrata asservanda signetur:

Tinctura Diacodion

Hujus Tincturae *P.* 1,

commixta cum

Syrupi Sacchari *P.* 8—9,

praebet ex tempore Syrupum Diacodion qui Syrupo Capitum Papaveris *Ph. Bor. vet.* congruit.

Rp. Extr. Capit. Papav. *P.* 1.

Solve in

Spiritus V. rectf. *P.* 5,
Syrupi Sacchari,
— Liquirit. aa *P.* 57.

Ph. Gall. Extracti Cap. Papav. 16, Aq 125, Syrup. Sacch 1500.

Ph. Belg. Extracti Cap. Papav. 1, Syrup. Sacch. 99.

Ph. Hann. Cap. Papav. *P.* 1, Aq. 18. Digere per duas horas. Col. *P.* 10 cum Sacch. 16 fiant Syrupus.

Ph. Hass. Cap. Papav. 3, Aq. q. s. Digere. Col. 19, Sacch. 32.

Ph. Germ. Cap. Papav. 3, Aq. 18, Sp. V. rectfss. 2. Digere per biduum. In colat. filtratae 12 solv. Sacch. 19.

Ph. Helv. Cap. Papav. 3, Siliquar. dulc. 2, Aq. ferv. 36. Digere calore balnei vaporis, sub finem addendo Rad. Liquirit. 1. In col. expressae *P.* 24 solve ebulliendo Sacch. 36.

Ph. Bav. Capit. Papav. 3, Aq. q. s. Digere. Colat. 12, Sacch. 20.

Ph. Batav. Syrupus Diacodii: Syr. Alth. et Papav. albi aa

Ph. Batav. Capit. Papav. *P.* 1, Aq. *P.* 30. Coque ad *P.* 8 remanent. Colatura evaporet ad *P.* 4 remanent. et fiat cum Sacch. 4 Syrupus = Syrup. Papaveris albi

Ph. Dan. Cap. Papav. cum seminib. siccatorum 6, Rd. Liquirit. 2, Aq. q. s. Sacch. 48.

Ph. Brit. Cap. Papav. a sem. liberat. 36, Aq. ferv. 400*v*. Digere. Colaturam evaporando ad 60*v*. remanent. redact. et refrigerat. commisce cum Sp. V. rectfss. 16*v*. Post filtrationem, Spirit. V. destillando elicito, liquor evaporando ad 40*v*. remanent. redact. fiat c. Sacchari 64 syrupus.

Syrupus Digitalini.

Rp. Digitalini *P.* 1.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 12000.
Ph. Belg. 1 et 10000.

Syrupus Digitalis.

Syrupus Extracti Digitalis. *Sirop de Labélonye.*

Rp. Extracti Digitalis *P.* 1.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 500 (480).
Ph. Belg. 5 et 3000.

Sirop de digitale de Labèlonye: 1 et 1125.

Syrupus Diospyreos Virginianae.

Paretur e Baccis Diospyreos Virginianae (plantae Ebenaceae Americae septentrionalis) uti Syrupus Senegae.

Syrupus Emetini
s. Emetinae *Ph. Suec.*

Rp. Emetini *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 480.
Conterendo misce.

Syrupus emulsivus hydrocyanicus.

Rp. Syrupi emulsivi *P.* 120,
quibuscum misce
Amygdalini *P.* 4.
Miscela continet quadrantem Partis unius Acidi hydrocyanici anhydri.

Syrupus Ergotini.

Rp. Extracti Secalis cornuti *P.* 2.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 100.

Syrupus Erysimi compositus.

Sirop de Velar, de Tortelle, de Lobet, des chantres.

Rp. Herb. Erysimi officinalis (Sisymbrii officinalis Scop.) recentis *P.* 200.
Concisae conspersaeque aquae paulo exprimantur. Colatura commisceatur cum infuso parato ex
Herb. Adianti aurei,
Herb. Rorismarini,
Flor. Stoechados,
Rad. Helenii,
Rad. Liquiritiae,
Passularum majorum
Rad. Althaeae aa *P.* 5,
Seminis Anisi *P.* 25,
Aquae fervidae *P.* 150.
Mixtura seponatur et decanthetur. Ejus *P.* 260, admixtis
Sacchari albi *P.* 500,
digerendo fiant syrupus.

Rp. Spirit. Cochleariae,
Spirit. Sinapis aa *P.* 10,
Syrupi Liquiritiae *P.* 300,
— Flor. Aurantii,
— Althaeae aa *P.* 200,
Liq. Ammoni anisati *P.* 2.
Misce conquassando.

Syrupus febrifugus
Infantium.

Rp. Chinini sulphurici *P.* 4,
Acidi citrici crystall. *P.* 8.
Solve in
Syrupi Liquiritiae *P.* 660,
Tinct. Cinnamomi *P.* 60.

Syrupus Ferri.

Syrupus magistralis.

Rp. Ferri limati *P.* 32,

Kali tartarici,
Cort. Aurantior. aa *P*. 8,
Rad. Rhei *P*. 3,
Vini albi *P*. 200.
Digere per octo dies et filtra. In colaturae *P*. 170 solve digerendo
Sacchari albi *P*. 240.

Syrupus Ferri albuminati.

℞p. Albuminis ovi gallinacei *P*. 150,
Aquae destill. *P*. 250.
Mixtis adde
Natrii chlorati *P*. 3,
Ferri sulphurici oxydati humidi *P*. 2,
antea solutas in
Aquae Naphae *P*. 50.
Mixtione conquassando peracta inter agitationem sensim instilla liquorem paratum e
Kali caustici *P*. 1 et
Aquae destill. *P*. 100,
ea ratione, ut reactio mixturae sit vix acidula. Dein colatura, additis
Sacchari pulverati *P*. 850,
fiat, calore non adhibito, syrupus.

Syrupus Ferri bromati.

℞p. Aquae destill. *P*. 120.
In cucurbitam vitream immissis affunde
Bromi *P*. 8.
Dein adjice
Ferri pulverati *P*. 4.
Interdum agitando sepone, donec liquor colorem subviridem induerit, tum filtra, filtrum Aquae destillatae *P*. 60 eluendo, ut sint colaturae *P*. 180. Colatura, admistis
Sacchari albi *P*. 330,
fiat leniter ebulliendo syrupus.
Partes centenae syrupi continent *P*. 2 Ferri bromati.

Syrupus Ferri carbonici.

Syrupus ferratus.

℞p. Natri bicarbonici *P*. 6,
Ferri sulphurici cryst. *P*. 9,
Syrupi Sacchari *P*. 385.
Syrupo salia grosse pulverata, calore non adhibito, admisceantur. Lagena obturata, saepius agita.
Nota. 100 partes syrupi continent 1 partem Ferri oxydulati carbonici.

Syrupus Ferri chlorati.

℞p. Ferri chlorati sicci *P*. 30.
Solve in
Aquae destill. *P*. 120,
Acidi hydrochlorici *P*. 2.
Liquor filtratus, admixtis
Syrupi Sacchari *P*. 480,
in lebetem porcellaneum immittatur et ebulliendo evaporet, donec *P*. 480 supersint. Sit syrupus limpidus subviridis aut parum flavescens, qui in lagenis repletis clausisque loco aprico servetur.
Nota. Loco Ferri chlorati *P*. 30 in Aqua et Acido hydrochl. soluti adhibere potes Ferri chlorati soluti *(Ph. Bor.)* *P*. 90. Cum syrupo mixtarum ebullitio semper efficiatur.

Syrupus Ferri citrici.

℞p. Ferri citrici *P*. 1,
Syrupi Sacchari *P*. 60.
Solve. *(Ph. Belg.)*

Aequali modo parentur:

Syrup. Ferri lactici.

Syrupus Ferri jodati.

Solutio Jodeti Ferri saccharata *Ph. Norv.*

℞p. Jodi puri *P*. 6.
In lagenam satis capacem immissis affunde
Aquae destill. *P*. 16.
Tum adjice
Ferri pulverati *P*. 3.
Leni et continuata agitatione fiat solutio coloris dilute viridis. Liquor ope filtri minoris separetur, et eluatur filtrum affundendo
Aquae destill. *P*. 4.
In fluidis commixtis, in patinam ferream ingestis, leniter ebulliendo solvantur
Sacchari *P*. 32,
ut fiat syrupus, cui admisceas, si opus est,
Syrupi Sacchari
quantitatem sufficientem, ut pondus totius syrupi exaequet
Partes 60.
Syrupus statim in lagenulis minoribus

optime obturandis et plane repletis loco aprico servetur.

Nota. Partes 60 continent 6 Partes Jodi et $1\frac{1}{4}$ Part. Ferri, vel $7\frac{1}{2}$ Partes Ferri jodati. *Ph. Austr. Hb., Sl. II., Dan.*

Syrupus recens paratus coloris expers invenitur, sed aëri atmosphaerico contiguus post aliquod tempus fuscescit, et tunc conquassatus, colore Vini albi tingitur. Hac forma eum dispensare licet. Aqua destillata dilutus solutionem perfecte limpidam, vix coloratam, praebeat. Rejiciatur autem, si solutio aquosa turbida vel magis colorata appareat.

Rp. Syrupi Ferri jodati Scrup. 17,
Syrupi Sacchari Scrup. 7.

M. *(Ph. Austr., Hb., Sl. II., Dan.)*

Ph. Germ. 1 et 1; *Helv.* 1 et 12; *Hass.* 1 et 11; *Belg* 30 et 70; *Ph. Brit.* 14 et 10. — *Ph. Batav.* cont. 20% Ferri jodati.

Ph. Hann., Suppl. Ph. Bor. Schachtii Syrup. Ferri jodati conc. *P.* 36 evaporent ad remanentiam *P.* 30 vel:

Syrupus Ferri jodati
Suppl. Ph. Bor. Schachtii (et *Ph Hann.)*

Rp. Jodi *P.* 3, Ferri *P.* 1, Aquae destill. *P.* 7, Sacch. albi 8. Modo supra notato fiat syrupus, qui evaporando ad *P.* 15 usque remanentes redigatur.

Syrupus Ferri jodati concentratus.

Syrupus Ferri jodati *Ph. Norv.*

Rp. Jodi puri *P.* 2.

In cucurbitam vitream immissis affunde

Aquae destill. *P.* 6.

Tum adjice

Ferri pulverati *P.* 1.

Seponendo agitandoque fiat solutio coloris viriduli. Liquorem per filtrum parvum perfunde, filtrum

Aquae destill. *P.* 3

affusis eluendo. Dein colaturae adjiciantur

Sacchari albi in frustulis parvis *P.* 15,

et agitando, vase clauso, solutio efficiatur. Pondus liquoris aequet *P.* 25. Servetur syrupus loco aprico in lagenis parvis repletis.

Syrupi *P.* 100 continent *P.* 10 Ferri jodati. *Ph. Helvet.*

Syrupus Ferri phosphorici.

Syrop of Phosphate of iron.

Rp. Ferri sulphurici puri crystall. *P.* 11.

Solutis in

Aquae destillatae *P.* 100

instilla liquorem filtratum, solvendo paratum e

Natri phosphorici offic. *P.* 10,
Natri acetici *P.* 4 et
Aquae destill. *P.* 100,

et agita. Praecipitatum inde exortum collige, Aqua destillata perfecte elue et inter strages chartae bibulae premendo ab humore magna ex parte libera. Dein praecipitato in vas porcellaneum ingesto affunde

Acidi phosphorici diluti, pond. spec. 1,08, *P.* 133
(vel mixturam ex Acidi phosphorici pd. spec 1,130 *P.* 84 et Aquae *P.* 49).

Solutione inter agitandum peracta, liquori filtrato immitte

Sacchari albi *P.* 192.

Tum ebulliendo fiat syrupus. *(Ph. Brit.)*

Syrupus Ferri pyrophosphorici.

Rp. Syrupi Sacchari *P.* 120,
Acidi citrici cryst.,
Ferri pyrophosphorici āā *P.* 1,
Natri pyrophosphor. *P.* 2.

Digere per aliquot horas, ut fiat syrupus.

Syrupus Ferri sesquichlorati.

Rp. Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 1.

Solve in

Syrupi Sacchari *P.* 60.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati (p. spec. 1,480) *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 40.

Misce.

Hic syrupus semper recens paretur.

Syrupus Ferro-Ammoni citrici.

Syrupus Ferri citrici ammoniati.

℞p. Ferri citrici *P.* 25,
Aquae destill. *P.* 50,
Liq. Ammoni caust. *P.* 20.

Mixtae evaporent, donec odor ammoniacalis evanuerit, et commisceantur cum
Syrupi Sacchari *P.* 960.

Syrupus Foeniculi compositus.

Syrupus quinque radicum *Ph. Belg.*

℞p. Rad. Apii graveol. rec.,
— Asparagi offic.,
— Petroselini,
— Rusci aculeati,
— Foeniculi āā *P.* 1.

Concisis affunde
Aceti Vini *P.* 15,
Aq. Foeniculi *P.* 28.

Digere per diem unum et exprime. In colaturae decanthatae *P.* 36 solve digerendo
Sacchari albi *P.* 64.

Syrupus Ferro-Kali tartarici.

Syrupus Tartari martiati.

℞p. Ferro-Kali tartarici *P.* 20,
Syrupi Sacchari *P.* 980.

Mixtae digerantur ad solutionem efficiendam.

Syrupus Fuci vesiculosi.

℞p. Fuci vesiculosi grosse pulverati *P.* 30.

Affunde.
Spiritus V. rectificati *P.* 40,
Aquae communis *P.* 80.

Digere per tres dies et exprime. Residuo affunde
Spiritus V. rectificati *P.* 20,
Aquae communis *P.* 40.

Denuo digere per diem unum et exprime. Liquoribus commixtis, calore balnei vaporis ad partes 40 vel 45 remanentes redactis et refrigeratis admisce
Spiritus V. rectificatissimi *P.* 5.

Sepone per diem unum et filtra. In liquore digerendo solve
Sacchari albi *P.* 80,
ut fiat syrupus.

Drachma syrupi respondet Grano uni Extracti Fuci vesiculosi.

Syrupus Fumariae.

℞p. Extracti Fumariae *P.* 1.

Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 23.

Aequali modo parentur:

Syrup. Cardui benedicti
— Dulcamarae.
— Gentianae.
— Juglandis fol.

Syrupus Guaranae.

℞p. Extracti Guaranae *P.* 1.

Solve digerendo in
Syrupi Sacchari *P.* 100.

Syrupus Gummi Arabici.

Syrupus gummosus.

℞p. Mucil. Gummi Arabici concentratae *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 3.

Misce. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Gm. Arab. 4, Aq. 16, Sacch. 20, Aq. Naphae 1.

Syrupus Hemidesmi.

℞p. Rad. Hemidesmi Indici *P.* 4.

Affunde
Aquae fervidae *P.* 20.

Digere per horas quatuor. In colatura solve
Sacchari albi *P.* 28,
ut fiat syrupus aequans *P.* 42.

Syrupus Hydrargyri.

Syrupus mercurialis.

℞p. Hydrargyri *P.* 1,
Gummi Arabici pulv.,
Sacchari pulv. āā *P.* 3.

In mortarium porcellaneum immissae conterantur, sensim addendo
Aquae Rosarum *P.* 2,
usque dum globuli metallici omnino non dignoscantur. Deinde admisceantur
Syrupi Sacchari *P.* 32.

Ex tempore syrupus paretur. *Ph. Fenn.*

Syrupus Hydrargyri bijodati.

Syrupus Deutojodureti Hydrargyri Giberti.

℞p. Hydrarg. bijodati rubri *P.* 1,
Kalii jodati,
Aquae destill. aa *P.* 50,
Syrupi Sacchari *P.* 2400.

Misce et solve l. a.

Syrupus hydrocyanatus.

℞p. Acidi hydrocyanici *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 120.

Misce.

Nota. Partes 100 Acidi hydrocyanici contineant Partes 2 Acidi hydrocyanici anhydri.

Syrupus Hyssopi.

Paretur eodem modo ex Herba Hyssopi et Aqua Hyssopi quo Syrupus Chamomillae.

Syrupus Jaekwitzii.

Syrupus Sennae compositus.

℞p. Foliorum Sennae *P.* 8,
Seminis Anisi (stellati),
— Foeniculi,
Natri carbonici cryst. aa *P.* 1.

Contusis et concisis affunde
Aquae fervidae *P.* 44.

Digere per horas duas, tum exprimendo cola. In colaturae sedimentando et decanthando depuratae Partibus 32 solve
Sacchari albi *P.* 48.

Fiat semel ebulliendo et colando syrupus.

Syrupus Jodi.

℞p. Tincturae Jodi *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 15.

Misce.

Syrupus jodo-tannicus.

(Guillermondii.)

℞p. Jodi *P.* 1.

Solve in
Spiritus V. rectfss. *P.* 30.

Liquori in lagenam immisso admisce
Extracti Ratanhae *P.* 4,

solutas in
Aquae destillatae *P.* 40.

Tum sepone per aliquot horas, saepius agitando, et filtra, residuum in filtro aquae paulo eluendo. Liquores filtrati, in patinam porcellaneam immissi, calore balnei vaporis evaporando ad syrupi spissitudinem tenuis redigantur et cum
Syrupi Sacchari *P.* 500

commisceantur.

Syrupus joduratus.

Sirop joduré de Bochet.

℞p. Radicis Scillae,
— Sarsaparillae,
Ligni Sassafras,
— Guajaci,
Foliorum Sennae aa *P.* 10.

Concisis affunde
Aquae Partes 300.

Coque per horam unam, tum exprimendo cola. Colatura sedimentando depurata evaporet ad remanentiam Partium 30, in quibus leni calore solve
Mellis despumati,
Sacchari aa *P.* 50,
Kali jodati *P.* $1\frac{1}{3}$.

Fiat syrupus, quem commixtum cum
Spirit. V. rectfss. *P.* 5

in lagenis bene obturatis loco obscuro serva.

Nota. Syrupi hujus 100 Partes continent circiter Partem unam Kalii jodati.

Syrupus Ipecacuanhae.

℞p. Rad. Ipecacuanhae *P.* 3.

Contusis affunde
Aquae calidae *P.* 85,
Spiritus V. rectfss. *P.* 10.

Digere per diem unum, tum filtra.
In liquoris filtrati *P.* 88 solve digerendo
Sacchari albi *P.* 144,

ut syrupus fiat. *Ph. Bor., Hass.*

P. 78 syrupi continent solubile e *P.* 1 Rad. Ipec.

Ph. Germ. Rd. Ipec. 1, Aq. 36, Sp V. 5. Col. 40, Sacch. 66. — *P.* 100 Syrupi cont. solub. e *P.* 1 Rad. Ipec.

℞p. Tincturae Ipecacuanhae,
(paratae e *P.* 1 Rd. et *P.* 8 Sp. V. rectf.) *P.* 50,
Syrupi Sacchari *P.* 430.

Misce. *(Ph. Bor., Hass.)* *(Ph. Helv.* 50 et 330.)

Ph. Helv. Tinct. Ipec. (paratae e Rd.

1 et Sp. V. rectf. 6) *P.* 1 et Syrupi Sacch. *P.* 9. Misce.

Syrupus Ipecacuanhae compositus.

Syrupus Desessartii *Ph. Belg.* *Sirop pectoral incisif de Deharambure.*

Rp. Syrupi Ipecacuanh. *P.* 100,
— Rhoeados *P.* 200,
— Sennae *P.* 400,
— Aurant. flor. *P.* 50,
Magnes. sulphuric. *P.* 2.
Misce et solve.

Syrupus Juglandis foliorum.

Rp. Fol. Juglandis reg. rec. *P.* 100.
Contusae mixtaeque cum
Aquae *P.* 25
exprimantur. Succus expressus, evaporando ad *P.* 25 redactus, commisceatur cum
Spiritus V. rectf *P.* 5
et per nychthemerum seponatur. Tum liquoris filtrati *P.* 28 adde
Sacchari albi *P.* 52.
Digerendo fiat syrupus.

Rp. Extracti Fol. Jugl. reg. *P.* 10.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 500.

Syrupus Kalii jodati.

Rp. Kalii jodati *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 60.
Solve.
Ph. Belg. Kalii jodati 3, Aq. 3, Syr. Sacch. 64, Syr. cort. Aurant. 30.

Syrupus Kalii sulphurati.

Rp. Kalii sulphurati *P.* 2.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 250.

Syrupus Kermesianus s. kermesinus.

Syrupus cordialis.

Rp. Coccionellarum *P.* 4,
Kali carbonici *P.* 1/5.
Contritis affunde
Aquae Rosarum *P.* 48,
— Cinnamomi,
Aquae Citri ãa *P.* 32.
Digere per aliquot horas. In colatura filtrata solve digerendo
Sacchari *P.* 210,
Aluminis *P.* 1/16.
Fiat l. a. syrupus.

Syrupus Lactis amygdalatus.

Rp. Syrupi Amygdalar. *P.* 5,
Lactis vaccini *P.* 4,
Sacchari *P.* 7.
Misce et solve.

Rp. Amygdalar. dulc. *P.* 4,
Amygdalar. amar. *P.* 1,
Lactis vaccini q. s.
Fiat emulsio. In colaturae *P.* 20 solve digerendo
Sacchari *P.* 36.

Syrupus Lactucae.

Rp. Extracti Lactucae *P.* 4.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 480.

Syrupus Lactucarii.

Rp. Lactucarii *P.* 1.
Terendo misceatur cum
Aquae destill. *P.* 180.
Leniter ebulliant, tum cola. In
Colaturae *P.* 170
solve ebullitione unica
Sacchari *P.* 310.
Ph. Belg. Extr. Lactucarii 1, Syr. Sacch. 450, Syr. Naphae 50.

Syrupus Lactucarii Aubergieri.

Rp. Extracti Lactucarii,
Acidi citrici ãa *P.* 3,
Sacchari albi *P.* 10.
Contritis affunde
Aquae fervidae *P.* 500,
Aquae Flor. Aurantii *P.* 50.
Digere per horas duas et saepius agita. Liquor post refrigerationem filtratus, additis
Sacchari albi *P.* 1000 et
Albuminis ovi in spumam redacti *P.* 50,
leni ebullitione syrupus fiat, qui coletur.

Syrupus Lactucarii opiatus (Aubergieri).

Paretur eodem modo quo Syrupus Lactucarii Aubergieri, nisi quod Extracto Lactucarii addatur

Extracti Opii *P.* 1½.

Syrupus Lichenis Islandici.

℞p. Saccharolati Lichenis Islandici *P.* 2.

Solve leni calore in

Aquae fervidae *P.* 1,

et admisce

Syrupi simplicis *P.* 8.

Paretur, quoties usus poscit. *Ph. Hb. Ph. Hann.* Lich. Isl. 6. Coque c. Aq. Colat. 48, Sacch. 60.

Syrupus Limacum.

Syrupus Helicum.

℞p. Saccharolati Limacum *P.* 2.

Solve coquendo in

Aquae destill. *P.* 1.

Paretur quoties usus poscit.

Ph. Hann. Helicem pomatiam unam concisam, Sacch. et Aq. aa Unc. 1 coque per aliquot temporis momenta, tum cola.

Syrupus Limonis.

Syrupus Flavedinis Citri.

℞p. Cort. Citri recent. *P.* 2,
Succi Citri recent. *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 36.

In lebetem immissae per horam calore balnei vaporis digerantur, tum colentur. Colaturae sint *P.* 56. *Ph. Brit.*

Syrupus Liquiritiae.

Mel Liquiritiae. Syrupus Glycyrrhizae.

℞p. Rad. Liquiritiae *P.* 8.

Concisas macera per unam noctem in

Aquae *P.* 40.

Liquor expressus et colatus semel ebulliat, tum evaporet, ita ut post refrigerationem et filtrationem supersint

Partes 16,

in quibus solve digerendo

Gummi Arab. *P.* 4,
Sacchari albi,
Mellis depurati aa *P.* 24.

Solutae una ebullitione fiant syrupus. *(Ph. Bor., Germ.)*

Ph. Helv. Rd. Liq. 1, Aq. Col. 5, Sacch. 8.

Syrupus Magnesiae aceticae.

℞p. Magnesiae aceticae solutae *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 6.

Misce.

Syrupus Mangani jodati.

℞p. Mangani carbonici *P.* 3.

In cucurbitam vitream immissis affunde

Acidi hydrojodici *P.* 60

vel q. s., ut inter seponendum agitandumque solutio efficiatur. Liquorem filtra, filtrum paulo Aquae destillatae eluendo. Liquidum limpidum, in patinam porcellaneam infusum, injectis

Sacchari albi *P.* 100

quam celerrime calefac, ut inter ebullitionem fiat syrupus, cujus pondus exaequet

Partes 160.

Syrupus statim in lagenulis minoribus optime obturatis et plane repletis loco aprico servetur. *P.* 100 continent *P.* 5 Mangani jodati.

Syrupus Mannae.

Syrupus mannatus *Ph. Bav.*

℞p. Mannae electae *P.* 3,
Aquae *P.* 13.

Solve. Colaturae filtratae adde

Sacchari albi *P.* 20.

Ebulliant, ut fiat syrupus.

Syrupus Mannae cum Rheo.

Syrupus Rhei cum Manna.

℞p. Syrupi Sennae cum Manna,
Syrupi Rhei aa *P.*

Misce.

Syrupus Matico.

℞p. Foliorum Matico conc. *P* 10,
Aquae *P.* 100.

E cucurbita vitrea calore balnei arenae destillent *P.* 10. Quod in cucurbita remanet, exprimendo coletur. Colatura sedimentando decanthandoque depurata ad *P.* 26 remanentes evaporando redigatur,

in quibus, liquore destillando elicito admisto,

Sacchari albi *P.* 64

digerendo solvantur.

Syrupi *P.* 10 continent solubile ex parte una Foliorum Matico.

Syrupus mercurialis Cuisinieri.

Syrupus Sarsaparillae comp. Cuisinieri.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.

Solve in

Syrupi Sarsaparillae comp. *P.* 5760.

Syrupus Monesiae.

Rp. Extracti Monesiae pulv. *P.* 1.

Solve digerendo in

Syrupi Sacchari *P.* 100.

Syrupus Monesiae compositus.

Rp. Syrupi Monesiae *P.* 6,
— Diacodion,
— Flor. Aurant. āā *P.* 1.

Misce.

Syrupus Morphini.

Rp. Morphini acetic. *P.* 1.

Solve in

Syrupi Sacchari *P.* 1920.

Rp. Morphini acet. *Gran* 1.

Solve in

Syrupi Sacchari *Unc.* 4.

Aequali modo parentur:

Syrupus Codeïni,
— Morphini hydrochlorici,
— Morphini sulphurici,
— Strychnini sulfurici.

Syrupus Musci corallini.

Rp. Musci corallini *P.* 400,
Aquae fervidae *P.* 1500.

Coque per horam dimidiam et exprimendo cola. Colaturae *P.* 1100 adde

Sacchari albi *P.* 2000.

Ebulliendo fiat syrupus, cui addatur infusum filtratum, paratum digerendo e

Coccionellae contusae *P.* 2,
Aluminis *P.* 1 et Aquae *P.* 20.

Syrupus Narcissi.

Rp. Florum Narcissi pseudonarcissi siccat. *P.* 1.

Affunde

Aquae ferventis *P.* 12,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.

Digere per noctem unam. In colatura filtrata

Partium 12

solve digerendo

Sacchari albi *P.* 21,

ut fiat syrupus.

Syrupus Natri hypochlorosi.

Syrupus Natri chlorati.

Rp. Liquoris Natri hypochlorosi *P.* 4,
Syrupi Sacchari *P.* 10.

In mixtis solve agitando

Sacchari albi *P.* 2.

Syrupus Natri hypophosphorosi.

Rp. Natri hypophosphorosi *P.* 20,
Natri carbonici crystallisati *P.* 5,
Syrupi Sacchari *P.* 2000.

Digerendo solve et serva.

Rp. Calcariae hypophosphorosae *P.* 20,
Natri carbonici crystallisati *P.* 40.

Conterendo mixtis superfunde

Aquae destillatae calidae *P.* 720.

Digere per horae quadrantem, interdum agitando, et filtra. In colaturae *P.* 720 digerendo solve

Sacchari albi *P.* 1300.

Serva in lagenis bene obturatis, loco frigido. Cave ne syrupus reactionem acidulam, ope chartae exploratoriae coeruleae indagandam, praebeat.

Partes centenae syrupi continent partem unam hypophosphitis natrici.

Syrupus Natri hyposulphurosi.

Syrupus Natri subsulphurosi Mouchoni.

Rp. Natri hyposulphurosi *P.* 30.
Solve in
Aquae destill. *P.* 90,
Syrupi Sacchari *P.* 390.
Paretur, quoties usus poscit.

Syrupus Natrii chlorati.

Rp. Natrii chlorati *P.* 125,
Aquae destill. *P.* 200,
Sacchari albi *P.* 400.
Ebulliendo fiat syrupus, cui adde
Aquae Lauro-Cerasi *P.* 30.

Syrupus Oleae foliorum.

Rp. Extracti Oleae Europaeae foliorum *P.* 1.
Solve in
Syrupi Sacchari *P.* 16.

Syrupus Olei Jecoris Aselli.

Rp. Olei Jecoris Aselli flavi *P.* 40,
Gummi Arab. *P.* 20,
Aq. Menth. pip. *P.* 30.
Lege artis commisceantur, ut fiat emulsio, cui agitando admisce
Syrupi Sacchari *P.* 110,
Aq. Amygdalar. amar. *P.* 1.

Nota. Partes 100 syrupi continent Partes 20 Olei Jecoris.

Ph. Belg. Ol. Jec. 100, Gm. Arab. 50, Aq. 100, Syr. Gm. Arab. 748, Ol. Menth. p. 2.

Syrupus Ononidis.

Rp. Rad. Ononidis *P.* 2,
Sem. Foeniculi *P.* 1.
Contusis affunde
Aquae fervidae *P.* 15.
Stent in digestione per 12 horas. In colaturae filtratae
Partibus 12
solve digerendo
Sacchari *P.* 22,
ut fiat syrupus.

Syrupus opiatus.

Syrupus Papaveris *Ph. Fenn.*

Rp. Extracti Opii *P.* 1.
Solve in
Syrupi Liquiritiae *P.* 480.
(Ph. Sl. H., Bad.) Bor. vet.

Ph. Norv. Extr. Opii 1, Syr. Sacch. 500.

Ph. (Belg.) Batav., Hb., Helv. Extr. Opii 1, Syr. Sacch. 480.

Ph. Sax. Extr. Opii Gran. 1, Syr. Sacch. Unc. 6.

Ph. Wrtb. Extr. Opii 1, Aq. 30, Syr. Sacch. 960.

Ph. Suec., Fenn. Tinct. Opii 1, Syr. Sacch. 96.

Syrupus Paulliniae.

Rp. Extracti Pastae Guaranae *P.* 4.
Solve in
Spiritus V. rectfss. *P.* 40,
Syrupi Sacchari *P.* 440.

Syrupus pectoralis

Lamouraux.

Rp. Syrupi Liquiritiae,
— Rhoeados,
Mucilag. G. Arabici āā *P.* 8,
Saccharolati Lich. Island. *P.* 1,
Extracti Opii *P.* 1/60.
Solve et misce.

Ph. Belg. Pulmonum vitulin. *P.* 800, Lich. Isl., Jujub., Dactilor., Rd. Liquirit. āā 250, Fol. Pulmonariae 1250, Flor. Malvae, Flor. Alth., Flor. Violar., āā 166, Flor. Rhoead. 250, Extr. Opii 2, Sacch. 1500, Aq. q. s. Fiat secundum artis leges syrupus.

Syrupus pectoral. Maroncellii.

Tinct. Ipecac. 1, Tinct. Digital. 5, Tinct. Bellad. 4, Syrup. Bals. Tolut. *P.* 250, Syrupi Sacch. *P.* 2000. M.

Syrupus Pepsini

Corvisartii.

Rp. Pepsini *P.* 10,
Acidi citrici *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 20.
Contritis admisce
Syrupi Cerasorum *P.* 160.
Recens paretur.

Syrupus Pepsini
(Tosii.)

℞p. Pepsini *P.* 1,
Syrup. Aurant. flor. *P.* 32.
Solve digerendo.

Syrupus Picis.

℞p. Aquae Picis *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 18.
Fiat syrupus.
Aequali modo paretur:

Syrupus Florum Aurantii.

Syrupus Piperoidi.

℞p. Tinct. Piperoidi *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 24.
Misce conquassando et cola per linteum.

Syrupus Pulmonum Vulpium.

Fuchslungensaft.

℞p. Elix. Succi Liquirit. *P.* 2,
Syrupi Sennae,
— Sacchari aa *P.* 6,
(Spirit. V. rectfss. *P.* 1).
Misce.

Syrupus Ratanhae.

℞p. Extracti Ratanhae *P.* 12.
Solve digerendo in
Syrupi Sacchari *P.* 480.
Cola. *Ph. Belg.* 1 et 20.

Syrupus Rhei.

℞p. Rad. Rhei *P.* 12.
In taleolas concisis adde
Cassiae cinnam. *P.* 3,
Kali carbonici *P.* 1,
Aquae *P.* 96—104.
Macera per noctem. In colaturae *P.* 80 solve leni ebullitione
Sacchari albi *P.* 144.
Fiat syrupus. *Ph. Bor. (Hb., Sl. H., Helv., Hass., Hann.)*

Ph. Bav. Rd. Rhei 1, Aq. 14. Digere. Colat. 12, Sacch. 20.

Ph. Belg. Rd. Rhei 50, Sacch. 645, Aq. Cinnamomi 20, Aq. q. s.

Ph. Dan. Rd. Rhei 16, Kali carb. 1, Aq. 96; Colat. 80. Sacch. 144.

Ph. Fenn. Tinct. Rhei aq. 5, Sacch. 8. Fiat syrupus.

Syrupus Rhei compositus.

Syrupus Infantium. Kindersaft.

℞p. Radicis Rhei,
Cort. Frangulae aa *P.* 3,
Kali carbonici *P.* 1.
Concisis et contusis affunde
Aquae fervidae *P.* 48.
Stent per tres horas; tum exprimendo colentur. In colatura decantatha vel filtrata
Partium 38
solve ebulliendo
Sacchari *P.* 64.
Solutionem colatam et refrigeratam commisce cum
Tinct. Cinnamomi *P.* 6.

Ph. Belg. Rd. Rhei 50, Rd. Taraxaci 100, Sacch. 625, Aq. Cinnamomi 20, Aq. q. s.

Sirop de Déodat. Syr. Rhei comp. 10, Syr. Sennae 5, Tinct. Zingib. ½. M.

Syrupus Rhoeados.

Syrupus Papaveris (rubri s. Papav. erratici).

℞p. Florum Rhoeados *P.* 2.
Concisis affunde
Aquae fervidae *P.* 22,
Spiritus V. rectfss. *P.* 4.
Stent per unam noctem. In colatura filtrata
Partium 20
solve digerendo
Sacchari *P.* 36.

Simili modo parentur:

Syrupus Farfarae herbae.
— **Foeniculi** sem.

Syrupus Ricini.

℞p. Sem. Ricini *P.* 30,
Gummi Arabici *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 10.
Contundendo ad massam tenerrimam redactae commisceantur cum
Aquae Flor. Aurant. *P.* 60.
In colatura expressa solve digerendo
Sacchari albi *P.* 100.

Eodem modo paretur

Syrupus Amdae sem.

Syrupus Rosarum rubrarum.

Syrupus Rosae Gallicae.

℞p. Flor. Rosarum rubrarum (Rosae Gallicae et Damascenae) *P.* 3.
Concisis affunde
Aquae fervidae *P.* 13.
Stent per 12 horas, tum exprimendo cola. In colatura filtrata
Partium 10
solve digerendo
Sacchari albi *P.* 18,
ut fiat syrupus.

Syrupus Sacchari s. simplex.

℞p. Sacchari albi *P.* 36.
Solve leni ebullitione in
Aquae destillatae *P.* 20.
Solutio adhuc calida per linteum coletur.

Syrupus Sanitatis Berolinensis.

℞p. Extracti Gentianae *P.* 2,
— Millefolii *P.* 4.
Solvantur in
Mellis depurati *P.* 220.
Solutis admisce miscelam, paratam e
Mellis depurati,
Spirit. V. rectfss. aa *P.* 20.
Serva in vitris obturatis.

℞p. Rad. Iridis Florent. *P.* 4,
— Gentianae,
Herb. Mercurialis aa *P.* 2,
Fol. Buglossi (Anchusae),
— Boraginis aa *P.* 1.
Concisis affunde
Vini Gallici albi *P.* 28.
Macera per sex dies, tum exprimendo cola. Colatura filtrata commisceatur cum
Mellis depurati *P.* 96,
et calore balnei vaporis ad remanentes
Partes 96
evaporet. Postremo coletur. *Suppl. Ph. Bor.*

Nota. Syrupus Vitae longae Syrupo Sanitatis similis est.

Syrupus Santoninae.

℞p. Santoninae tritae *P.* 2.
Solve digerendo in
Spirit. Vini rectfss *P.* 40.
Tum adde
Syrupi Sacchari calefacti *P.* 440.

Syrupus Sarsaparillae.

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 3,
Decoct. Sarsaparill. conc.
M. *P.* 1.

Syrupus Sarsaparillae compositus.

Syrupus Sarsaparillae *Ph. Helv.* Extractum Sarsaparillae comp. Roob antisyphiliticum. Syrupus antisyphiliticus. *Syrop de Laffecteur ou de Cuisinier.*

℞p. Rad. Sarsaparillae,
— Chinae,
Ligni Guajaci aa *P.* 6.
Concisas et contusas macera per 24 horas in
Aquae fervidae *P.* 144.
Cola et evaporando ad dimidiam liquoris consumtionem redige Dein admisceantur
Mellis depurati,
Sacchari aa *P.* 24.
Coquendo ad consistentiam syrupi spissioris evaporent, admiscendo infusum, paratum e
Foliorum Sennae et
Seminis Anisi aa *P.* 1/2.
Sit syrupus consistentiae spissioris, fuscus. *Ph. Hb.*

Ph. Bav. (Hann.) Rd. Sarsaparill. 9, Ligni Guaj., Ligni Sassafras, Rd. Chinae aa 6, Cort. Chin. reg. 3, Aq. 144. Macera per 48 horas, tum coque et exprime. Residuum iterum cum Aq 144 coquatur, et exprimatur. Colaturis mixtis adde Sacch. 20 *(Ph. Hann.* Sacch. 30*)* et Infusum paratum e Sem. Anisi $\frac{1}{6}$ *(Ph. Hann.* $\frac{1}{3}$*)* et Aq. 4. Evaporando ad densitatem Syrupi redige.

Ph Austr. Rad. Sarsaparill. 16, Aq. 264; Flor. Borraginis, Flor. Rosar., Fol. Senn., Sem. Anisi aa 1, Sacch., Mellis dep. aa 16. Evaporando fiat syrupus.

Ph. Dan. Rad. Sarsaparill. 16, Lign. Guaj. 4. Aq. q. s. Coque, sub finem

coctionis addendo Fol. Senn., Hb. Borraginis, Flor. Rosar. incarn. āā 1. Colaturae evaporando ad 20 redactae, additis Sacch., Mellis albi āā 12, ad densitatem syrupi inspissentur.

Ph. Norv. Rd. Sarsaparill. 16, Ligni Guaj. 4, Fol. Senn. 1. Colat. evaporat. 20, Mellis, Sacch. āā 12. Colat. syrupi = 70.

Ph. Belg. Rad. Sarsap. 15, Fol. Senn., Flor. Borragin., Flor. Rosar., Sem. Cumini āā 1, Mellis, Sacch. āā 15, Aq. q. s. Fiat syrupus.

℞p. Rad. Sarsaparill. *P.* 24,
Ligni Guajaci,
Ligni Sassafras,
Rad. Chinae āā *P.* 16,
Cort. Chinae fuscae *P.* 8,
Fruct. Anisi *P.* 3.
Concisis contusisque affunde
Aquae fervidae *P.* 250.

Digerantur per aliquot horas, tum exprimendo colentur. In colatura filtrata, evaporando ad *P.* 80 remanentes redacta, ebulliendo
Sacchari albi *P.* 130
solvantur *(Ph. Germ.)*.

Suppl. Ph. Bor. Schachtii illis speciebus admiscet Flor. Borraginis *P.* 4.

Ph. Helv. Rad. Sarsap. 3, Rd. Chinae, Ligni Guaj., Ligni Sassafr. āā 2, Cort. Chinae 1, Aq. 50. Post macerationem per biduum coque. Colat. 12. Denuo aqua affusa coque, sub finem coctionis addendo Sem. Anisi $\frac{1}{10}$. Colaturae commixtae et evaporando ad *P.* 12 redactae, additis Sacch. albi 16, coquendo syrupus fiant.

Syrupus Sarsaparillae jodatus.

Sirop de Bochet jodé.

℞p. Kali jodati *P.* 1.
Solve in
Syr. Sarsaparill. comp. *P.* 60.

Syrupus Scillae.

Syr. Scillae comp. *Ph. Belg.* Oxysaccharum scilliticum.

℞p. Aceti scillitici *P.* 18,
Cassiae cinnamomeae,
Rad. Zingiberis āā *P.* 1.
Post digestionem per triduum in vase vitreo colentur, et addantur
Sacchari albi *P.* 30.
Fiat una ebullitione in vase porcellaneo et colando syrupus. *Ph. Bad. Hann., Sl. II.*

Ph. Suec., Fenn. Rd. Zingib. 1, Rd. Scill. 2, Hb. Hyssopi 4, Aq. Menth. pip. q. s., Colat. 36, Sacch. 72.

Ph. Belg. Rd. Scill. 14, Zingib. 7, Hb. Hyssopi 28, Sacch. 654, Ol. Menth. p. $\frac{1}{3}$, Aq. q. s. Syrupi pond. = 1000.

Ph. Wrtb. Rd Scillae 1, Aq. 12, Colat 10, Sacch. 16.

Ph. Austr. Aceti scillitici 10, Sacch 16.

Ph. Brit. Bulbi Scill. 5, Acet. puri 40*v*. Digere per dies tres. Colaturae exprimendo effectae adde Spirit V. rectf. 3 *v*. Post filtrationem adde Sacch. 64. Fiat syrupus.

Syrupus Scillae compositus.

Hive syrup.

℞p. Bulbi Scillae *P.* 14,
Rd. Zingiberis *P.* 7,
Herb. Hyssopi *P.* 28,
Sacchari albi *P.* 654,
Olei Menth. pip. *P.* $\frac{1}{3}$,
Aquae q. s.
Lege artis fiat syrupus. *Ph. Belg.*

℞p. Syrupi Senegae *P.* 160,
— Sacchari *P.* 320,
Extracti Scillae *P.* 10,
Tartari stibiati *P.* $\frac{1}{2}$.
Misce et solve. *(Ph. Americ.)*

Syrupus Secalis cornuti.

Syrupus Ergotinae.

℞p. Extracti Secalis cornuti *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 60.
Solve *(Ph. Belg.)*

Syrup. Secalis cornuti vinosus.

Syrupus Calcarii.

℞p. Secal. cornuti pulv. *P.* 1,
Macera per 4 dies cum
Vini Malacensis q. s.
In colaturae *P.* 6 solve
Sacchari albi *P.* 10.
Fiat syrupus.

Syrupus sedativus.

Ruhsaft. Beruhigungssaft.

℞p. Syrupi Rhei,
— Sennae,
Mellis rosati āā *P.*
Misce.

℞p. Magnesiae ustae *P.* 1,
Syrupi Sacchari,
— Rhei āā *P.* 64.
Misce, digere per aliquot horas, saepius agita et cola.

℞p. Syrupi Diacodii,
— Rhei compos. āā *P.*
Misce.

℞p. Syrupi Sacchari,
— Rhei compos. āā *P.* 60,
Tinct. sedativae crocatae *P.* 5.
Misce agitando.

Syrupus sedativus Delabarri.

Syrop de dentition de D. Delabarre.

℞p. Herbae Hyoscyami *P.* 20,
Rad. Ipecacuanhae āā *P.* 10,
Croci *P.* 60.
Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 960.
Digere per 12 horas, tum cola et filtra. Colaturae admisce
Syrupi Sennae,
— Rhei āā *P.* 960,
— Liquiritiae *P.* 1920.

Delabarre formulam hanc dedit: Succi Tamarind. rec. 30, Infusi Croci (1 et 32) 20, Mellis dep. 100, Tinct. Vanill. 2½.

Syrupus Senegae.

(Syrupus Polygalae.)

℞p. Rad. Senegae conc. *P.* 2.
Affunde
Aquae *P.* 22 et
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.
Macera per duos dies, tum exprime et filtra.
In colaturae filtratae
Partibus 22
solve ebulliendo
Sacchari *P.* 36.
Ph. Bor., Hass. (Germ.)

Syrupus Sennae.

Syrupus Sennae cum Manna. Syrupus Mannae *Ph. Hann., Hass., Dan.* Syrupus mannatus *Ph. Bad. et Aust.* Syrupus Mannae comp.

℞p. Fol. Sennae concis. *P.* 8,
Sem. Foeniculi cont. *P.* 1,
Mannae *P.* 12.
Affunde
Aquae fervidae *P.* 48.
Stent per tres horas. In colaturae exprimendo obtentae et decanthatae *P.* 36 solve
Sacchari albi *P.* 48.
Semel ebulliant et colentur. *Ph. Bor., Bav., Bad., Hann., Sl. H., Hass. (Helv.)*

Ph. Hb. praecipit Mannae *P.* 10. *Ph. Germ.* 10, 1, 15, 50, 55, 50.

Ph. Wrtb. Fol. Senn. 32, Sem. Anisi 8, Macis 1, Aq. ferv. 208. In colatur. 176 solve Mannae 48, Sacch. 256.

Ph. Norv. Fol. Senn. 32, Mannae 48, Sem. Foenic., Rd. Zingib. āā 1, Sacch. 176, Aq. q. s.

Ph. Austr. Fol. Senn. 16, Sem. Anisi stellati 1, Aq. ferv. 192, Sacch. 192, Mannae canellatae 48.

Ph. Belg. Fol. Senn. 60, Sacch. 450, Mann. 225. — Syrupi pond. = 1000.

Ph. Belg. Syrupus Sennae: Fol. Sennae 100, Rd. Liquir. 50, Spirt. Foeniculi 3, Sacch. 650, Aq. q. s.

Ph. Dan. Fol. Senn. 32, Sem. Foenic., Rd. Zingib. āā 1, Aq. 192; Mann. 48, Sacch. 176.

Ph. Brit. Fol. Senn. 16, Sacch. 24, Sp. Vini 2*v.*, Ol. Coriandri $\frac{1}{160}$, Aq. q. s. Pond. syrupi = 42.

Syrupus Sinapis.

Loco Syrupi Raphani. Syrupus pectoralis Meyeri. (Rettigsaft.)

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 32,
Spirit. Sinapis *P.* 1.
M.

Syrupus Spigeliae anthelmiae.

℞p. Radicis siccatae concisae Spigeliae anthelmiae *P.* 1,
Aquae *P.* 5,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1.
Stent in digestione, vase clauso, per 8 horas, tum exprimendo colentur. In colaturae filtratae Partibus 5 solve digerendo

Sacchari contusi *P.* 8,
ut fiat syrupus.

Syrupus Spinae cervinae.

Syrupus Rhamni catharticae. Syrupus domesticus.

Ph. Bor., Helv.

Paretur e Baccis Spinae cervinae recentibus et plane maturis, uti Syrupus Berberidum.

Ph. Belg. Succ. bacc. 15, Sacch. 10. Evaporent ad densitatem syrupi.

Ph. Hamb.

Rp. Baccarum maturar. Rhamni catharticae q. v.
Conquassentur et calefactae exprimantur.
Succi hujus *P.* 160,
per pannum laneum filtratis, addantur
Sacchari *P.* 256.
Solvantur et colentur addendo, in sacculo inclusas
Seminis Anisi contusi,
Mastiches āā *P.* 3,
Rad. Zingiberis concis.,
Cassiae cinnamomeae cont.,
Caryophyllorum āā *P.* 1 $^1/_2$.
Ebulliendo et despumando fiat syrupus coloris sordide rubri.

Ph. Hann. Mastiche omittatur.

Syrupus stomachicus.

Rp. Syrupi Liquiritiae,
Syrupi Ipecacuanhae,
Mellis rosati āā *P.* 10,
Tinct. amarae *P.* 2.
Misce.

Syrupus Styracis.

Rp. Styracis liquidi *P.* 1,
Aquae calidae *P.* 12.
Digere interdum agitando. Post refrigerationem filtra. In colatura solve
Sacchari albi *P.* 20,
ut fiat syrupus.

Syrupus Succi Herbarum.

Rp. Succorum recentium Herbarum (Cichorei, Fumariae, Chaerefolii, Nasturtii, Taraxaci etc.) q. v.
Succi leniter ebullientes colentur. In
Colaturae *P.* 50
solve digerendo
Sacchari *P.* 90,
ut fiat syrupus.

Syrupus contra tussim convulsivam.

Keuchhustensaft.

Rp. Rad. Ipecacuanh. *P.* 5,
— Zingiberis,
Folior. Sennae āā *P.* 60,
Herb. Ledi palustr. *P.* 400.
Contusis et concisis affunde
Aquae fervidae *P.* 2400,
Spirit. V. rectf. *P.* 480.
Stent per unam noctem. In colatura expressa filtrata Partium 2000 solve digerendo
Sacchari *P.* 3500.

Coxe's hive-syrup.

Rp. Rad. Serpentar. Virg.,
— Scillae āā *P.* 8,
Aquae *P.* 64.
Digere per horas sex. Colaturae adde
Sacchari albi,
Mellis depurati āā *P.* 32.
Evaporando ad densitatem syrupi redacto liquido admisce
Tartari stibiati *P.* $^1/_{60}$.

Syrupus Tragacanthae.

Rp. Tragacanthae *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 5.
In pulverem subtilissimum terendo redactae commisceantur cum
Syrupi Sacchari *P.* 300.

Syrupus Violarum.

Rp. Florum Violae odoratae recentium et calycibus liberatorum *P.* 8.
Aqua tepida ablutae in mortario porcellaneo ad pastam mollem contundantur. Tum affunde
Aquae destill. calidae *P.* 24.
Stent in vase stanneo per horas sex et cola exprimendo, In colatura filtrata Partium 20 solve, non adhibito calore,

Sacchari albi *P.* 36.

Solutione peracta, digere calore 50° Cels. therm. non superante per horae quadrantem, et cola.

Sit syrupus coloris caerulei, addito Liquore Kali carbonici in viridem mutandi, odoris Violarum. In lagenis minoribus et plane repletis servetur.

Eodem modo paretur:

Syrupus Persicorum florum rec.

Syrupus Vitae longae.

Mellitum s. Syrupus Mercurialis compositus.

Rp. Radicis Gentianae *P.* 32,
— Iridis Flor. *P.* 64.

Concisis affunde
Vini albi *P.* 375,
Succi Mercurialis annuae *P.* 1000,
Succi Borraginis off.,
Succi Anchusae off. vel Italicae āā *P.* 250.

Macera per diem unum, tum exprimendo cola. Colatura commisceatur cum
Mellis depurati *P.* 1500,
et evaporet ad spissitudinem syrupi.

Tabulae pectorales (rubrae).

(Brustkaramellen.)

Rp. Rad. Iridis Florent.,
— Althaeae āā *P.* 3,
— Liquiritiae,
Gummi Arabici āā *P.* 16,
Elaeosacch. Anisi stellati,
— Flor. Aurant. āā *P.* 2,
Tragacanthae *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 192.

Subtilissime pulveratis mixtisque adde infusum paratum e
Coccionellae *P.* 1,
Aluminis *P.* $^2/_3$,
Aquae q. s.,
ut fiat massa, quae in tabulas rhomboideas redigatur et siccetur.

Taffetas (Taphetum) vesicans *Ph. Bav.*

Tela serica vesicatoria. Vesikatortaffet.

Rp. Cantharid. pulv. *P.* 240,
Aetheris *P.* 480.

Mixtas sepone vase clauso per tres dies, tum cola et exprime. In colatura solve
Sandaracae pulv. *P.* 40,
Mastiches pulv. *P.* 20,
Terebinth. Venet. *P.* 10,
Olei Olivar. Prov. *P.* 3.

Liquore tela sericea, quae solutione Ichthyocollae obducta est, vel taffetas ceratum (Wachstaffet) penicilli ope ter quaterve oblinatur. Tela (taffetas) sit supra jugum netorium fortius extensa. Indumentis siccatis, iterum semel oblinatur solutione parata ex
Ichthyocollae *P.* 240,
Spirit. V. rectf.,
Aquae destill. āā *P.* 1200.

Hoc indumentum siccetur. Serva. Ante usum tela humectetur.

Tela sericea epispastica *Ph. Bad.*

Rp. Euphorbii pulv. *P.* 1, Cantharidum pulv. *P.* 10. Digere in balneo aquae cum Spiritus V. rectfss. *P.* 36. E tinctura inter expressionem colata elice destillando Spiritus Vini *P.* 30. Residuum immisce Gelatinae liquidae ex Ichthyocollae *P.* $\frac{1}{8}$ et Aquae q. s. caloris ope paratae et evapora, ut remaneant miscelae *P.* 12. — Solutio calida penicilli ope illinatur in holosericum bene expansum, ut in Emplastro adhaesivo Anglico. In dorso denique mixtione Tincturae Benzoës et Balsami Peruviani illini potest.

Taffetas *Ph. Germ.*

Rp. Canth. pulv., Cort. Mezerei concis. āā *P.* 36. Affunde Aetheris *P.* 200. Macera per hebdomadem, saepius agita et exprimendo cola. In colatura filtrata solve Mastiches *P.* 3, Sandaracae *P.* 8. Terebinthinae *P.* 2, Olei Lavandulae *P.* 1. Liquore decanthato tela bombycina expansa, quae solutione Ichthyocollae obducta, dein siccata est, illinatur, quae, 40 grammatis adhibitis, latitudinem centimetrorum 50 et longitudinem centimetrorum 80 habeat. Quod inductum fuerit, loco paulo tepido siccetur. Sit splendens, Spiritu Vini humectatum cuti adhaerens.

Taffetas vesicans Dubuissoni.

Rp. Gelatinae albae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 10,
Extracti spirituoso-aquosi Cantharidum *P.* 4.

Calore balnei vaporis misce et solve. Mixtione tepida tela bombycina (taffetas) texturae densioris, quae supra jugum netorium (Stickrahmen) extensa est, ope penicilli ter quaterve oblinatur. Tela siccata, dein ex jugo exemta in frustula majora dissecetur, et loco sicco in vasis ferreis albis asservetur.

Tartarus boraxatus.

Tartras boraxato-kalicus.

Rp. Boracis *P.* 1.
Solutae in
Aquae destill. ferv. *P.* 10,
adde inter agitationem
Kali bitartarici *P.* 2.

Solutione peracta liquor per duos dies loco frigido seponatur, tum filtretur et in catino porcellaneo calore balnei vaporis evaporet, donec massam tenacem, post refrigerationem friabilem referat. Massa tunc in laminas taeniasque tenuissimas divulsa et extenuata seponendo loco calido tamdiu exsiccetur, donec omnes partes hyalinae evanuerint. Dein in pulverem grossum contritam serva in lagenis obturatis. *(Ph. Bor.)*

Ph. Bad., Bav., Hass., Hb., Wrtb., Sax., Helv. Boracis 1, Tart. dep. 3, (Aquae 12—15). *Ph. Hann.* 5 et 11, *Ph. Germ.* 2 et 5. *Ph. Fenn.* 24 et 59.

Tartarus boracicus *Ph. Gall.*
Tartrate borico-potassique
e Kali bitartarici *P.* 4, Acidi boracici *P.* 1 et Aquae destillatae *P.* 24 eodem modo paretur.

Tartarus martiatus solubilis *Ph. Gall.*

Rp. Kali tartarici triti *P.* 1,
Tinct. Tartari ferrati solubilis *P.* 4.

Mixtae inter agitationem calore balnei vaporis exsiccentur et in lagenis vitreis obturatis asserventur.

Tartarus stibiatus
in Granis.
(Ad recepturam.)

Rp. Tartari stibiati,
Sacchari albi,
Sacchari Lactis $\widehat{aa}$ *P.*,
Aquae destill. q. s.

Misce. Fiat massa pilularum consistentiae, quam ope machinae pilularis divide, ita ut frustulum unumquodque contineat 6 Centigrammata vel Granum 1 Tartari stibiati. Frustula Saccharo Lactis conspersa loco tepido exsiccentur. Serva in lagenulis vitreis.

Tartarus stibiatus
in semigranis.
(Ad recepturam.)

Paretur aequali modo, atque Tartarus stibiatus in granis, ita tamen, ut frustulum unumquodque contineat Tartari stibiati 3 Centigrammata vel Granum dimidium.

Tartarus stibiatus
solutus.

Solutio Tartari stibiati. *(Ad recepturam.)*

Rp. Tartari stibiati *P.* 1.
Pulveratam solve agitando in
Aquae destill. *P.* 50.
Liquori (filtrato) admisce
Spiritus V. rectf. *P.* 9.
Serva luce remota in lagenis vitreis.
Signa: Tartarus stibiatus. Sumatur 60plum.

Terebinthina cocta.

Rp. Terebinthinae Venet. q. v.
Aquae destill. sextuplum.

In vesicam destillatoriam intus stanno obductam, immissis, destilla igne modico, quamdiu oleum aethereum prodit. Massa resinosa, dein e vesica exemta, calore balnei vaporis fac evaporet, donec portiuncula aquae frigidae immersa consistentiam duram assumserit.

Tinctura Absinthii.

Rp. Herbae Absinthii siccatae *P.* 1.
Minutim concisae affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 6.

Digere, calore graduum 30 ad 45 Celsiani thermometri, in cucurbitam vel lagenam vitream ingestas, quam ope vesicae acu perforandae clauseris, per quatuor dies et saepius agita.

Tincturam refrigeratam exprime, per biduum loco frigido sepone et filtra. Colatura sit Partium 5.

Ph. Bor. Hb. Absinth. sicc. 1, Spir. V. rectf. 6. Macera in vase clauso saepius agitando per octo dies temperatura 15

usque ad 25° C.) Dein liquor decantetur, residuum exprimatur, et liquores filtrentur.

Eodem modo parentur:

Tinctura Aconiti herbae *Ph. Hb., Helv., Hann. (Ph. Wrtb., Dan.* 1 et 12. *Ph. Hass.* 1 et 8).
— **Arnicae** florum *(Ph. Dan., Hass., Suppl. Ph. Bor.* 1 et 8. *Ph. Germ.* 1 et 10).
— **Belladonnae** *Ph. Hb., Hann., Helv., Fenn. (Suppl. Ph. Bor.* 1 et 12*). Ph. Brit.* 1 et 20*v).*
— **Calami** radicis.
— **Chamomillae** florum.
— **Chenopodii ambrosioidis.**
— **Chenopodii Vulvariae.**
— **Conii mac.** *Ph. Wrtb., Helv.*
— **Digitalis** herb. *(Ph. Suec., Hass., Bav.* 1 et 8. *Ph. Brit.* 1 et 8*v).*
— **Gentianae** rad.
— **Gratiolae** herbae.
— **Hyoscyami** herbae. *(Ph. Brit.* 1 et 8*v).*
— **Lobeliae** inflat. *(Ph. Hann., Hass., Brit., Ph Sl. H., Dan.* 1 et 8. *Ph. Germ.* 1 et 10. *Ph. Wrtb.* 1 et 5*).*
— **Lupuli** strobilorum. *(Ph. Brit.* 1 et 8*v.)*
— **Matico** herbae (Piperis angustifolii Ruiz. et Pavon.)
— **Menthae crispae.**
— **Menthae piperitae.**
— **Myrtillorum** bacc. sicc.
— **Pareirae bravae** rad.
— **Sabinae** herbae. (*Suppl. Ph. Bor.* 1 et 12. *Ph. Brit.* 1 et 8*v).*
— **Sanguinariae** Canadensis.
— **Scillae** radicis. *(Ph. Hass.* 1 et 8. *Ph. Hann.* 5 et 24. *Ph. Brit.* 1 et 8*v*).

Tinctura Secalis cornuti. *(Ph. Brit.* 1 et 4*v).*
— **Scordii** herbae.
— **Serpentariae** *(Ph. Brit.* 1 et 8*v).*
— **Thujae occidentalis** herbae.
— **Rhois Toxicodendri** fol. *(Ph. Germ.* 1 et 10*).*
— **Trifolii** herbae.
— **Vanillae** *(Ph. Hass., Hann.* 1 et 8. *Ph. Germ.* 1 et 5. *Ph. Wrtb.* 1 et Alcoh. 8).

Tinctura Absinthii composita.

Tinctura amara Biesteri. Tinct. Absinthii kalina.

Rp. Herb. Absinthii *P.* 8,
— Cardui benedicti,
— Centaurii min. āā *P.* 4,
Cort. Aurantiorum,
Lingni Guajaci,
— Sassafras,
Cort. Chinae āā *P.* 2,
Rad. Angelicae,
— Valerianae āā *P.* 1,
Kali carbonici *P.* 8.
Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 144.

Digere per hebdomadem, exprime et filtra. *Ph. Hb., Sl. H.*

Ph. Austr. Hb. Absinth. 6, Flaved. c. Aurant. 2, Rd. Calami, Rd. Gent. āā 1, Cass. cinnam. ½, Sp. V. rectf. dil. 72.

Ph. Helv. Hb. Absinth. 8, Hb. Centaur. min. 4, Rd. Calami 2, Rd. Galang. 2, Cort. Aur., Cinn. Ceylan., Cort. Citri, Caryoph. āā 1, Spir. Vini rectfss. et Aquae āā 96.

Ph. Fenn. Hb. Card. bened., Fruct. Aurant. immat., Rd. Galang. āā 1, Hb. Absinth. 4, Spir. V. rectf. 48.

Tinctura Aconiti tuberum.

Rp. Tuberum Aconiti grosso modo pulv. *P.* 1,
Spirit. Vini rectf. *P.* 8.

Macera per hebdomadem, exprime et filtra. (Dosis maxima Gutt. 30). *Ph. Bor. Ph. Germ.* 1 et 10. *Ph. Brit.* 1 et 8*v*.

Tinctura Aconiti acida.

Rp. Herbae Aconiti recens siccatae *P.* 16.

Minutim concisis affunde mixturam paratam e

Spiritus V. rectf. *P.* 128,
Acidi sulphurici concentrati *P.* 1.

Macera per 5—6 dies, tum exprime et filtra. Colatura sit Partium 116.

Eodem modo parentur:

Tinct. acida Belladonnae herbae.
— — **Conii** herbae.
— — **Digitalis.**
— — **Hellebori albi** radicis.
— — **Hyoscyami** herbae.
— — **Ignatii** fabarum grosse pulv.
— — **Ipecacuanhae.**
— — **Nucum vomicarum** grosse pulv.
— — **Sabadillae** seminis.
— — **Staphidis. agriae.**
— — **Stramonii** herbae.

Tinctura Aconiti aetherea.

Rp. Herb. Aconiti siccatae grosse pulv. *P.* 1.

In lagenam orificio amplo munitam ingestae affunde

Spiritus aetherei *P.* 8.

Macera per 6—8 dies, vase clauso, et subinde agita. Tum exprime. Colaturae adde, si opus est, eam quantitatem

Spiritus aetherei,

ut pondus tincturae exaequet Partes 6, quae in infundibulo, operculo obtecto, per chartam bibulam filtrentur. *(Ph. Bor. vet., Dann.)*

Ph. Hann. 1 et 4, *Ph. Sl. H.* 1 et 5 (Colat. 4). *Ph. Hass., Helv.* 1 et 6.

Eodem modo parentur:

Tinct. aeth. Digitalis herbae *(Ph. Wrtb., Sl. H.* 1 et 5. *Ph. Helv.* 1 et 6. *Ph. Germ.* 1 et 10*)*.
Tinct. aeth. Lobeliae inflatae herbae. *(Ph. Sl. H.* 1 et 8. Colat. 8. *Ph. Brit.* 1 et 8*v)*.
— — **Nucum vomicarum** pulv.
— — **Pyrethri** rad.
— — **Stramonii** sem.
— — **Strychni seminis.**
— — **Sumbul** rad. minutim concisae.
— — **Valerianae** radicis = Tinct. Valerianae *Ph. Suec. (Ph. Wrtb., Germ.* 1 et 5. *Ph. Helv.* 1 et 6).

Tinctura Aconiti salina.

Rp. Herb. Aconiti gr. pulv. *P.* 1.

Tere per dimidiam horam cum

Liq. Ammoni acetici *P.* 2,

Deinde adde

Liq. Ammoni acetici *P.* 3,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1.

Macera per octo dies, tum exprime et filtra. Colatura sit Partium 5.

Eodem modo paretur:

Tinctura Digitalis salina ex herba.

Tinctura acris sine Kali.

Tinctura acris homoeopathica. Aetzstofftinktur.

Rp. Kali caustici sicci *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 6.

Digere leni calore per quatuor dies interdum agitando, tum sepone loco frigido per aliquod tempus. Liquori dein decanthato paulatim instilla

Acidi sulphurici conc.,

antea diluti

Aquae destillatae pari volumine,

eam quantitatem, quae ad neutralisationem perfectam requiritur. Sepone per diem unum et filtra. Sit liquor coloris e rubro flavi, chartam exploratoriam nec coeruleam nec rubram mutans.

Nota. Acidi sulphurici nimiam quantitatem, quam forte insuper addideris, addendo Calcariae ustae pulveratae paulum tollere licet.

Tinctura adstringens.

Tinct. Gallarum composita. *Akéomine.*

Rp. Gallarum Turcicarum *P.* 6.

Grosso modo contusis affunde

Aquae fervidae *P.* 20.

Digere per unam horam, dein coque usque ad colaturae *P.* 10, exprimendo eliciendas. Colaturae adde

Flavedinis recentis fructus Citri *P.* $^1/_5$,

Spirit. Vini rectfss. *P.* 10.

Macera per dies duos, dein filtra.

Teinture astringente de Boutigny et Gibert.

Rp. Acidi tannici *P.* 500.

Solve in

Spirit. Vini rectfss. *P.* 1000.

Dein admisce

Olei Bergamottae *P.* 5,
— Citri *P.* 10,
— Lavandulae,
— Rorismarini,
— Thymi āā *P.* 1,
Tinct. Catechu *P.* 2,
— Benzoës *P.* 5.

Sepone per aliquot dies et filtra.

Tinctura alexipharmaca Stahlii.

Rp. Rad. Angelicae,
— Imperatoriae,
— Carlinae,
Rad. Vincetoxici,
— Pimpinellae,
— Helenii āā *P.* 1.

Concisis affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 32.

Macera per diem unum, tum digere per 12 horas. Post refrigerationem exprime et filtra.

Tinctura Alkannae.

Rp. Rad. Alkannae *P.* 20,
Spirit. V. alcoholisati *P* 100,
Aceti concentrati *P.* 1.

Digere, exprime et filtra.

Tinctura Aloës.

Rp. Aloës contusae *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 6.

Macera loco tepido per 4—5 dies, et saepius agita. Tum sepone per aliquot dies loco frigido et filtra. *(Ph. Helv.)* (*Ph. Hass.* 1 et 8. *Ph. Fenn.* 1 et 5).

Ph. Bor., Hann., Dan., Germ. praecipiunt Spirit. Vini rectfss. *Ph. Germ.* 1 et 5.

Simili modo parentur:

Tinctura Ammoniaci.
— **Asae foetidae.** *(Ph. Fenn.* Sp. V. pond. sp. 0,860.)
— **Catechu.** *(Ph. Germ.* 1 et Sp. V. rectf. 5. *Ph. Brit.* Catechu 5, Cort. Cinnam. 2, Spir. tenuior 40*v*).
— **Galbani.**
— **Kino.** *(Ph. Brit.* 1 et Sp. V. rectfss. 10*v*).
— **Lactucarii.**
— **Myrrhae.** *(Ph. Fenn.* Sp. V. pond. sp. 0,860) (*Ph. Brit.* 1 et Sp. V. rectfss. 8*v.)*

Nota. Ph. Norv. Essentia Aloës: Aloës 1, Spir. V. rectfss. 4, Colat. 5. Aequali modo parentur: Essentiae Balsami Tolut., Castorei, Myrrh., Asae foet., Guajaci resin.

Ph. Brit. Aloës 1, Succi Liquirit. 3, Spir. V. tenuioris 40*v.* Colat. 40*v.*

Tinctura Aloës composita.

Elixir Aloës saponaceum.

Rp. Croci *P.* 1,
Aloës,
Kali acetici,
Fellis Tauri inspiss.,
Myrrhae āā *P.* 2,
Spirit. V. rectf. *P.* 24.

Digerendo fiat tinctura. *Ph. Suec.*

Tinct. Aloës composita *Ph. Germaniae.*

Rp. Aloës *P.* 9,
Rad. Gentianae,
Rad Rhei,
Rhizomatis Zedoariae,
Fungi Laricis,
Croci āā *P.* 1,
Spirit. Vini rectf. *P.* 200.

Digere, exprime et filtra.

Tinctura Aloës composita acida *Ph. Germ.*

Elixir Proprietatis Paracelsi.

Rp. Aloës,
Myrrhae āā *P.* 2,
Croci *P.* 1,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 24,
Acidi sulphurici diluti *P.* 2.

Macera per octo dies, dein filtra.

Tinctura amara.

Tinct. Gentianae composita.
Magentropfen.

Rp. Herb. Centaurii min.,
Pom. Aurant. immat.,
Rad. Gentianae āā *P.* 2,
— Zedoariae *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 36.

Leni calore digerendo, tum exprimendo filtrandoque fiat tinctura. *Ph. Bor., Hb., Sl. H., Hann., Sax., Bad., Bav. Wrtb., (Germ.).*

Ph. Hass. loco Radicis Zedoariae Radicem Zingiberis praecipit.

Ph. Dan. Hb. Absinth. 2, Hb. Card. ben., Rd. Gent., Pom. Aur. āā $\frac{1}{2}$, Sem. Anisi $\frac{1}{8}$, Spir. V. Gall. 36.

Ph. Brit. Rd. Gent. 12, Cort. Aurant. 6., Cardamom. 2, Sp. V. rectf. 160*r.* Colat. 160*r.*

Tinctura amara composita.

Rp. Tinct. amarae *P.* 15,
— Aurant. Corticis,
— Gentianae āā *P.* 10,
— Angelicae,
Tinct. Zingiberis āā *P.* 5.

Misce.

Tinctura amara Halensis.

Rp. Herb. Absinthii,
— Trifolii fibrini,
— Cardui benedicti,
— Tanaceti āā *P.* 4,
Cort. Aurantiorum,
Rad. Angelicae,
— Gentianae āā *P.* 2,
Kali carbonici dep. *P.* 1.

Concisis et contusis affunde
Tinct. Succini aeth. *P.* 6,
Spiritus V. rectf. *P.* 128.

Macera per aliquot dies, tum exprime et filtra.

Tinctura amara Mampei.

Dr. Mampe's echte bittere Tropfen.

Rp. Cassiae cinnamomeae,
Corticis Aurantii expulp.,
Herbae Cardui benedicti,
Radicis Galangae,
Radicis Gentianae āā *P.* 2,
Pomor. Aurant. immat. *P.* 4,
Caryophyllorum *P.* 1.

Contusis et concisis affundantur
Spiritus V. rectificatiss. *P.* 105,
Aquae communis *P.* 55.

Macera per hebdomadem, tum exprime et filtra.

Signa: Die nach Vorschrift des Sanitätsraths Dr. *Mampe* aus heilsamen Wurzeln und Kräutern extrahirten *Mampe*'schen Tropfen, die sich in der ganzen Welt eines grossen Beifalls erfreuen, sind echt bereitet von etc.

Tinctura amara viridis.

℞p. Tincturae amarae *P.* 2000,
Solutionis Indigo *P.* 1.
Misce.

Tinctura Ambrae
(aetherea.)
(Medicamentum.) Essence d'ambre.

℞p. Ambrae griseae tritae *P.* 1,
Spiritus aetherei *P.* 48.
Macera per triduum, tum filtra.
Nota. Ad usum cosmeticum Essentia Ambrae simplex (cf. Pag. 118) adhibetur.

Tinctura Ambrae cum Moscho.
Tinct. Ambrae composita.

℞p. Ambrae griseae *P.* 3,
Moschi *P.* 1.
Contritis affunde
Spiritus aetherei *P.* 144.
Macera per triduum, tum filtra.
Ph. Hass. 1, 1, 60.
Nota. Ad usum cosmeticum Essentia Ambrae composita (cf. Pag. 122) usitata est. Residuum e filtratione Tincturae Ambrae cum Moscho loco aperto reponatur, donec Aether adhaerens abierit, tum, affusis guttulis nonnullis Liquoris Ammoni caustici et quantitate sufficiente Spiritus vini, digere et filtra, ut fiat tinctura ad usum cosmeticum.

Tinctura antarthritica
Clinici Berol.

℞p. Tinct. kalinae *P.* 8,
— Guaj. ammoniat. *P.* 4,
— Opii simpl. *P.* 1.
M. D. S. Guttae 10—20 bis terve per diem.

Tinctura anticholerica.
Tinct. anticholerica Bastleri.
Dr. Bastler's Choleratropfen.

℞p. Olei Anisi,
— Juniperi baccarum,
— Cajaputi āā *P.* 4,
Spiritus aetherei *P.* 12,
Tinct. Cinnamomi *P.* 24,
Elixir. acidi Halleri *P.* 1.
Misce.

Tinct. anticholerica Franceschii.

℞p. Tinct. herb. Aconiti *P.* 6,
— Opii simpl. *P.* 3,
— Aloës *P.* 1.
M. Dosis Gutt. 10—30 in Vino Hispanico quaque quarta hora.

Tinct. anticholerica Haukii.

℞p. Tinct. Opii simpl.,
— Valerian. aeth.,
— aromatic. āā *P.* 6,
Olei Menth. pip. *P.* 1.
M. Gutt. 25—30 pro Dosi.

Tinct. antichol. Lobkowitzii.
Tinct. Secalis camphorata.

℞p. Seminum Secalis cerealis tostorum *P.* 1.
Contusis affunde
Spirit. Vini rectfss. *P.* 10.
Digere per hebdomadem et exprime.
In colaturae *P.* 9 solve
Camphorae *P.* 2.
Postremo filtra.

Tinct. anticholerica Lorenzii.

℞p. Tinct. Opii croc. *P.* 2,
Vini Ipecacuanh. *P.* 4,
Tinct. Valerian. aeth. *P.* 12,
Olei Menth. pip. *P.* 1.
M. Dosis—Guttae 15—25 in Infuso Menth.

Tinct. anticholerica Dr. Marcinkowski.

℞p. Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Nucum moschatarum,
Macidis āā *P.* 1,
Rad. Galangae,
— Zingiberis,
Cort. Cascarillae āā *P.* 2,
Cassiae cinnamomeae,
Pomor. Aurant. immatur.,
Rad. Angelicae,
— Calami āā *P.* 4,
Herb. Absinthii *P.* 8.
Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 192,
Aquae destill. *P.* 72.

Digere per biduum et exprime. Colaturae adde

Olei Menthae pip. *P.* $\frac{1}{4}$.

Signa: Mane et post meridiem 30 guttae cum aqua vitae vel vino sumantur.

Tinct. anticholerica Schaeferi.

℞p. Tinct. aromaticae *P.* 32,
Bals. Vitae Hoffm. *P.* 6,
Aetheris acetici *P.* 3,
Olei Calami *P.* $\frac{1}{10}$.

Misce.

Tinct. anticholerica Strogonoffii.

℞p. Spiritus aetherei,
Tinct. Valerianae aethereae āā *P.* 4,
Tinct. Strychni sem.,
Tinct. Arnicae āā *P.* 2,
Tinct. Opii *P.* 3,
Olei Menth. pip. *P.* 1.

M. Cum algor sentitur et pulsus exiguus est, dentur Gutt. 15, 20, 30 in Vino Hispanico quaque dimidia hora, donec reactio effecta fuerit.

Tinct. anticholerica Thielmanni.

℞p. Tinct. Ipecacuanhae,
Olei Menth. pip. āā *P.* 8,
Tinct. Opii crocat. *P.* 4,
Tinct. Valerianae aethereae *P.* 16.

M. 15—30 Gtt. in aqua saccharata.

Tinct. anticholerica Woronejei.

℞p. Kali nitrici pulv.,
Ammoni muriatici pulv.,
Piperis nigri cont. āā *P.* 5,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 3500,
Aceti crudi *P.* 750,
Olei Petrae *P.* 2.
Olei Menth. pip. *P.* 20,
Acidi chloro-nitrosi *P.* 2,
Olei Oliv. Provinc. *P.* 10.

Digere per aliquot horas, saepius agita et post refrigerationem filtra. Dosis: quoque quadrante horae cochlearia duo parva.

Tinctura antifebrilis
nosocomii militaris Viennensis Riegleri.

Tinctura Chinii comp. *Ph. mil. Austr.*

℞p. Aloës *P.* 12,
Cort. Aurantiorum,
Rad. Helenii āā *P.* 64.

Concisis et contusis affunde

Spirit. V. rectfss. *P.* 1248.

Digerendo, exprimendo filtrandoque fiat tinctura, cui admisceas

Spirit. camphorati *P.* 24,
Chinini sulphurici *P.* 48,
Acidi sulphurici dil. *P.* 108,
Tinct. Opii simpl. *P.* 12,
Spirit. V. rectf. q. s.,

ut pondus miscelae exaequet

Partes 1440.

Tinctura antifebrilis
Warburgii.

Warburg's vegetabilische Fiebertropfen.

℞p. Tinct. aloeticae (Elixirii Proprietatis) *P.* 22,
Spiritus V. rectf. *P.* 16,
— camphorati *P.* 2,
Chinini sulphurici *P.* 1.

Misce et solve.

Tinctura antimiasmatica Goelisii.

℞p. Cupri sulphurici ammoniati *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 8,
Acidi hydrochlorici puri *P.* $\frac{1}{48}$.

Tinctura antiphthisica.

Tinct. antiphthisica Fulleri.

℞p. Ferri sulphurici cryst.,
Plumbi acetici cryst. āā *P.* 1.

Contritis affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 8.

Macera per 24 horas et saepius agita, tum filtra.

Tinct. antiphthisica Grammanni.

℞p. Plumbi acetici cryst. *P.* 4.

Solve in

Aceti crudi *P.* 16.
Tum adde inter agitationem
Ferri sulphurici cryst. *P.* 3,
antea contritas, et
Spiritus V. rectf. *P.* 16,
Aquae Rosarum *P.* 48.
Macera et filtra.

Tinctura antispastica.

Gliedertropfen.

Rp. Kali acetici *P.* 8,
— carbonici *P.* 1,
— chlorici *P.* 2,
Rad. Asari *P.* 12,
— Ipecacuanhae *P.* 1,
Herb. Digitalis,
— Hyoscyami aa *P.* 2,
Spirit. V. rectf. *P.* 144,
Syrupi Sacchari *P.* 48.
Digere et exprimendo cola. Colaturae admisce
Elixirii ad longam Vitam *P.* 96,
tum filtra. Dosis: Quavis quarta hora cochlear parvum.

Tinctura antisyphilitica Besnardi.

Rp. Opii puri,
Kali carbonici aa *P.* 2,
Aq. Cinnam. vinos. *P.* 4,
— Cinnam. simpl. *P.* 12.
Digere per 4 dies, tum filtra. Colaturae admisce solutionem, paratam e
Gummi Arab. *P.* 2,
Ammoni carbonici *P.* 1,
Aq. Cinnamomi simpl. *P.* 6.
Tum sepone per aliquot dies et filtra.

Rp. Tinct. Opii simpl.,
Liq. Ammoni carbonici,
Aq. Cinnamomi vinosae aa *P.*
Mixtas filtra.

Tinctura aperiens.

Ph. mil. Daniae.

Rp. Kali tartarici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 2,
Tinct. Rhei aquos. *P.* 3.
Misce et solve.

Tinctura apoplectica.

Spiritus anodynus ruber. Rothe Krampftropfen.

Rp. Spiritus aetherei,
Spiritus V. rectf aa *P.* 40,
Tinct. Cinnamomi,
— aromaticae,
— Catechu aa *P.* 4,
Ligni Santali rubri raspati,
a pulvere liberati *P.* 1.
Macera et per gossypium filtra.

Rp. Tinct. Catechu *P.* 8,
— aromaticae *P.* 16,
Spiritus aetherei *P.* 32,
Olei Cinnamomi *P.* $^1/_8$,
— Anisi stell. *P.* $^1/_{20}$,
— Menthae pip. *P.* $^1/_{30}$,
Chloroformii *P.* 2,
Spirit. V. rectf. *P.* 48.
Misce, sepone et filtra.

Rp. Sem. Coffeae tost. *P.* 20,
Massae Cacao tost. ab oleo pingui liberatae,
Cort. Cass. cinn. aa *P.* 10,
Rhizomatis Galangae,
— Zedoariae,
— Zingiberis,
Herb. Cannab. Indic.,
Catechu aa *P.* 5,
Cardamomi minoris,
Caryophyll. aa *P.* 1.
Grosso modo pulveratis mixtisque in vas deturbatorium pressione levi immitte. Dein affunde mixturam paratam e
Chloroformii *P.* 10,
Olei Menth. pip. *P.* 2,
Spiritus aetherei *P.* 500,
Aq. Cinnamomi spirit.,
Spirit. V. rectf. aa *P.* 250.
Liquore defluxo, affunde aquae tantum, quantum ad exturbandam mixturam spirituosam ex pulvere sufficit. Colatura agitata et per aliquot dies seposita filtretur. (Sociis servandae sobrietatis loco Aquae vitae detur).

Tinctura aromatica.

Rp. Cassiae cinnam. *P.* 4,
Cardamomi min.,

Caryophyllorum,
Rad. Zingiberis,
— Galangae āā *P.* 1.
Grosso modo pulveratis affunde
Spirit. V. rectf. *P.* 48.

Digerendo vel macerando etc. fiat tinctura *Ph. Bor., Hass., Hann., (Hb., Sax.) Bad., Dan. (Norv.) Helv.*

Ph. Bav. omittit Rd. Zingiberis.

Ph. Germ. praecipit Spir. V. rectf. *P* 40.

Ph Wrtb. Cass. 8, Cardamomi 3, Rd. Galang., — Zingib āā 2, Sp. V. rectf 96.
Ph. Fenn. praecipit Sp. V. rectfss.

Tinctura aromatica acida.

Elixir Mynsichti Elixir aromatico-acidum. Elixir Vitrioli Mynsichti. Acidum sulphuricum aromaticum.

℞p. Tinct. aromaticae *P.* 24,
Acidi sulphurici conc. *P.* 1.
Misce, sepone et filtra. *Ph Sax.*

Ph. Fenn., Suec. Tinct. aromat. 6, Acidi sulphurici conc. *P.* 1. M. et cola; *Norv.* 19 et 1.

Ph. Hb. Tinct. aromat. 6, Mixt. sulph. acidae 1.

Ph. Bor., Dan. Paretur uti Tinct. aromatica, nisi quod Spiritus Vini rectificati Partibus 48 ante macerationem addantur Acidi sulphurici conc. *P.* 2. *Ph. Germ.* 40 et 2. *Ph. Helv.* 48 et 4.

Ph. Hass. Rd. Calami 8, Rd. Galang. 12, Rd. Zingiberis 3, Hb. Menth. crisp., Hb. Salv. āā 8, Caryoph., Nuc. moschat., Ligni Quass., Cort. Citri āā 2, Spir. V. rectf. 192. Macera per septem dies, dein adde Acidi sulph. diluti 16 et digere per sex dies etc.

Ph. Hann. Tinct. aromaticae 24, Acidi sulph. conc. 1. In mixtis solve Sacch. albi parum tosti *P.* 4.

Ph. Brit. Acidi sulph. conc. 3*v*, Sp. V. rectf. 40*v*. Cort. Cinnamomi 2, Rd. Zingib 1½. Digere per hebdom., filtra et adde Spir. V. rectf., ut sint colaturae 40*v*.

Tinctura Artemisiae (Rademacheri).

℞p. Rad. Artemisiae vulgaris
siccatae et concisae *P.* 5,
Spiritus V. rectfss.,
Aquae āā *P.* 12.
Digere leni calore per 3 dies, tum exprime. Tincturae filtratae sit colatura Partium 20.

Tinctura Asae foetidae ammoniata.

℞p. Asae foetid. pulv. *P.* 1,
Liq. Ammoni vinosi *P.* 4.
Macera vase clauso per hebdomadem et saepius agita, dein filtra. *Ph. Hann.*

Tinctura Balsami Peruviani.

℞p. Balsami Peruv *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 6.
Macera per 3 dies, saepius agita et filtra. *Suppl Ph. Bor.*

Ph. Norv. 1 et 4, *Hann., Suec.* 1 et 8, *Germ.* 1 et 5.

Eodem modo paretur:

Tinctura Balsami Tolutani. *Ph. Brit.* 1 et 8*v*.

Tinctura Belladonnae ex herba recente.

Tinct. Belladonnae e Succo. Tinct. Belladonnae *Ph. Germ.*

℞p. Herb. Belladonnae recentis *P.* 3.
Concisis et in mortario lapideo contusis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.
Macera per 4 dies in vase clauso et interdum agita. Tum exprime et filtra. Colatura sit Partium 4.

Ph. Germ. Hb. narcotic. rec. 5, Spir. V. rectfss. 6.

Hoc modo parentur:

Tinctura Aconiti ex herb.
— **Arnicae** ex herba florente cum radice recente.
— **Asperulae** odoratae ex herba florente.
— **Caladii seguini.**
— **Chelidonii** ex herba florente.
— **Conii** maculati *(Ph. Hann., Germ.)* ex herba florente.
— **Digitalis** *(Ph Germ.)* e foliis plantae florescentis.
— **Hyoscyami** ex herba florescente.

Tinctura Lactucae virosae ex herba florescente.
— **Ledi palustris.**
— **Mari veri** herb.
— **Nicotianae** rusticae fol.
— **Pulsatillae** (Anemones pratensis) ex herba flor.
— **Rhois radicantis** seu
— **Stramonii** e foliis herbae florescentis.
— **Toxicodendri** *(Ph. Hann.)* e foliis.
— **Thujae** occidentalis s. **Arboris vitae.**
— **Urticae** urentis ex herba florente.

Tinctura Benzoës.

℞. Benzoës pulv. *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 6.

Macera loco tepido per aliquot dies, saepius agita et sepone loco frigido. Tum filtra. *Ph. Hb., Bav., Bad, Bor., Hann.*

Ph. Hass. Benz. 1, Sp. V. rectf. 8. *Ph. Helvet.* 1 et 6.

Eodem modo parentur:

Tinctura Capsici annui. *Ph. Germ.* 1 et 10. *Ph. Brit.* 3 et 80*v*.
— **Castorei Canadensis.** *Ph. Germ.* 1 et 5, *Ph. Sax* 1 et 8. *Ph. Brit.* 1 et 20. *Ph. Hass.* 1 et 8 Sp. V. rectf. *Ph. Wrtb.* 1 et 5 Sp. V. rectf.
— **Castorei Sibirici.** *Ph. Bor.* 1 et 9, *Ph. Sax.* 1 et 8. *Ph. Germ.* 1 et 5. *Ph. Norv.* 1 et 4 (colat. 5). *Ph. Belg.* 1 et 10. *Ph. Fenn.* 1 et 8 Sp. V. pond. spec. 0,86. *Ph. Hass.* 1 et 8 Sp. V. rectf. *Ph. Wrtb.* 1 et 5 Spir. V. rectf.
— **Crotonis** seminum (Granorum Tiglii).
— **Guajaci resinae** (Tinct. Guajaci *Ph. Hann.)*

Tinctura Benzoës composita.

Tinctura balsamica. Balsamum Hierosolymitanum s. Commendatoris s. vulnerarium s. traumaticum. Balsamum Friarii.

℞. Benzoës *P.* 9,
Aloës *P.* 1,
Balsami Peruv. *P.* 2,
Spiritus V. rectfss *P.* 72.

Digerendo solve et filtra. Sit colatura Partium 72. *Ph. Bor. vet., Hamb., Hann., Hass., (Germ.) Dan.*

Ph. Helv. Benz. 6, Aloës, Myrrh., Olibani āā 1, Bals. Peruv. 2, Sp. V. rectfss. 48.

Ph. Brit. Benz. 8, Styracis 6, Bals. Tolutani 2, Aloës $1\frac{2}{3}$, Sp. V. rectfss. 80*v*. Colat. 80*v*.

℞. Benzoës,
Aloës āā *P.* 3.
Contusis affunde
Balsami Peruv. *P.* 1,
Spiritus V. rectfss *P.* 48.

Digere per dies quatuor, saepius agita et post refrigerationem filtra. Ad usum externum et veterinarium.

Baume du Commandeur de Permes Ph. Gall.

℞. Rad. Angelicae,
Myrrhae,
Olibani,
Aloës āā *P.* 16,
Balsami Tolutani,
Benzoës āā *P.* 96.
Contusis et concisis affunde
Spirit. V. rectfss. *P.* 1200.
Digere per 5—6 dies et filtra.

Tinctura bezoardica.

℞. Rad. Angelicae,
— Carlinae,
— Enulae,
— Dictamni albi,
— Myrrhae āā *P.* 4,
— Croci,
— Opii āā *P.* 1.
Concisis et contusis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 180.

Macera per 8 dies et saepius agita, tum exprime et filtra.

Suppl. Ph. Bor. Schachtii Rd. Angel·

Carlin., Helenii, Dict. albi āā 16, G. Myrrh. 12, Croci 4, Opii 3, Spir. V. rectfss. 640.

Tinctura Bursae pastoris Rademacheri.

Rp. Herbae Bursae pastoris recentis q. v.

Concisa herba in mortario lapideo contundatur et ope preli fortiter exprimatur. Succus expressus commisceatur cum

Spiritus V. rectfss.

aequali quantitate. Digere per aliquot dies, interdum agita et filtra.

Aequali modo parentur:

Tinct. Chenopodii Vulvariae,
— Virgae aureae.

Tinctura caerulea.

Rp. Corticis lamellosi radicis Anchusae tinctoriae (Alcannae) siccae *P.* 2,
Natri carbonici cryst. *P.* 1,
Aquae destillatae,
Spirit. V. rectf. āā *P.* 4.

In cucurbitam ingestas macera per diem unum, tum commisce, si opus fuerit cum

Natri carbonici soluti

ea quantitate, ut liquoris color saturate caeruleus efficiatur. Postremo exprime et filtra.

Tinctura Calami composita.

Rp. Rad. Calami *P.* 3,
— Zedoariae,
— Zingiberis āā *P.* 1,
— Pomor. Aurant. immat. *P.* 2.

Concisis et contusis affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 36.

Digere per aliquot dies, exprime et filtra. Colatura sit *P.* 30. *Ph. Hb., Hann., Bor. vet., Sl. H.*

Ex tempore: Tinct. Calami, Tinct. aromat., Tinct. Aurant. pom. āā. Misce.

Tinctura ad Candelas fumales conspergendas.

Rp. Balsami Peruv. *P.* 2,
Balsami Tolutani *P.* 1,
Tinct. Benzoës *P.* 24,
Olei Bergamottae,
— Citri cort. āā *P.* 1.

Misce et solve.

Tinctura Cannabis Indicae.

Rp. Herb. Cannabis Ind. *P.* 4.

Minutim concisis affunde

Spiritus V. rectfss. *P.* 8.

Digere per 2 dies lenissimo calore, tum exprime. Colatura sit Partium 6. *(Suppl. Ph. Bor.)*

Rp. Extracti Cannabis Ind. venalis *P.* 3,
Aquae destill. *P.* 16,
Spiritus V. rectfss. *P.* 48.

Solve et filtra. *Ph. Hb.*

Ph. Hann. Extr. 1., Spir. V. rectfss. 8. Solve et filtra. *Ph. Germ.* 1 et 9. *Ph. Brit.* 1 et 20*v*.

Tinctura Cantharidum.

Rp. Cantharidum *P.* 1.

Grosso modo pulveratae affunde

Spirit. V. rectfss. *P.* 6.

Macera per octo dies, saepius agita, exprimendo cola et filtra. *Ph. Bor., Bav.*

Tinctura Cantharidum.

Ph. Bor. uti supra, *Hann.* 1 et 24, *Sax., Bad., Helv.* 1 et 12, *Germ.* 1 et 10.

Ph. Hb. Canth. 1, Spir. V. rectf. 24, *Sl. H.* 1 et 32, *Austr.* 1 et 6, *Suec.* 3 et 256, *Wrtb., Fenn.* 1 et 12, *Norv.* 1 et 30. *Dan.* 1 et 16, *Brit.* 1 et 80*v*. *Hass.* 1 et 8.

Ph. Belg. 1 et colat. 5.

Tinctura Cantharidum acetica s. acida.

Rp. Cantharidum pulv.,
Aceti concentrati,
Spirit. V. rectfss. āā *P.*

Macera, per 5 dies, saepius agita et exprimendo cola, tum filtra.

Ph. Wrtb., Bav. 2, 2½ et 1½.

Tinctura Cantharidum concentrata s. fortior.

Rp. Cantharidum contus. *P.* 3,
Spirit. Vini rectf. *P.* 12.

Macera per 6 dies, exprime et filtra Sit colatura *P.* 10. *Ph. Hb*, *Dan.* (*Ph. Norv.* 1 et 5.)

Ph. Sl H. Canth. 3, Spirit. V. rectfss. 12, *Germ.* 1 et 5, *Hann.* 1 et 6.

Tinctura Cardamomi composita.

℞p. Cardamomi minoris,
Seminis Carvi aa *P.* 1¼,
Coccionellae *P.* ½,
Cort. Cinnam. Ceyl. *P.* 2½,
Passularum majorum *P.* 20.

Concisis contusisque affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 160.

Macera per duas hebdomades, tum exprimendo cola et filtra. *Ph. Hann.*

Ph. Brit. Cardamomi. Sem Carvi aa 1, Passular. a seminibus liberatarum 8, Cinnam. Ceyl. 2, Coccionell. ½, Spir. V. tenuioris 80*v.* Colat. 80*v.*

Tincturae Cardui Mariae seminis Rademacheri.

℞p. Seminis Cardui Mariae, non contusi,
Spiritus V. rectfss.,
Aquae destill. aa *P.*

Digere per octo dies et saepius agita. Colatura expressa filtretur.

Tinctura carminativa (Wedelii).

Tinctura Zedoariae composita.

℞p. Rad. Zedoariae *P.* 16,
— Calami,
— Galangae aa *P.* 8,
Flor. Chamomill. Rom.,
Sem. Anisi vulgaris,
— Carvi aa *P.* 4,
Bacc. Lauri,
Caryophyllorum aa *P.* 3,
Cort. Aurantiorum,
Macidis aa *P.* 2.

Concisis et contusis affunde
Aquae Menthae pip.,
Spiritus V. rectfss. aa *P.* 96.

Digere loco tepido per 5—6 dies, tum exprime et filtra. Sit colatura
Partium 160.

In dispensatione Partibus 7 colaturae adde
Spiritus muriatico-aetherei
Partem 1.

Ph. Sl. H. (*Ph. Bor. vet.* praecipit loco Spir. mur. aeth. Spiritum nitrico-aeth., qui in mixtione mox decomponitur.)

Ph. Hann. Rd. Zedoar. 4, Rd. Caryophyllatae, Rd. Calami, Rd. Galang. aa 2, Flor. Cham. Rom., Sem. Anisi, Sem. Carvi aa 1, Caryoph., Bacc. Lauri aa ¾, Macidis ½, Cort. Aurant. 1, Cort. Citri 2, Spir. V. rectf. 54, Spir. nitrico-aeth. 2½.

℞p. Tinct. aromaticae *P.* 360,
— Aurant. cort. *P.* 240,
— Calami,
Aquae Chamomill.,
Spirit. muriat. aeth..
(vel Spirit. nitrico-aeth.)
aa *P.* 120,
Olei Anisi,
— Carvi aa *P.* 3,
— Menth. pip. *P.* 2.

Misce et filtra.

Tinctura Cascarillae.

℞p. Cort. Cascarillae sicci *P.* 1.

Contusis vel concisis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 5.

Digere loco tepido per 4 dies, saepius agita, exprime et filtra. *Ph Germ.*, *Dan.*

Ph. Bor. 5 et 24.

Eodem modo parentur:

Tinctura Angelicae.
— **Arnicae** radicis.
Ph. Brit. Rd. 1 et Sp. V. rectfss. 20.
— **Aurantii pomorum** immaturorum.
— **Aurantii cortic.**
— **Bardanae** radicis.
— **Bryoniae** radicis.
— **Bucco** s. **Diosmae crenatae** foliorum.
Ph. Brit. 1 et colat. 8*v.*
— **Caincae** radicis.
— **Cardamomi.**
— **Caryophyllatae** radicis.
— **Caryophyllorum** e pulvere grosso.
— **Castorei** *Ph. Wrtb.*
— **Chinae** cort. fusci.
Ph. Hass. 1 et 6.

Tinctura Cinae sem.
— **Cinnamomi** (Cassiae). *Ph. Hass.* 1 et 6.
— **Cinnamomi Ceylanici.** *Ph. Hass.* 1 et 6.
— **Colchici** seminis pulverati. *Ph. Sl. H.* 1 et 12, *Wrtb.*, *Helv.* 1 et 6, *Hass.* 1 et 8, *Germ.* 1 et 10, *Brit.* 1 et Spir. tenuior. 8*v*.
— **Colombo** radicis. *Ph. Brit.* 1 et colat. 8*v*.
— **Conii fruct.** *Ph. Brit.* 1 et Spir. tenuior. 8*v*.
— **Contrayervae** rad.
— **Corticis adstringentis.**
— **Corticis Aurantii** (Flavedinis).*
— **Cubebarum.** *Ph. Hann.* 1 et 8.
— **Dulcamarae** stipit.
— **Galangae** radicis.
— **Gallarum.**
— **Guajaci** ligni e pulvere grosso.
— **Guaranae** e pasta.
— **Hellebori albi** radicis.
— **Hellebori nigri** radicis s. **Melampodii.** *Ph. Hass.* 1 et 8.
— **Hellebori viridis** radicis.
— **Ignatii Fabarum** s. seminis.
— **Jalapae** radicis. *Ph. Hann.* 4 et 15, *Sl. H.* 1 et 4, *Brit.* 1 et 8*v*.
— **Ledi palustris** herb.
— **Ligni santalini** rubri e pulvere grosso.
— **Macidis.**
— **Mari veri** herb.
— **Myristicae** sem. s.
— **Nucum moschatarum.**
— **Phellandrii** seminis.

Tinctura Pimpinellae radicis.
— **Pomorum Aurantii** immaturorum.
— **Pyrethri** radicis. *Ph. Hann.* Rd. 5, Sp. V. rectfss. 24.
— **Quassiae** ligni e pulvere grosso.
— **Ratanhae** radicis. *Ph. Brit.* 1 et 8*v*.
— **Rorismarini** herb.
— **Rubiae** tinctorum radicis.
— **Sabadillae** seminis.
— **Senegae** radicis.
— **Sennae** foliorum.
— **Stramonii** seminis grosso modo pulverati. *Ph. Hass.* 1 et 8. *Germ.* 1 et 10. *Helv.* 1 et 6, *Brit.* 1 et 8*v*.
— **Sumbul** rad. minut. conc.
— **Taxi baccati** fol.
— **Valerianae** radicis. *Ph. Brit.* 1 et 8*v*.
— **Zingiberis** radicis. *Ph. Brit.* 1 et 8*v* Sp. V. rectfss.

Nota. Ph. Bav. Prototypum tincturarum est Tinctura Arnicae florum, paranda e Flor. Arnic. *P.* 1 et Spirit. V. rectf. *P.* 8, et aequali modo parentur Tincturae Arnic. rad., Aur. cort., Calami, Chinae, Cinnamomi, Digitalis, Pimpinell., Ratanh.
Ph. Brit. Tinct. Cascarillae: Cort. 1, Sp. V. tenuior. 8*v*.

Tinctura Castorei aetherea Moscovitici.

℞p. Tinct. Castorei *P.* 3,
Aetheris *P.* 1.
Misce. *Ph. Hann.*, *Hb.*

℞p. Castorei *P.* 1.
Grosso modo pulveratae affunde
Spiritus aetherei *P.* 6.
Macera per octo dies in lagena bene clausa, subinde agitando, exprime et filtra. *Ph. Sl. H.*, *Bad.*
Ph. Bor. Castorei 1, Spiritus aetherei 9; *Norv.* 1 et 4, Colat. 5; *Hass.* 1 et 10.
Ph. Belg. Cast. 1, Aetheris 10.
Simili modo paretur:

Tinct. aeth. Castorei Canadensis.

Tinctura Castorei camphorata.

℞p. Castorei Canad. *P.* 4,
Fructuum Ebuli *P.* 6.
Contusis affunde
Spirit. Vini rectf. *P.* 64.
Digere per aliquot dies et exprimendo cola. In colatura solve
Camphorae *P.* 3
et filtra. *Ph. Helv.*

Tinctura Castorei composita.

℞p. Castorei Canadensis,
Asae foetidae ãa *P.* 1.
Grosso modo pulveratis affunde
Ammoni caust. soluti *P.* 4,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 16.
Macera per quatuor dies, saepius agita et filtra.

Tinctura Chelidonii Rademacheri.

Paretur ex Herba Chelidonii florente recenti uti Tinctura Bursae Pastoris ejusdem auctoris. Si herba recens comparari nequit, tincturam sic pares:

℞p. Extracti Chelidonii *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae,
Spirit. V. rectfss. ãa *P.* 6,
et filtra.

Tinctura Chinae composita.

Tinct. Chinae amara. Elixir (roborans) s. Tinctura Whyttii

℞p. Cort. Chinae fusci *P.* 3,
Rad. Gentianae,
Flaved. Cort. Aurant. ãa *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 16,
Aquae Cinnamomi *P.* 8,
Macera per octo dies, exprime et filtra. *Ph. Bor., Bad., (Austr., Belg., Hb.) Hass.*

Ph. Bav., Helv. (Wrtb.) Rad. Gent., Cort. Aurant. ãa 1, Cort. Chinae fusci 3, Spirit. V. rectf. 36.

Ph. Hann. Cort. Ch. fusc. 8, Cort. Aurant., Rd. Gent. ãa 3, Sp. V. rectfss., Aquae ãa 48.

Ph. Germ. Cort. Ch. fusc. 3, Cort. Aurant., Rd Gent. ãa 1, Cort. Cinnam. Cass. ½, Sp. V. rectf. *P.* 25.

Ph. Suec., Dan, (Fenn., Sax, Sl. H.) Rd. Gent., Cort. Aurant. ãa 3, Cort. Chinae reg. 8, Spir. V. rectf. 96.

Ph. Norv. Cort. Chinae reg. 8, Rd. Gent. 4, Cort. Aurant. 1, Spir. V. rectfss. q. s. Colat 65.

Ph. Brit. Cort. Ch. fusc. 16, Cort. Aurant. 8, Rd. Serpent. 4, Croci 1, Coccionellae ½. Spir. Vini tenuior. 160*v.* Col. = 160*v.*

Tinctura Chinae crocata seu Huxhami.

Elixir alexipharmacum Huxhami.

℞p. Cort. Chinae fusci *P.* 24,
— Aurantiorum *P.* 6,
Rad. Serpentariae Virgin. *P.* 5,
Croci *P.* 2,
Coccionellae *P.* 1.
Grosse pulveratis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 288.
Digere, exprime et filtra. *(Ph. Bor. vet.)*

Tinctura Chinini composita.

Tinct. Quiniae comp. *Ph. Brit.*

℞p. Chinini sulphurici *P.* 1.
Solve agitando in
Tinct. Aurant. cort. *P.* 60.

Tinctura Chinioidini.

Tinct. Chinioidei.

℞p. Chinioidini *P.* 1.
Solve digerendo in
Spiritus V. rectfss. *P.* 8.
Ph. Hb., Sl. H., Hann., Hass.

℞p. Chinioidini *P.* 2,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 15,
Acidi hydrochlorati *P.* 1.
Solve et filtra. *Ph. Bor.*
Ph. Germ. 2, 17, 1.

Tinctura Chinioidini composita.

Tinctura febrifuga.

℞p. Chinioidini *P.* 10,
Aloës *P.* 1.
Solve in miscela, parata ex
Spiritus V. rectf. *P.* 120,
Tinct. aromaticae,
Acidi hydrochlorici ãa *P.* 6.

Solutis admisce

Olei Cassiae cinnam. *P.* 1/3.

Signa: Singulis diebus ter dimidia pars cochlearis majoris sumatur.

Rp. Tincturae Chinioidini cum Acido *P.* 24,
Elix. ad l. Vitam *P.* 8,
Tinct. aromatic. *P.* 6.

M *Signa:* Tertia vel quarta quaque hora cochlear minus.

Rp. Chinioidini,
Tinct. aromaticae āā *P.* 32,
Acidi hydrochlorici *P.* 16,
Spiritus V. rectf. *P.* 320,
Olei Cassiae cinnam. *P.* 1.

Macera et solve.

Signa: Tertia vel quarta quaque hora cochlear minus.

Tinctura Chiraytae.

Tinct. Chiratae.

Paretur e planta tota (stipitibus) Chiraytae (Opheliae Chiratae D. C. s. Gentianae Chiraytae Roxb.) uti Tinctura Absinthii.

Ph. Brit. Hb. 5, Sp. V. tenuior. 40*v*. Colat. = 40*v*. Simili modo paretur:

Tinct. Citri cort. s. Limonis *Ph. Brit.*

Tinctura Coccionellae (Rademacheri).

Rp. Coccionellae pulv. *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 12.

Digere per 3 dies et saepius agita, tum filtra.

Ph. Hb., Brit. 1 et 8.

Tinctura Coccionellae ammoniacalis (Jonasii).

Rp. Coccionellae pulv.,
Liq. Ammoni caustici āā *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 15.

Macera per aliquot dies, tum filtra.

Tinctura Coccionellae septempunctatae *Ph. Hb.*

Rp. Coccionellas septempunctatas octoginta,
Spiritus V. rectfss. Unciam unam (30 Grammata).

Digere per 6 dies, tum exprime et filtra.

Tinctura Cochleariae composita.

Tinct. Raphani comp. *Teinture antiscorbutique.*

Rp. Rad. Armoraciae rec. *P.* 24,
Sem. Sinapis nigrae *P.* 12,
Ammonii chlorati *P.* 6,
Aquae destill. *P.* 36.

Macera per diem dimidium, tum admisce

Spirit. Cochleariae *P.* 60.

Macerare perge per dies quatuor, tum exprime et filtra.

Tinctura Colchici bulbi.

Rp. Bulbor. Colchici (autumnalis) recentis conc. *P.* 4,
Spiritus V. rectf. *P.* 6.

Macera per 8 dies, tum exprime et filtra. Sit colatura Partium 6.

Ph. Hb., Sl. H.

Tinctura Colchici acida.

Rp. Sem. Colchici recens pulverati *P.* 2,
Spiritus V. rectf. *P.* 11,
Aceti concentrati *P.* 1.

Macera per 8 dies, tum exprimendo cola et filtra.

Tinctura Colocynthidis.

Tinct. Colocynth. comp.

Rp. Colocynthidis a seminibus liberatae conc. *P.* 8,
Sem. Anisi stell. *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 96.

Macera per 6 dies et exprime. Tinctura filtrata sit colaturae *P.* 80. *Ph. Hb., Hann.*

Ph. Bor., Sl. H., (Bad., Dan.), praecipiunt Spir. V. rectfss.

Ph. Suec. 8, 1 et 112. *Ph. Hass.* 6, 1, 80.

Ph. Bav. Coloc. 1, Sp. V. rectfss. 12; *Germ., Wrtb.* 1 et 10; *Norv.* 1 et 5.

Ph. Austr. Colocynth. 1, Sp. V. rectf. 6. *Ph. Helv.* 1 et 12. *Ph. Fenn.* 1 et 10 Sp. V. pd. sp. 0,86.

Tinctura Colocynthidum seminum
(Rademacheri).

℞p. Sem. Colocynthidum *P.* 5.
Aqua ablutis, siccatis, dein contusis affunde
Spiritus V. rectf. *P.* 24.
Digerendo per 4 dies et saepius agitando tinctura extrahatur. Tum exprime et filtra. Sit colatura Partium 22.

Tinctura Convallariae.

℞p. Florum Convallariae majalis recentium.
In mortario lapideo bene contusis admisce
Spiritus Vini rectfss.
par pondus. Macera vase clauso loco paulum tepido per tres dies et saepius agita. Post expressionem filtra.

Tinctura Corallorum.

℞p. Tinct. aromaticae,
— Cinnamomi aa *P.* 12,
Spirit. V. rectf. *P.* 24,
Rad. Alcannae *P.* 2.
Macera et filtra.

℞p. Tinct. Ratanhae,
— Cinnamomi,
— aromaticae aa *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 3.
Misce et filtra.

Tinctura Croci.

℞p. Croci *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 8.
Macera per aliquot dies, tum exprime et filtra. *Ph. Hann., Hass., Dan.*
Ph. Aust., Helv. 1 et 6; *Germ., Brit.* 1 et 10.

Tinctura Cucumeris seminum.

℞p. Sem. Cucumeris sativi *P.* 24.
Contusis affunde
Liquoris Ammoni caust.,
Aquae Coloniensis aa *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 144.
Macera per 8 dies, tum exprime et filtra.

Tinctura Cupri acetici
Rademacheri.

℞p. Cupri sulphurici cryst. *P.* 24,
Plumbi acetici cryst. *P.* 30.
Ad pulverem contritis affunde
Aquae destill. *P.* 136.
Ebulliant semel in vase cupreo. Refrigeratis admisce
Spiritus V. rectfss. *P.* 104.
Mixturam macera in vase clauso per mensem unum, saepius agita et filtra. Sit liquor limpidus, e subcaeruleo viridis. (Pond. spec. 0,885—0890 ?)

℞p. Cupri acetici cryst. *P.* 5.
Pulveratis et in lagenam immissis affunde
Aquae destill. *P.* 108,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 86,
Aceti puri *P.* 6.
Sepone per quatuor dies et filtra. Cont. in centenis partibus 0,8—1 partem CuO.

Tinctura Cupri chlorati.

℞p. Cupri chlorati *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 24.
Solve et filtra.

Tinctura ad dentes
(s. dentifricia) Vogleri.

℞p. Tinct. Guajaci ligni *P.* 24,
Spirit. Cochleariae *P.* 12,
Tinct. Cinnamomi *P.* 8,
— Chinae fuscae,
— Opii simpl. aa *P.* 1,
Olei Menthae pip. *P.* 1/60.
Misce et filtra.

Tinctura ad dentes Francofurtanorum.
Frankfurter Zahntinktur.

℞p. Tinct. Guajaci ligni *P.* 24,
Aquae vulnerar. vinos.,
Spirit. V. rectfss. aa *P.* 6,
Spirit. Cochleariae,
Tinct. Myrrhae aa *P.* 12,
Tinct. Cinnamomi *P.* 3,

Olei Caryophyllorum,
— Menth. pip. āā P. 1/3.
Misce et filtra.

Tinctura dentifricia regia.

Rp. Tinct. Chinae,
— Calami āā P. 8,
— Catechu,
— Myrrhae āā P. 4,
Spirit. V. rectf. P. 64,
— Cochleariae,
— Jasmini āā P. 16,
Olei Salviae,
— Citri āā P. 1/10,
— Rosarum P. 1/20,
Ligni santalini rubr. P. 2.
Misce, macera per aliquot dies et filtra.

Tinctura odontica (stomatica) Alexandri.

Rp. Tinct. Guaj. ligni P. 480,
Spirit. Cochleariae,
Tinct. Chinae āā P. 240,
Olei Menth. pip. P. 5.
M. et filtra.

Tinctura Digitalis.

Rp. Fol. Digitalis sicc. P. 1.
Minutim concisis affunde
Spirit. Vini rectifss. P. 4,
Aquae destill. P. 2.
Macera, vase clauso et a luce remoto, per hebdomadem, tum exprimendo cola et filtra. *Ph. Bor. vet.*, *Hann.*

Tinctura Digitalis composita.

Elixir antasthmaticum Aaskovi.

Rp. Herb. Digitalis P. 2,
Rad. Liquirit. P. 4,
Spirit. V. rectf.,
Aquae Foeniculi āā P. 5.
Fiat tinctura. *Ph. Norv.*

Tinctura Diospyreos Virginianae acetosa.

Rp. Baccarum Diospyreos (cf. Syrupum ejusdem) recentium et contusarum P. 2,
Aceti puri P. 4,
Spiritus V. rectf. P. 1.
Macera per aliquot dies et exprime. Colatura sedimentando depuretur.

Tinctura diuretica

Ph. paup. Hufelandi.

Rp. Olei Juniperi bacc. P. 1,
Tinct. Digitalis P. 2,
Spirit. nitrico-aeth. P. 4.
Misce.
Suppl. Ph. Bor. Ol. Junip. 1. Spir. nitrico-aeth., Tinct. Digit. aeth. āā 6.

Tinctura episcopalis.

Bischofessenz. Bischofextrakt.

Rp. Flaved. C. Aurantiorum,
Pomorum Aurant. immat. āā P. 12,
Caryophyllorum,
Cassiae cinnam. āā P. 1.
Concisis et contusis affunde
Aquae destill. P. 20.
— Amygdalarum amararum concentr. P. 1,
Spiritus V. rectf. P. 100.
Digere per aliquot dies, tum exprime et filtra.

Rp. Flavedinis fructuum Aurantiorum recentium P. 10,
Flavedinis fruct. Citri rec. P. 1.
Minutim concisis affunde
Spiritus V. alcohol.,
Vini Gallici āā P. 50.
Digere et filtra.

Rp. Tinct. Aurant. cort. P. 720,
— aromaticae P. 60,
Aquae Amygdal. amar. concentr. P. 20,
Olei Aurantii florum P. 4,
Spiritus V. alcohol. P. 240.
Misce. *Signa:* Partes 1½ admisceantur Partibus 1000 Vini boni, in quibus solutae sunt Partes 110—120 Sacchari.

Tinctura Euphorbii.

Rp. Euphorbii contusi P. 1,
Spiritus V. rectfss. P. 12.

Macera per 3 dies, tum filtra. *Ph. Hb.*, *Hann.*, *Sl. H.*, *Sax.*, *Wrtb.*

Ph. Belg. 1 et 6; *Germ.* 1 et 10. *Ph. Austr.* Euph. 1, Sp. V. rectf. 6; *Hass.* 1 et 12.

Tinctura Ferri acetici
Ph. Hamb.

Rp. Acidi nitrici puri (p. spec. 1,200) *P.* 12.

Calefiant sub divo leni calore in cucurbita vitrea satis ampla, cui tum sensim immitte

Ferri puri *P.* 1.

Oxydatione et solutione peracta, admisceantur

Aquae destill. *P.* 144.

Solutio filtrata praecipitetur ea quantitate

Liquoris Ammoni caustici (circiter *P.* 10),

ut Ammonum abunde praevaleat. Praecipitatum plane elotum filtrando et preli ope exprimendo ab aqua separetur, ut pondus Ferri oxydati hydrati respondeat circiter Partibus 6, quas adhuc humidas statim in quantitate sufficiente

Aceti concentrati (p. spec. 1,040), circiter *P.* $7\frac{1}{2}$,

non adhibito calore, solve et sit pondus specificum solutionis limpidae = 1,085. Denique admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 3,

et in lagena, epistomio vitreo clausa, serva.

Sit limpida, coloris ex intense rubro fusci, p. spec. 1,04.

Continentur in 100 Partibus circiter 5 Partes Ferri metallici, vel 7 Partes Ferri oxydati.

Nota. Ne haec tinctura Ferrum oxydatum demittat, admisce ejus Partibus 90—100 circiter Partem unam Acidi citrici pulverati.

Tinctura Ferri acetici aetherea.
Tinctura Klaprothii.

Rp. Tinct. Ferri acetici *P.* 11,
Aetheris acetici *P.* 1.

Misce et in lagena bene clausa serva. Pond. spec. 1,03. *Ph. Hb.*

Rp. Liq. Ferri acetici *P.* 9,
Spiritus V. rectfss. *P.* 2,
Aetheris acetici *P.* 1.

Misce. *Ph. Bor.*, *Bav.*, *Hann.*, *Sax.*, *Bad.*, *Hass.*, *Wrtb.*, *Austr.*, *Belg.*, *Suec.*, *Dan.*, *Helv.* (*Ph. Germ.* 15, 3, 2.)

Ph. Belg. Ferr. acet. sicc. 13, Spir. V. dilut. 87.

Rp. Natri acetici cryst. *P.* 40,
Natri carbonici cryst. *P.* 20.

In lagenam ampliorem immissas solve in

Aquae destill. *P.* 50.

Solutioni ad 25—30° Cels. therm. refrigeratae adde

Spiritus V. rectfss. *P.* 28,
Aetheris acetici *P.* 14,

antea mixtas. Tum sine mora paulatim et inter agitationem admisce

Ferri sulphurici oxydati humidi *P.* 48.

Miscelam optime conquassatam et ope bacilli lignei agitatam loco tepido (24—28° Cels. therm.) per aliquot minutas horae sepone. Tum liquorem intense fuscum innatantem ope infundibuli separatorii, parumper tepefacti, quam celerrime separa et per 24—36 horas loco frigido sepone. Hunc liquorem tunc per gossypium cola, sal in filtro remanens

Spiritus V. rectfss. *P.* 3

eluendo. Colaturae admisce

Acidi citrici cryst. *P.* $1\frac{1}{2}$,

antea solutam in

Aquae destill. *P.* 3.

Postremo admisce Aquae destillatae, quantum requiritur, ut pondus totius liquidi exaequet Partes 124.

Serva loco frigido. Pondus specificum sit circiter 1,065—1,070. Tinctura haec continet in 100 Partibus fere 6,5 Partes Ferri metallici vel 9,28 Partes Ferri oxydati.

Nota. Si tincturam obtinere vis, quae in 100 Partibus circiter 4,6 Partes Ferri metallici continet, misce

Tincturae Ferri acetici aethereae *P.* 5,

quae 6,5% Ferri continent, cum

Aquae destillatae *P.* 2.

Ph. Norv. Ferri limati 60. Solve in Acidi acetici (p. sp. 1,078) q. s. Tum admisce Aq. q. s., ut obtineantur *P.* 1678, et Aeth. acet. 72, Spir. V. rectfss. 112. — Partes 100 continent *P.* 10 Ferri acetici oxydulati.

Tinctura Ferri acetici Rademacheri.

Rp. Ferri sulphurici cryst. *P.* 23,
Plumbi acetici cryst. *P.* 24.
Conterendo mixtis affunde
Aquae destill. *P.* 48 et
Aceti crudi *P.* 96.
Tum usque ad ebullitionem in vase ferreo calefac. Refrigeratis adde
Spiritus V. rectfss. *P.* 80
et mixturam macera per aliquot menses, lagenam epistomio non obturatam interdum agitando, donec liquor colorem rufum induerit. Postremo filtra. Sit liquor limpidus, odoris et coloris Vini Malacensis. Partes 100 continent fere Partes 2 Ferri metallici. Pond. spec 0,875—0,885.

Ut tempus operationis minuatur, illa mixtura per vas deturbatorium, quod frustulis minoribus carbonis lignei fere repletum est, iterum ac saepius eo modo fundatur, ut liquor guttatim in carbonem defluat. Filtratione per quinque dies continuata, tinctura limpida ad usum in lagenis bene obturatis loco frigido atque umbroso asservetur.

Rp. Liq. Ferri acetici *(Ph. Bor.)* *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 8.
In cucurbitam vitream ingestae calore balnei vaporis per duodecim horas digerantur. Dein admisceantur
Aquae destill. et
Spirit. Vini rectfss. āā *P.* 10.
Liquorem sepone, vase leviter obturato, loco calido et umbroso per octo dies, saepius agitando. Tum sepone per aliquot dies loco frigido et decanthando filtra. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis, loco frigido.

Tinctura Ferri acetici aromatica.

Tinct. Martis Zwelferi.

Rp. Ferri sulphurici cryst. *P.* 6.
Solutis in
Aquae dest. calidae *P.* 12
admisce agitando
Kali acetici sicci *P.* 4.
Sepone per diem unum et saepius agita. Tum admixtis
Aq. Cinnam. vinos.,
Spirit. Vini rectf. āā *P.* 300
denuo loco calido sepone per aliquot dies et saepius agita. Liquori filtrato adde
Acidi citrici *P.* 1,
solutam in
Aq. Cinnam. vinos. *P.* 10.
Serva in vitris obturatis loco frigido.

Tinctura Ferri alkalina.

Liquor Ferri alkalinus.

Rp. Extracti Ferri pomati *P.* 10,
Natri pyrophosphorici cryst. *P.* 4,
Sacchari Lactis *P.* 3.
Solve digerendo in
Liquoris Kali carbon. *P.* 2 et
Aquae destill. calidae *P.* 48.
Dein admixtis
Spirit. Vini rectfss. *P.* 12.
Sepone per diem unum, postremo filtra.

Tinctura Ferri ammoniata.

Tinctura Martis aperitiva.

Rp. Ammoni muriatici mart. *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 4.
Digere per 24 horas et filtra.
Suppl. Ph. Bor. 1 et Spir. V. rectfss. 4.

Tinctura Ferri chlorati.

Tinct. Ferri muriatici.

Rp. Ferri chlorati soluti *Ph. Bor.* *P.* 7,
Spirit. V. alcoholisati *P.* 9.
Misce. Vel

Rp. Ferri chlorati recens parati *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 7.
Solve et filtra. Liquoris *P.* 240—250 instilla
Acidi hydrochlorici *P.* 1.
Serva loco aprico. *Suppl. Ph. Bor.*

Rp. Ferri chlorati *P.* 2,
Spiritus V. rectf. *P.* 8,
Acidi hydrochlorici diluti *P.* $^1/_{60}$,
Mellis despumati *P.* $^1/_3$.
Solve, et in lagenulis parvis penitus impletis, embolo vitreo bene obturatis, serva loco aprico.

Sit limpida, coloris e viridi flavi. Rejiciatur, si sedimentum Ferri oxydati subsederit. *Ph. IIb.*

Nota. Melius facies, si Syrupi Sacchari *P.* 1 loco Mellis admisces.

Ph. Sl. II. Ferri chlorati 1, Sp. V. rectf. 4; *Bad.* 1 et 6; *Belg.*, *Wrtb.*, *Helv.* 1 et 7; *Germ.* 1 et 9.

Tinctura Ferri jodati.

℞p. Ferri pulverati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 8.

In lagenam vitream immissis paulatim adjice

Jodi *P.* 3,

interdum agita et sepone, donec liquor colorem subviridem induerit. Tum filtra, ferrum remanens et filtrum Spiritu Vini rectificatissimo eluendo. Liquori obtento statim admisce

Acidi hydrochlorici $^1/_{20}$,
Spirit. V. rectfss. tantum,

ut pondus totius miscelae exaequet

Partes 32.

Paretur, quoties usus poscit. Partes 60 continebunt Ferri jodati Partes 7 vel 8. *(Ph. Sl. II.)*

Tinctura Ferri nitrici.

Solutio Ferri nitrici Kerrii.

℞p. Ferri limati *P.* 50,
Acidi nitrici crudi *P.* 100,
— hydrochlorici *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 500.

Solve et filtra, tum admisce

Aquae destill. q. s.,

ut expleantur *P.* 1000. *Ph. Belg.*

Tinctura Ferri pomati.

(Loco Tinct. Ferri cydoniati.)

℞p. Extracti Ferri pomati *P.* 1,
Aquae Cinnamomi spirituosae *P.* 6.

Solve et filtra. *Ph. Bor., Bav., Bad., Hass., Hb. Hann., Sax., Austr., Dan., Helv. Ph. Wrtb., Germ. (Norv.)* 1 et 9; *Belg.* 15 et 85.

Aequali modo paretur:

Tinct. Ferri cydoniati.

Tinctura Ferri sesquichlorati.

Tinct. Ferri muriatici *Ph. Hann., Hass., Dan., Sax.* Tinct. Ferri chlorati *Ph. Hass.* Alcohol ferratus. Tinct. Martis (aurea).

℞p. Liquoris Ferri sesquichlorati (p. spec. 1,48 vel 1,51) *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 4.

Misce. (*Ph. Bav.* Liq. 1. Aq. 4).

Ph. Dan. Liq. 1, Sp. V. rectfss. 3; *Brit.* 1*v.* et 3*v.*

℞p. Ferri sesquichlorati *P.* 1.

Solve agitando in

Spiritus V. rectf. *P.* 7,

et filtra. *Ph. Hann., Belg., (Ph. Suec.* 1 et 6.) (*Ph. Fenn.* 1 et Sp V rectfss. 6.)

Ph. Hass. Ferri sesquichlorati, Ammonii chlorati āā *P.* 1 Solve in Aq. dest. 1. Tum admisce Spirit. V. rectfss. 32. Filtra post aliquot dies.

Tinctura Ferri tartarisata.

(Tinct. Martis aperitiva.) Tinct. Martis Ludovici (Glauberi).

℞p. Ferri sulphurici cryst. *P.* 2.
Kali bitartarici *P.* 1.

Pulveratis et mixtis affunde

Aquae destill. *P.* 8.

Digere per diem unum et interdum agita. Tum adde

Spiritus V. rectfss. *P.* 16,

conquassa et per aliquot horas macera, postremo filtra. Sint colaturae *P.* 24.

Tinctura Foeniculi composita.

Essentia ophthalmica Romershauseni. Tinct. Foeniculi *Ph. Hann.* Romershausen's Augenessenz.

℞p. Sem. Foeniculi contus. *P.* 72,
Spiritus V. rectf. *P.* 288.

Digere leni calore, tum exprimendo cola. Colaturae admisce

Olei Foeniculi *P.* 1,

et filtra. *Ph. Hb., Hann.*

℞p. Sem. Foeniculi *P.* 80,
Foliorum Plantaginis minoris recent. *P.* 20.

Contusis affunde

Spirit. Vini rectf. *P.* 480,
Olei Foeniculi *P.* 2.

Macera per aliquot dies, exprimendo cola et filtra. Serva loco umbroso.

Loco Foliorum Plantaginis herbam recentem plantae junioris Foeniculi officinalis All. adhibere potes. *Signa:*

Dr. Romershausen's
Augenessenz
zur
Erhaltung, Herstellung
und
Stärkung
der
Sehkraft.
Zum Gebrauch mit fünf Theilen Flußwasser zu mischen.

Tinctura Formicarum.

(Loco Spirit. Formic. *Ph. Bor.*)

Rp. Formicarum recens collectarum et a quisquiliis mundatarum *P.* 2.
Contritis affunde
Spirit. Vini rectfss. *P.* 3.
Macera per aliquot dies, exprimendo cola et filtra. *Ph. Bor.*

Tinctura Frangulae.

Tinctura (Essentia) Rhamni Frangulae corticis.

Rp. Corticis Rhamni Frangulae concisi *P.* 10,
Spiritus V. rectf. *P.* 48,
Liq. Kali carbonici *P.* 2.
Digere per dies duos, tum exprimendo cola et filtra.

Tinctura Fuliginis (Hufelandi).

Rp. Fuliginis splendentis *P.* 1.
Pulveratae affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 8.
Digere et filtra.

Tinctura Fuliginis Clauderi.

Tinctura (Solutio) Fuliginis alkalina. Tinctura Fuliginis *Ph. Sax., Suppl., Ph. Bor.*

Rp. Fuliginis splend. pulv. *P.* 8,
Kali carbonici *P.* 24,
Ammonii chlorati *P.* 4,
Aquae *P.* 144.
In cucurbitam vitream ingestas lenissimo calore digere per dies quatuor, saepius agita et filtra. *Ph. Wrtb., Sax., Suec., Fenn.*

Quaque quarta vel quinta hora guttae 30—60 contra podagram.

Tinctura Fuliginis foetida.

Tinct. foetida *Ph. mil. Suec.*

Rp. Asae foet. dep. *P.* 1.
Pulveratis affunde
Tinct. Fuliginis Clauderi *P.* 8.
Macera et filtra. *Ph. Suec., Fenn.*

Tinctura Fungi Cynosbati Rademacheri.

Tinct. Cynosbati glomerum.

Signa: Tertia quaque hora electuarii quantitas magnitudine ovi gallinacei porrigatur.

℞. Rad. Valerianae,
— Tormentillae,
Sem. Anisi āā *P.* 24,
Nucum vomicarum,
Opii āā *P.* 1,
Rad. Liquiritiae *P.* 12.
M. f. pulv. Dentur mane et vesperi Drachmae 11 cum cerevisia tenui.

Helminthiasis.
Würmer.

Electuarium vermifugum.

℞. Rad. Valerianae,
Herb. Absinthii āā *P.* 4,
Ferri sulphurici,
Olei Terebinth. āā *P.* 1,
— animal. foetid. *P.* 4,
Farinae secalinae *P.* 8,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: Tertia quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei minoris dabitur.

℞. Rad. Valerianae,
Herb. Absinthii āā *P.* 12,
Olei animalis foet. *P.* 8,
Ferri sulphurici *P.* 2,
Nucum vomicarum,
Petrolei,
Aloës āā *P.* 1,
Farinae secalinae *P.* 24,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa ut supra.

℞. Ferri sulphurici *P.* 6,
Olei animalis foetidi,
Petrolei āā *P.* 3,
Rad. Gentianae,
— Valerianae āā *P.* 4,
Farinae secalinae *P.* 32,
Aquae q. s.
M. f. electuarium. *Signa* ut supra.

Pulvis vermifugus.

℞. Sem. Cinae *P.* 9,
Aloës āā *P.* 4,
Ferri sulphurici,
Nucum vomic. āā *P.* 1.
M. f. pulvis. Dosis una aequalis est 20 Grammat. (circiter 5—5½ Drachm.).
Signa: Mane et vespere dosis una cum aqua infundatur.

Inflammatio cerebri.
(Encephalitis. Phrenitis.)
Rasender Koller.

℞. Kali nitrici *P.* 20,
— sulphurici *P.* 60,
Aloës,

Tartari stibiati āā *P.* 4,
Rad. Althaeae,
— Liquiritiae āā *P.* 20,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: Venaesectione instituta altera quaque hora dosis ad modum ovi gallinacei dabitur. Latera capitis et pectus hac mixtione oleosa infricentur:
℞p. Olei Terebinth. *P.* 20,
— Sinapis *P.* 1.

Electuarium ad vesaniam.

Gegen Dummkoller.

℞p. Flor. Arnicae,
Rad. Belladonnae āā *P.* 8,
Aloës *P.* 6,
Calomelanos *P.* 2,
Rad. Althaeae *P.* 16,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: Altera quaque hora quantitas magnitudinem ovi gallinacei exaequans porrigatur.

Inflammatio intestinorum.

Gasteritis. Enteritis. Peritonitis.
Magenentzündung. Darmentzündung.
Bauchfellentzündung.

℞p. Kali nitrici *P.* 8,
Kali sulphurici *P.* 32,
Herbae Hyoscyami *P.* 8,
Aloës *P.* 4,
Rad. Althaeae *P.* 24,
Aquae q. s.
M. f. electuarium
Signa: Venaesectione instituta et clysmatis mucilaginosis injectis altera quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei porrigatur.

Inflammatio pulmonum.

Pleuritis. Pneumonia. Lungenentzündung.
Brustentzündung.

℞p. Ammoni muriatici *P.* 2,
Kali nitrici,
Rad. Liquiritiae,
— Althaeae,
Sem. Foeniculi,
— Anisi āā *P.* 3,
Natri sulphurici *P.* 12,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: Venaesectione instituta, singulis horis bolus magnitudine ovi gallinacei porrigatur.
℞p. Tartari stibiati *P.* 6,
Sem. Anisi,
Herb. Hyoscyami āā *P.* 8,
— Digitalis *P.* 2,
Kali sulphurici *P.* 64,
Rad. Althaeae *P.* 32,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: ut supra.
In pectus Unguentum Cantharidum nigrum infricetur.

Ischuria.

Harnzwang.

Guttae ad ischuriam.

℞p. Tinct. Digitalis *P.* 6,
— Opii *P.* 3,
Olei Juniperi *P.* 1,
Spirit. V. rectf. *P.* 2.
Misce. Dosis est = 15 Grammat. vel Drachmis 4 vel Scrupul. 12.
Haec dosis cum aqua optime conquassata equo una infundatur.
Ventri et regioni vesicali Oleum Pini infricetur.

Boli diuretici Equorum.

Piss-bols.

℞p. Saponis,
Picis albae āā *P.* 100,
Kali nitrici,
— carbonici āā *P.* 25,
Olei Juniperi *P.* 6.
Rad Liquiritiae *P.* 62.
M. Fiant boli grammat. 60. *Ph. Belg.*

Laesio prominentiae colli posterioris.

Satteldruck. Widerristschäden.

Remedia: Unguentum laurinum vel nervinum, vel mixtio Unguenti Cerussae cum Unguento nervino.

Morbus farciminosus.

Hautwurm.

℞p. Antimonii crudi *P.* 12,
Bacc. Juniperi,
Rad. Gentianae,

Rad. Tormentillae āā *P.* 3,
Herbae Conii maculati,
Aloës āā *P.* 1,
Olei Terebinthinae,
Farinae secalinae āā *P.* 2.
M. f. electuarium.

Signa: Quarta quaque hora electuarii quantitas magnitudinem duorum ovorum gallinaceorum exaequans porrigatur.
Ulceribus applicetur haec pasta:

Pasta arsenicata.

℞p. Arsenici albi,
Rad. Consolidae,
Aluminis āā *P.*,
Aquae q. s.
M. f. pasta.

Obstructio alvi.

Leibesverstopfung.

Bolus laxativus.

Pilula laxativa ad equos.

℞p. Aloës *P.* 8,
Calomelanos,
Rad. Althaeae āā *P.* 1,
Aquae q. s.
M. f. bolus, qui Semine Lycopodii conspergatur. Is contineat fere 30 Grammata (Unciam unam) Aloës.
Equis minoribus ½—⅔ boli detur.

℞p. Aloës *P.* 16,
Calomelanos *P.* 1,
Saponis domestici plv. *P.* 6,
Aquae q. s.
M. f. bolus, qui contineat Unciam unam vel 30 Grammata Aloës.
Dosis: bolus unus.

Ophthalmia.

Augenkrankheit.

Aqua contra pannum oculi.

℞p. Infusi Flor. Arnicae,
— — Chamomillae āā *P.* 48—56.
In mixtis solve
Zinci sulphurici *P.* 1.
Signa: Liquor tepidus ad lotiones adhibeatur.

Unguentum ophthalmicum Equorum.

℞p. Ungt. Cerussae camphorati
Detur. q. v.

℞p. Ungt. Hydrarg. rubri,
— Zinci āā *P.* 24,
Opii pulv. *P.* 1/3,
Camphorae *P.* 1/6.
M. l. a.

Paralysis lumbalis.

Kreuz- und Lendenlähmung.

℞p. Flor. Arnicae,
Rad. Calami,
— Asari āā *P.* 16,
Olei Pini *P.* 4,
Rad. Althaeae *P.* 16,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.

Signa: Tertia quaque hora electuarii hujus quantitas magnitudinem duorum ovorum gallinaceorum exaequans porrigatur.

Tergum et regio lumbalis infricetur aut Linimento ammoniato-camphorato, aut L i n i m e n t o camphorato-terebinthinato, aut hac mixtione bene agitata:

℞p. Strychnini nitrici *P.* 1,
Olei Petrae *P.* 24,
Spiritus V. rectfss. *P.* 120.
Solve et misce.

Paronychia serosa.

Equine. Mauke.

℞p. Aluminis crudi *P.* 2,
Cupri sulphurici *P.* 6.
Solve in
Aquae *P.* 40.
Tum admisce.
Tinct. Aloës *P.* 2.
Signa: Externum.

℞p. Aq. vulnerar. vinos.,
Tinct. Arnicae,
— Aloës āā *P.* 12,
Kreosoti *P.* 3.
M. Mixtio haec cataplasmati mucilaginoso admiscetur.

Pruritus in collo et radice caudae.

Jucken an Hals und Schwanz.

℞p. Aceti scillitici q. s.
Ad lotiones.

Rheumatismus acutus.

Verschlagen. Verfangen.

℞p. Kali nitrici,
— sulphurici āā *P.* 24,
Tartari stibiati *P.* 4,
Rad. Liquiritiae,
— Althaeae āā *P.* 16,
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: Altera quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei porrigatur.

Electuarium contra rheumatismum chronicum.

℞p. Flor. Arnicae *P.* 32,
Aloës,
Camphorae āā *P.* 2,
Rad. Calami *P.* 16,
Sulphuris *P.* 8.
Aquae q. s.
M. f. electuarium.
Signa: Tertia quaque hora quantitas ad modum ovi gallinacei porrigatur.

Scabies.

Räude.

℞p. Cantharid. pulv. *P.* 1,
Spirit. V. rectfss. *P.* 3,
Olei Raparum,
— animalis foet.,
Petrolei āā *P.* 12.
M. Mixtio agitata semel quotidie infricetur.

℞p. Tinct. Aloës *P.* 4,
— Cantharid. *P.* 8,
Olei Raparum *P.* 48,
Photogeni vel Benzini vel Olei Terebinthinae *P.* 24.
M. Usus ut supra.

Scrophulae.

Adenitis. Drüsengeschwülste.

℞p. Olei Terebinthinae *P.* 1,
Linimenti ammon. camphorati *P.* 4.
Misce.

Tumor poplitis.

Spath.

Unguentum Ernesti.

℞p. Hydrarg. bichlorati corr. *P.* 8,
Carbonis ossium *P.* 3.
Exacte contritis admisce
Kalii jodati *P.* 10,
aspergendo guttulas nonnullas
Aquae destillatae.
Tum immisceantur
Ungt. Cantharid. *P.* 120.
D. S. Salbe gegen Spath.

Ungt. contra poplitidem.

Spathsalbe.

℞p. Hydrarg. bischlorati corr. *P.* 1.
Exacte contritis admisce
Ungt. Cantharidum *P.* 8.

Ungula morbosa.

Lotio contra tumores lividos ungularum.

Waschung gegen Steingallen.

℞p. Ammonii chlorati *P.* 4,
Acidi muriatici *P.* 2,
Aquae *P.* 120.
M. et solve.

Tinct. vulneraria ad fissuras unguis equi.

Wundessenz bei Hornspalt.

℞p. Tinct. Aloës,
Olei Petrae,
Olei Terebinth.,
Balsami Copaivae āā *P.* 10,
Acidi nitrici *P.* 1.
Misce conquassando. Fissurae ope penicilli tinctura illinantur.

Ungt. ad ungulam.

℞p. Ungt. basilici *P.* 2,
Sebi ovilli,
Cerae flavae,
Bals. Copaivae āā *P.* 1.
Misce leni calore.

Varia.

Unguentum acerrimum.

Rp. Cantharidum,
Euphorbii aa *P.* 4,
Tart. stibiati *P.* 1.
Pulveratis admisce
Ungt. basilici *P.* 24.

Emplastrum acre.

Pflaster gegen Piephacken.

Rp. Cantharidum pulv.,
Euphorbii pulv. aa *P.* 1,
Picis nigrae *P.* 3,
Picis albae *P.* 4.
Liquando commisceantur.

In morbis **Ovis**

(Caprae Ovis Arietis.)

Chlorosis.

Fäule.

Pulvis contra chlorosin ovium.

(Remedium et prophylacticum.)

Rp. Boli rubri,
Capitis mortui,
Natri sulphurici aa *P.* 16,
Flor. Sulphuris *P.* 1,
Herbae Absinthii,
Bacc. Juniperi aa *P.* 4.
M. f. pulvis. Dosis aequalis est 15 Grammatis (4 Drachmis).
Signa: Quotidie ovi unicuique dosis una cum aqua detur.

Rp. Fuliginis splendentis,
Capitis mortui aa *P.* 16,
Ferri sulphurici *P.* 4,
Natri sulphurici,
Herb. Absinthii,
Bacc. Juniperi aa *P.* 32,
Olei Pini *P.* 4.
M. f. pulvis. Dosis et signatura ut supra.
Nota. Folia Populi ad cibum porrigantur.

Rp. Ferri sulphurici *P.* 8,
Bacc. Juniperi *P.* 48,
Fuliginis splendentis *P.* 24,
Herbae Absinthii,
Salis culinaris aa *P.* 36,
Olei Terebinth. (Pini) *P.* 6.
M. f. pulvis. *Signa:* ut supra.
Nota. Hic pulvis efficacissimus est.

Fluxus cruentus.

Rückenblut.

Rp. Capitis mortui,
Kali nitrici aa *P.* 8,
Natri sulphurici *P.* 24,
Rad. Calami,
Herbae Absinthii,
Rad. Tormentillae aa *P.* 2,
Salis culinaris *P.* 16.
M. f. pulvis. Dosis aequalis est 15 Grammatis (4 Drachm.).
Signa: Mane et vespere dosis una porrigatur.
Nota. Cf. Pulvis contra fluxum cruentum boum Pag. 561. Plerumque hic morbus cum chlorosi conjunctus est, quare remedia contra illam indicata etiam ad fluxum cruentum adhiberi possunt.

Mictus cruentus.

Blutharnen.

Hic morbus iisdem remediis sanatur, quae bubus porriguntur. Ad linctum apponatur Liquor acidus ferratus (Pag. 560) aqua valde dilutus.

Pestis exungulans.

Claudicatio epizootica. Klauenseuche.

Sanatio morbi ovium eadem est, quae boum, quam vide, Pag. 560. Remediorum quantitates minores porrigantur.

Scabies.

Räude.

Boli depurantes contra scabiem ovium.

Rp. Antimonii crudi *P.* 2,
Kali nitrici *P.* 4,
Sulphuris sublimati *P.* 8,
Rad. Zingiberis *P.* $^1/_2$,
Saponis nigri *P.* 12,
Bacc. Juniperi q. s.
M. f. boli vel pilulae ponderis circiter 2 Grammatum (Drachmae dimidiae).
Signa: Ovi unicuique bis quotidie pilula.

Liquor ad lavandum.

Rp. Ammoni muriatici *P.* 4,
Kali carbonici *P.* 8,

Calcariae hydratae,
Olei animalis foetidi aa P. 1,
Petrolei,
Picis liquidae aa P. 2,
Aquae P. 48.

Lege artis mixtae optime agitentur.

Signa: Hic liquor, dilutus 8plo aquae, ope scoparum setacearum infricetur.

Lixivium Walzii.

Rp. Calcariae ustae P. 4.
Inspergantur
Aquae P. 2,
ut dilabantur. Dein aquae q. s. ad pultem efficiendam mixtis adde
Kali carbonici crudi P. 6,
Olei animalis foetidi P. 12,
Picis liquidae P. 3.
Mixtione peracta massa diluatur
Urinae bovinae P. 200
et Aquae fluvialis P. 800.

Ad balnea. Cave ne liquor oculos ovium humectet. Die sexto quoque balneum repetendum est.

Ungt. contra scabiem ovium.

Rp. Adipis suilli,
Petrolei aa P.
Misce.

Taenia.

Bandwurmseuche.

Ad linctum apponatur mixtio haec in aqua soluta:

Rp. Asae foet. pulv. P. 1,
Ferri sulphurici P. 2,
Sem. Anisi P. 3,
Salis culinaris P. 24.
M. f. pulvis grossus.

Tertio quoque die porrigantur cum aqua commixtae
Flor. Brayerae anthelminthicae Grana 60—90.

Tympanitis.

Blähsucht.

Remedia, quae contra tympanitin boum indicata sunt, ad eundem morbum ovium parva dosi adhibentur.

In morbis Canis.

Febris nervosa.

Hundeseuche. Staupe.

Rp. Tartari stibiati P. 2,
Rad. Ipecacuanhae P. 40.
M. f. pulvis.

Signa: Emeticum. Dosis 2—4 Grammatum (36—64 Granorum) pro magnitudine canum quotidie porrigatur. Tum per aliquot dies pilulae singulae hujus praecepti dentur:

Pilulae Canum.

Hundepillen.

Rp. Rad. Valerianae,
Flor. Sulphuris,
Rad. Jalapae aa P. 2,
— Hellebori nigri,
— Althaeae aa P. 1,
Aquae q. s.

M. f. pilulae ponderis circiter 1—2 Grammatum (16—32 Granorum). Contusae et cum lacte mixtae porrigantur.

Epilepsia.

Morbus caducus. Fallende Sucht.

Pilulae canum contra epilepsiam et luem.

Rp. Opii puri P. 3,
Ammoni carb. pyro-oleosi,
Camphorae aa P. 12,
Rad. Valerianae P. 120,
Saponis albi et
Aquae q. s.

M. f. pilulae, quarum singulae contineant 2 Centigrammata (circiter 1/3 Grani) Opii. *Dosis* ad usum canum majorum pilulae duae, ad usum canum minorum pilula una mane et vespere.

Rp. Zinci oxydati P. 1,
Flor. Sulphuris,
Rad. Jalapae aa P. 4,
— Hellebori nigri P. 2,
Extracti Chamomillae q. s.

M. f. pilulae ponderis 24—25 Centigrammatum (4 Granorum) et pilulae ponderis 12 Centigrammatum (2 Granorum). *Dosis.* Quotidie quater pilula una, major canibus majoribus, minor minoribus dabitur.

Potio vermifuga.

℞p. Cort. Rad. Granat. *P.* 1,
Aquae *P.* 10.
Coque per horae quadrantem. Colaturae admisce
Mellis *P.* 3.

Scabies.

Räude.

Sapo contra scabiem.

℞p. Extracti Aloës *P.* 10.
Solve in
Aquae *P.* 40.
Tum admisce
Olei Petrae *P.* 10,
Rad. Hellebori albi,
Sulphuris sublimati āa *P.* 20,
Saponis domestici *P.* 60.
M. f. pasta mollis.

Usus. Locus cutis morbidus hac mixtione semel quotidie infricatur; subinde laxativum (Pilul. laxant. major.) ad magnitudinem canum aptum porrigitur.

Loco saponis licet etiam Unguentum oxygenatum ad infricandum adhibere.

Spasma.

Krampf.

Pilulae antispasticae canum majorum.

℞p. Zinci oxydati albi,
Aloës āa *P.* 10,
Nucum vomicarum *P.* 5,
Rad. Valerianae *P.* 30,
Fellis Tauri insp. *P.* 60,
Rad. Althaeae q. s.
M. f. pilulae, quarum singulae contineant 3 Centigrammata (½ granum) Nucum vomicarum.

Signa: Quarta quaque hora pilula una.

In morbis **Suis scrofae.**

Angina.

Bräune.

Pulvis contra anginam.

℞p. Antimonii crudi *P.* 2,
Sulphuris sublimati *P.* 3,
Kali nitrici *P.* 4,
— sulphurici *P.* 6,
Herbae Conii pulv. *P.* 1.
M. f. pulvis.

Signa: Detractione sanguinis ad caudam vel ad aures instituta et emetico adhibito, quotidie ter dosis 3—5 Drachmarum dabitur. Collum Linimento camphorato-ammoniacato infricabitur:

Emeticum hoc est:

Emeticum.

℞p. Tartari stibiati *P.* 5,
Rad. Hellebori albi *P.* 30.
Misce f. pulvis.
Dosis ad usum suis majoris aequalis est 22 Decigrammatis (circiter 35 Granis).

Grandines.

Finnen.

℞p. Capitis mortui q. v.

Signa: Quotidie una vel duae cuspides cultri pulvere repletae in pabulum injiciantur. (Prophylacticum).

Tentigo.

Geilheit. Ranschen. Sues surientes.

℞p. Antimonii crudi *P.* 4,
Kali nitrici,
Capitis mortui āa *P.* 1.
M. f. pulvis.

Signa: Hujus pulveris tantum, quanto cuspis cultri majoris obtegitur, pabulo cuilibet injiciatur.

Verminatio.

Würmer.

℞p. Aloës *P.* 10,
Nucum vomicar. *P.* 5,
Capitis mortui *P.* 40,
Rad. Liquiritiae *P.* 60.
M. f. pulvis.

Signa: Ad usum majorum suum cuilibet pabulo tantum pulveris admisceatur, quantum cuspide cultri tegitur.

Praecepta magistralia varia.

Acetum arsenicosum.

℞p. Acidi arsenicosi *P.* 2,
Kali carbonici,
Aquae destill. āa *P.* 1.
Solutionem coquendo effectam solve in
Aceti crudi *P.* 120,
Aquae destill. *P.* 30.

Emplastrum adhaesivum Lundi.

℞p. Terebinth. communis,
Picis navalis āā P.
Colliquentur.

Linimentum plumbicum.

℞p. Aceti plumbici P. 1,
Olei Olivarum P. 4.
M.

Linimentum restaurans.
Restitutions-Fluid.

℞p. Tinct. Capsici annui P. 4,
Spirit. camphorati,
Liq. Ammoni caustici,
Spirit. Vini rectf.,
Spiritus aetherei āā P. 8.
Mixtis adde
Salis culinaris P. 7,
solutas in
Aquae communis P. 32.

Oleum Cantharidum comp. Blisteri.

℞p. Cantharidum pulv. P. 2,
Euphorbii pulv. P. 1,
Olei Lini P. 24,
Olei Terebinthinae P. 6.
Digere et serva. Liquor agitatus dispensetur.

Tinctura Babolna.
Babolner Krebstinktur.

℞p. Acidi arsenicosi P. 1,
Kali caustici,
Aloës āā P. 12.
Aquae destill. P. 200.
Digere et filtra.

Finis partis de Veterinariis.

Vinosa et Spirituosa.

Amarascone.
Maraschino.

℞p. Spirit. V. rectfss. puri,
Sacchari albi,
Aq. Rubi Idaei āā P. 30,
— Cerasor. simpl. P. 10,
— Aurant. florum P. 15.
Macera et saepius agita, tum filtra.

℞p. Spirit. V. rectfss. puri P. 12,
Sacchari albi P. 15,
Aq. Cerasorum P. 3,
— Aurant. florum P. 4,
— Rubi Idaei P. 16.
Macera etc.

Aqua Vitae Absinthii Helvetica.
Schweizer Absinth.

℞p. Olei Absinthii aeth. P. 140,
— Aurant. cort. P. 54,
Olei Anisi stellati P. 40,
— Naphae P. 14,
— Citri Cort. P. 26,
Aetheris acetici P. 70,
Sacchari albi 54000,
Spiritus V. rectfss.,
Aquae destill. āā P. 154000.
Macera, saepius agita et filtra.

Aqua Vitae cacaotina.

℞p. Seminum Cacao recens tostorum P. 200,
Vanillae P. 1,
Spec. aromaticar. ad morsulos P. 10.
Pulveratis affunde
Spirit. Vini rectfss. P. 700,
Aquae P. 500.
Macera per hebdomadem, dein exprimendo cola. Calaturae filtratae P. 1000 commisce cum syrupo e
Sacchari ad consistentiam tabulandi cocti P. 400 et
Aquae destill. P. 500
parato. Dein instilla liquorem filtratum, paratum digerendo e
Coccionellae pulv. P. 2,
Acidi tartarici P. 4,
Aquae Rosarum,

Spirit. V. rectfss. $\overline{aa}$ *P.* 30.
Mixtura tota post sedimentationem filtretur.

Aqua Vitae calda citrea concentrata.

Extractum Decocti Anglici. Punschextrakt.

℞p. Spirit Orizae (Arak) *P.* 160,
Syrupi Sacchari *P.* 120,
Acidi tartarici *P.* 3,
(vel Acidi citrici cryst. *P.* 4),
Elaeosacchari Citri *P.* 4,
Vini Gallici *P.* 64.
Macera, agita et filtra.

Aqua Vitae martiata.

(Wiener Glycerineisenliqueur.)

℞p. Ferri pyrophosphorici *P.* 5,
Natri pyrophosphorici *P.* 15,
Acidi citrici *P.* 10,
Aquae destillatae,
Glycerini $\overline{aa}$ *P.* 250.

Digere lenissimo calore per diem unum, dein filtra. Liquorem hoc modo obtentum commisce cum

Aquae Cinnam. dest. *P.* 500,
Glycerini *P.* 750,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 1000,

et cum Syrupo parato e

Sacchari ad consistentiam tabulandi cocti *P.* 600
et Aquae destill. *P.* 400.

Dein admisce

Tinct. Zingiberis,
— Flaved. Citri,
— Galang. $\widehat{aa}$ *P.* 5,
— Cardamomi *P.* 2.

Aqua Vitae Menthae.

℞p. Olei Menth. pip. opt. *P.* 150,
— Citri corticis *P.* 15,
Chloroformii *P.* 80,
Aetheris acetici *P.* 70,
Sacchari albi *P.* 60000,
Spirit. V. rectfss.,
Aquae destill. $\overline{aa}$ *P.* 154000.
Macera, saepius agita et filtra.

Aquae Vitae Nordhusiensis.

Spiritus Vini Nordhusiensis.

℞p. Spiritus Vini puri, pond. spec. 0,930 – 0,935, *P.* 1900 – 2000,
Essentiae spiritus frumenti Nordhusiensis *P.* 1.

Mixtae tingantur ope

Tinct. Quercus corticis

parvae quantitatis.

Aqua Vitae saccharata.

Liqueur.

℞p. Spirit. V. rectfss. *P.* 3,
Sacchari albi *P.* 2,
Aquae *P.* 4,
Aromatis cujuslibet q. s.
Macera et filtra.

Cerevisia Gestatorum.

Cerevisia Portatorum. Porterbier.

℞p. Cerevisiae Bavaricae vel Cerevisiae in cella per longius tempus asservatae (Lagerbier) *P.* 5000,
Syrupi ex Amylo Solani tuberosi parati *P.* 500,
Extr. Cardui benedicti,
Succi Liquirit. dep. $\overline{aa}$ *P.* 25.

Misce et solve. Dein adde tincturam paratam e

Flaved. Citri recent.,
Sem. Coriandri $\widehat{aa}$ *P.* 3,
Spec. aromat. ad morsulos *P.* 6,
Spiritus Vini rectfss.,
Tinct. Sacchari tosti $\overline{aa}$ *P.* 50.

Mixtura in dolium ingesta et agitata stet per 48—72 horas, ut clara fiat. Liquor limpidus tunc e dolio depromptus in lagenis bene obturatis loco frigido asservetur.

Essentia Absinthii.

Extrait d' Absinthe.

℞p. Herb. Absinthii recent.,
Sem. Anisi vulg. $\widehat{aa}$ *P.* 12,
— — stellati *P.* 2,
— Foeniculi *P.* 6,
— Carvi *P.* 4,
Amygdal. amarar. *P.* 2,

Pomor. Aurant. immat. *P.* 4,
Rad. Calami,
Sem. Coriandri āā *P.* 1,
Rad. Angelicae *P.* 2,
Spirit. V. rectfss. *P.* 80,
Aquae *P.* 120.

Post macerationem destillent *P.* 96 ad 100, quibus admisce

Olei Anisi *P.* 1/8,
— Foeniculi *P.* 1/16,
Syrupi Sacchari *P.* 64.

Sepone et filtra.

Essentia Decocti Anglici.

Punschessenz.

℞p. Olei Citri cort. *P.* 1/48,
Vanillae *P.* 1/80,
Herb. Theae Pecco *P.* 1/24,
Spiritus Sacchari *P.* 4.

Digere. Colaturae filtratae admisce

Spiritus Sacchari,
Syrupi Sacchari āā *P.* 39,
Acidi citrici cryst. *P.* 1/3.

Sepone et agita.

℞p. Syrupi Sacchari *P.* 122,
Acidi citrici *P.* 1 1/4,
Spiritus Sacchari *P.* 150,
Olei Citri corticis *P.* 1/16—1/8,
— Cassiae cinnam. āā *P.* 1/24.

Digere leni calore, saepius agita et filtra.

℞p. Sacchari albi,
Vini rubri āā *P.* 32,
Spirit. Sacchari *P.* 48,
Aquae *P.* 28,
Succi Citri *P.* 1,
Elaeosacch. flaved. Citri *P.* 1.

Macera, saepius agita et decantha.

Nota. Pars 1 essentiae et *P.* 2 aquae fervidae commixtae praebent Decoctam Anglicam. Cf. Aquae Vitae calda citrea concentrata.

Essentia Spiritus frumenti Nordhusiensis.

Nordhäuser Kornessenz.

℞p. Aetheris acetici *P.* 24,
Spirit. aetherei nitrosi *P.* 16,
Olei Juniperi baccar. *P.* 1/6.

Misce et sepone.

Essentia Spiritus Sacchari.

Rumessenz.

℞p. Vanillae *P.* 1/2,
Croci *P.* 1/5,
Spirit. V. rectfss. *P.* 5.

Digere per aliquot dies, tum exprimendo cola. Colaturae filtratae adde

Spiritus acetico-aetherei oxygenati *P.* 24,
Tinct. Sacchari tosti *P.* 1—2.

Tum admisce ejus liquoris *P.* 50, qui destillando obtentus est ex

Residuo post expressionem, constante e Vanilla et Croco,
Olei Rusci *P.* 2,
Ligni Guajaci *P.* 3,
Rad. Tormentillae *P.* 3,
Flor. Cassiae *P.* 1/2,
Fuliginis splendentis *P.* 1,
Salis culinaris *P.* 4,
Spiritus V. rectfss. *P.* 50,
(Aetheris formicici *P.* 10).

Mixtioni tunc adde

Spirit. V. rectfss. q. s.,

ut pondus mixtionis aequet *P.* 90—92.

Usus ad parationem Spiritus Sacchari (Rum.)

Essentia Spiritus Vini Gallici s. Cognacensis.

Cognacessenz.

℞p. Aetheris acetici *P.* 16,
Spirit. aetherei nitrosi *P.* 12,
Acidi pyro-lignosi rectf. *P.* 1.

Misce.

℞p. Aetheris Cocos *P.* 10,
Aetheris acetici *P.* 2,
Tinct. aromatic. *P.* 3,
Spirit. V. rectfss. *P.* 150.

M.

℞p. Olei Vini Gallici *P.* 5,
Aeth. acetici *P.* 4,
Tinct. aromatic. *P.* 1,
Tinct. Gallarum *P.* 3,
Spirit. Vini rectf. *P.* 100.

Misce.

Usus ad parationem Spiritus Vini Gallici. Cf. praescriptum Pag 458.

Gossypium sulphuratum vinariorum.

Einschlag der Weinhändler.

Segmenta telae gossypinae (Shirting) latitudine pollicum duorum Sulphure citrino liquato imbuta, tum glutine amylaceo oblinantur et

Flor. Rosar. rubr. *P.* 1,
— Lavandulae *P.* 2,
Sem. Coriandri *P.* 3

mixtis et minutim concisis conspergantur, tum siccentur.

Oleum amarum Hispanicum.

℞p. Olei Absinthii *P.* 12,
— C. Aurant. *P.* 9,
— Juniperi bacc.,
— Carvi $\overline{aa}$ *P.* 3,
— Calami *P.* 2,
— Macidis *P.* 2,
— Menth. crisp. *P.* 1 $^1/_2$,
— Majoranae *P.* 1,
Aetheris acetici,
Aetheris $\widehat{aa}$ *P.* 6.

M.

Pigmenta ad Aquam vitae.

Bruneamentum: Tinctura Sacchari tosti
Citrinamentum: Tinctura spirituoso-aquosa radicis Curcumae, florum Carthami.
Coeruleamentum: Tinctura Indigo.
Rubramentum: Tinctura spirituoso-aquosa Coccionellarum aluminata.
Viridamentum: Tinctura Curcumae cum Tinctura Indigo commixta. Tinctura ex herba Plantaginis vel foliis Sambuci nigrae recentibus.

Spiritus acetico-aethereus oxygenatus.

Rumäther.

℞p. Spiritus V. rectfss. *P.* 4,
Acidi sulphurici conc. Anglici,
Acidi pyro-lignosi $\overline{aa}$ *P.* 2,
Mangani hyperoxydati *P.* 1.

Ingerantur in retortam vitream amplam, tum destillent *P.* 4.

(Aether formicicus.)

Rumäther.

℞p. Mangani oxyd. nat. *P.* 40.

Pulveratis et in vesicam destillatoriam amplam immissis admisce agitando

Aquae frigidae *P.* 15,
Amyli *P.* 10.

Alembico apposito et juncturis clausis, per tubulum affunde miscelam frigidam, paratam ex

Acidi sulphurici *P.* 30 et
Spirit. V. rectfss. *P.* 20.

Calore tantum sensim aucto fiat destillatio, donec circiter *P.* 22 elicitae fuerint. Destillato admisceatur Magnesiae carbonicae q. s., ut Acidum adhaerens neutralisetur, tum liquor filtratus e balneo aquae rectificetur.

Nota. Si vis Aethera formicicum purum efficere, Spiritus Vini *P.* 15 tantum sumendae sunt.

Spiritus Oryzae.

Arak.

℞p. Herb. Theae Pecco *P.* 1.

Affunde

Aquae fervidae *P.* 288—300.

Stent per aliquot horas. Colaturae refrigeratae admisce

Spiritus V. rectfss. *P.* 400,
Aetheris acetici *P.* $^1/_8$,
Vanillae *P.* $^1/_{12}$,
Olei Neroli *P.* $^1/_{80}$.

Macera per aliquot dies et filtra.

Spiritus Sacchari.

Spiritus Arundinis sacchariferae. Rum.

℞p. Essentiae Spiritus Sacchari,
Sacchari albi $\overline{aa}$ *P.* 2,
Spiritus V. puri, pond. spec. 0,915—0,920, *P.* 240.

Mixtis adde

Tinct. Sacchari tosti vel
Tinct. Quercus cort. q. s.,

ut liquor juste tinctus sit. Sepone per aliquod tempus.

℞p. Spiritus Sacchari Jamaicensis *P.* 30,
Spiritus V. rectfss. *P.* 360,
Essentiae Spiritus Sacchari *P.* 4,
Sacchari albi *P.* 6,
Tinct. Sacchari tosti *P.* 3,
Aquae *P.* 216—240,

Tinct. Olei Rusci*) *P.* 1/256.
Misce, sepone per aliquot dies et filtra.

Spiritus Vini Cognacensis.

Cognac.

℞p. Passularum majorum digitis discissarum *P.* 4,
Spirit. V. rectf. *P.* 24.

Macera per aliquot dies, interdum agita, tum cola exprimendo. Colaturae filtratae admisce

Essentiae Spiritus Cognacensis *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 120 et
Tincturae Quercus cort. q. s.,

ut liquor sit juste tinctus. Tum sepone per 8 dies.

Tinctura Fuliginis

ad Spiritum Vini Cognacensem tingendum.

℞p. Fuliginis splendentis *P.* 12,
Carbonis vegetabilis *P.* 2.

Pulveratis affunde

Spiritus V. rectf. *P.* 72.

Digere et filtra.

Vinum.

Mustum (succus acinorum Vitis viniferae) constat e *P.* 140—200 Sacchari, *P.* 5—10 acidi, salium, principii extractivi etc., et *P.* 790—800 aquae.

Sacchari *P.* 1 praebet fermentatione circiter *P.* dimidiam Spiritus Vini absoluti.

Vinum contineat *P.* 8—11 Spiritus Vini absoluti, *P.* 85—90 aquae et *P.* 2—5 acidi, salium, principii extractivi etc. Quantitas acidi sit *P.* $\frac{1}{3}$—$\frac{1}{2}$ in *P.* 100 vini.

Remedia fermentationem vini cohibentia et interrumpentia.

Sal culinare, Acidum sulphurosum (translatio vini in dolia sulphure infecta), Kali sulphuricum, Alumen, Gypsum, Kali, Calcaria, Aromata, Pix nigra, Olibanum.

Conditura vini sulphurea.

Cf. Gossypium sulphuratum vinariorum. Hoc gossypium etiam paratur e

Sulphuris *P.* 32 seu q. s.,
Cassiae cinnam. *P.* 4,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Seminis Anisi āā *P.* 2,
Rad. Zingiberis,
Olibani,
Nucum moschatarum,
Rad. Zedoariae,
Piperis longi,
Macidis āā *P.* 1.

Sulphuratio doliorum efficitur gossypium sulphuratum incensum, quod filo ferreo affixum est, in dolium vacuum ingerendo et hoc obturando ope emboli. Haec operatio saepius repetatur, tum dolium vino repleatur. Sulphuratio vinis albis utilis est, vinis rubris plerumque datur conditura vinosa. Haec efficitur infundendo Tincturam aromaticam in dolium et incendendo eam, dum dolium clauditur: vel ingerendo Nucem moschatam, antea in Tinctura aromatica maceratam, filo ferreo affixam et incensam.

Sulphuratio vini efficitur accendendo gossypium sulphuratum in ore dolii, dum aliqua quantitas vini per strophingem defluit.

Remedia ad vina deliquanda.

Klärmittel.

Calcaria sulphurica usta (Gypsum), Ichthyocolla, Gummi Arab. pulv. (quod in superficiem vini spargitur), Albumen (in spumam redactum vino admiscetur), Gelatina*), Lac vaccinum a cremore liberatum, Alumen (est improbandum), Kali carbonicum, Mel, Charta bibula, Semina Vitis viniferae, Tannica, Sal culinare.

Admixto remedio, vinum seponitur et decanthatur.

Remedia ad vina emendanda.

Vinum peracidum addendo Kali tartaricum vel Cretam, Spiritum vini corrigitur.

Vinum lentum (zähgewordener Wein), Acidum tannicum vel infusum Theae herbae, Spiritum vini, Saccharum addendo et filtrando corrigitur.

Vinum mucidum (kahmiger Wein), addendo Kali tartaricum vel Gypsum ustum, Spiritum et filtrando corrigitur.

Vinum debile, vel saporis et odoris mali addendo Gypsum ustum vel

*) Paretur maceratione ex Olei Rusci P. 1. et Spirit. V. rectf. P. 6.

*) Vini P. 2800 commisceantur cum gelatinae siccae P. 1, antea in paulo vini ejusdem soluta, tum addatur solutio parata ex Acidi tannici P. 1 et Spiritus Vini rectificati P. 5.

Infusum radicis Caryophyllatae, Carbonem pulveratum, vel clarificando ope Ichthyocollae et filtrando emendatur.

Aroma Vini vetusti est: Acetalum.

Suavitas efficitur fermentatione nova vini, cui sunt admixta Folia et Flores Tiliae v. Thea Sienensis, Folia Fagi, Folia Fragariae et modicae quantitates Sacchari vel Passularum majorum.

Pigmenta ad vina.

Baccae Sambuci nigrae, Baccae Myrtillorum, Baccae Rubi fruticosi, Baccae Mori nigrae, Fructus Pruni avium, Radix Alcannae

Essentia Vini

ad mustum et vinum debile confirmandum.

Rp. Passularum major. *P.* 2,
Aquae fervidae *P.* 4.

Digere per biduum, tum contunde passulas, et admixtis

Spiritus V. rectfss. *P.* 2
(vel Spirit. Vini Gallici genuini *P.* 3),

exprimendo cola, postremo filtra.

Rp. Passularum majorum,
Sacchari albi aa *P.* 10,
Vinum *P.* 80.

Stent loco temperato, ut fermentent. Fermentatione finita, sepone et decantha.

Essentia Vini majalis.

Maitrankessenz.

Rp. Herbae totius recentis Asperulae odoratae, ante florescentiam collectae, Unc. 16,
Fruct. decort. Citri Aurant. Sienensis (Apfelsinen) Nro. 8,
Vini albi Unc. 32,
Spirit. Vini alcohol. *P.* 8.

Macera per unum diem, tum leniter exprimendo cola et filtra.

Vina arte facta.

Vinum aurantiatum.

Bowle.

Rp. Vini albi vel rubri *P.* 576,
Tinct. episcopalis *P.* 1.
Sacchari albi *P.* 96,
(Spirit. V. alcohol. *P.* 8.)

Misce, macera et saepius agita.

Rp. Vini *Unc.* 25—27,
Tinct. episcopal. *Drachm.* 1/2,
Sacchari albi *Unc.* 3—4.

M. etc.

Vinum Burdegalense (Medoc. Graves) arte factum.

Rp. Succi Pyrorum *P.* 4,
— Rubi Idaei *P.* 1.

Tractentur, uti in paratione vini e succo fructuum variorum praescriptum est. Dum vinum fermentat, paulum Radicis Iridis rasae adjicere solent.

Vinum Burgundicum.

Rp. Vini domestici albi *P.* 100,
Succi Cerasorum nigrorum *P.* 10,
Passularum majorum,
Sacchari aa *P.* 6,
Tartari crudi *P.* 1/2,
Musti evaporando concentrati *P.* 50.

Stent, ut fermentent, tum sepone loco frigido et decantha.

Rp. Musti rubri *P.* 24.

Evaporando ad remanentiam Partium 12 redactis admisce

Vini rubri *P.* 60.

Mixtio stet, ut fermentet, etc.

Rp. Vini rubri *P.* 200,
Passularum *P.* 10,
Bacc. Myrtillorum,
— Sambuci recent. aa *P.* 5,
Rad. Ratanhae *P.* 1/2.

Mixtae stent, ut fermentent, etc.

Vinum Campanicum.

Champagnerwein.

Rp. Sacchari albi (Melis) *P.* 40,
Aquae *P.* 60.

Coquendo et despumando fiat syrupus dilutus limpidus, qui adhuc fervidus in dolium, strophinge instructum, defundatur. Tum statim adde

Aquae *P.* 170.

Mixtione peracta, liquori tepido admisce

Faecum e fermentatione cerevisiae albae triticeae *P.* 1,

antea cum aquae *P.* 2 optime commixtam. Tum adde

Florum Sambuci incis. *P.* 1/8,
Fructuum Citri in taleolas scissorum et a seminibus liberatorum *P.* 3.

Agita et dolium linteo obtectum loco temperato sepone, donec fermentatio fortior remiserit.

Spuma ablata, liquorem in orcam infunde et ei adde

Vini domestici *P.* 40—50,

ita ut orca plane repleta sit. Orcam, embolo ligneo leviter obturatam, per aliquot dies in cella colloca, ut miscela fermentationem secundariam (Nachgährung) experiatur. Interea orcam affundendo vinum saepius ita repleas, ut faeces prodeuntes semper defluant.

Simulac spuma albissima et relaxa prodit, orcae orificium bene mundetur, orca tunc vino plane repleatur et embolo optime obturata per duas hebdomades loco frigido seponatur. Denique vinum, ope strophingis in lagenas l. a. optime obturandas decantha, et per hebdomadem sepone. Postremo serva loco frigido.

Nota. Si vinum non pelluceat, id charta bibula alba et mollissima concisa conquassando (orcam volvendo), sedimentando et decanthando clarum fiat.

℞p. Sacchari albi *P.* 30,
Fructuum Citri in taleolas dissectorum *P.* 10,
Passularum majorum, a stipitibus liberatarum et digitis discissarum, *P.* 15.

Dolio capacitatis Partium 260—280 immissis affunde

Vini Gallici albi q. s.,

ut dolium ad 1½ pollices infra orificium repletum sit. Saccharo soluto et mixtione peracta dolium in loco temperaturae mediae (18—22° C.) sepone et ope tubi vitrei in siphonis formam curvati lagenae aqua fere repletae ita conjunge, ut tubi apertura exterior infra aquam immersa sit. Evolutione gasis Acidi carbonici cessante fermentatio finita est. Deinde dolium epistomio bene obturatum in loco valde frigido per 10 hebdomades sepone. Tum vinum limpidum in lagenas bene obturandas defunde et in iis rursus per 8 hebdomades ad usum serva.

℞p. Vini boni *P.* 100,
Liquoris Vini concentrati *P.* 20—25.

Mixtae stent per hebdomadem inclusae in orcis ligneis repletis loco frigido, tum strophingis ope decanthentur. Liquor plane limpidus in mistario apparatus compressorii Acido carbonico q. s. (pressu aëris atmosphaerarum quatuor) impraegnetur, tum in lagenas solidas optime obturandas ingeratur.

Liquor Vini concentratus.

℞p. Sacchari Indici *P.* 12,
Vini cujuslibet *P.* 8.

Digerendo calore balnei vaporis fiat syrupus, quem commisce cum

Vini Gallici albi,
Spirit. Vini Gallici fortioris genuini āā *P.* 10.

Mixtura in orcas ligneas ingesta seponatur per aliquot menses, dein decanthetur vel filtretur.

Interdum Unciis 1000 liquoris admiscent guttas aliquot Essentiae Fragorum, Essentiae Ananas, vel Aetheris Cocos. Loco Spiritus Vini Gallici saepe sumitur Spiritus Vini rectfss. purus.

Vinum coctum.

Glühwein.

℞p. Vini albi vel rubri *P.* 300,
Sacchari albi *P.* 48,
Cassiae cinnam. *P.* 2,
Caryophyllorum *P.* 1/2,
Elaeosacchari Citri *P.* 2,
Tinct. Aurant. pomor. *P.* 1.

Mixtas et calefactas ope segmenti chartae ardentis incende. Post deflagrationem cola.

℞p. Caryophyllor. integror. *P.* 1/4,
Cassiae cinnam. *P.* 1/2,
Sacchari albi *P.* 3—4,
Vini rubri *P.* 36,
Syrupi Aurant. flor. *P.* 2.

Digere per horae quadrantem et cola.

Vinum Frontiniacense arte factum.

Frontignac.

℞. Sacchari albi *P.* 15,
Passularum majorum a stipitibus liberat. *P.* 20,
Vini domestici *P.* 120.

Mixtae stent, ut in fermentationem abeant. Ad finem fermentationis adjice

Florum Sambuci *P.* 1/2.

Postremo, fermentatione peracta, sepone et decantha.

Vinum Grimelli.

℞. Tartari crudi *P.* 1,
Glandium Quercus leviter tostarum *P.* 6.

Contusis et pulveratis affunde

Aquae fervidae *P.* 720.

Digere per horam unam, cola et liquorem adhuc fervidum in doliolum ingere. Tum adjice

Sacchari pulv. *P.* 84,
Mellis (depurati) *P.* 20,
Polentae (tritae) *P.* 6,
Fermenti recentis ad panem (Sauerteig), cum paulo aquae diluti, *P.* 6,
Florum Sambuci,
— Cassiae āā *P.* 1/4.

Misce agitando, tum sepone loco temperato (20—24° C.), ut fermentent. Post 8—10 dies, quo tempore fermentatio cessabit, sepone in loco frigido, ut miscela post sedimentationem decanthari possit.

Ut fermentatio acetosa remota maneat, dolium semper repletum sit, quod efficitur addendo mixtionis quantitatem sufficientem paratae e

Pulveris vinarii Grimelli *P.* 1 et
Aquae coctae *P.* 6.

Pulvis vinarius Grimelli.

℞. Sacchari *P.* 96,
Farinae triticeae *P.* 2,
Gland. Quercus leviter tostarum,
Polentae,
Tartari āā *P.* 1,
Florum Sambuci,
Florum Cassiae āā *P.* 1/6.

Misce, fiat pulvis. Farina triticea per duas horas ante mixtionem in balneo vaporis calefiat, ut sit bene exsiccata. Glandes et polenta aëri radiisque solis exponantur, ut odor empyreumaticus iis adhaerens, quantum potest, abeat.

Vinum Madeirense arte factum.

℞. Mellis depurati *P.* 20,
Spirit. V. rectfss. *P.* 25,
Strobilor. Lupuli *P.* 1/2,
Vini Gallici *P.* 200,
Tinct. Sacchari tost. *P.* 1 vel q. s.

In lagenam immissas leni calore per biduum digere, tum per hebdomadem sepone et filtra.

℞. Vini albi boni *P.* 360,
Spirit. V. rectfss. *P.* 64,
Syrupi Sacchari *P.* 48,
Ligni Sassafras *P.* 1,
Tinct. Sacchari tosti *P.* 2 vel q. s.

In lagenam immissae macerent per 14 dies. Postremo filtra.

Nota. Si Vinum album valde acidum est, addendo Kali tartarici paulum corrigatur.

℞. Aquae communis,
Succi bacc. Ribis Grossul.,
— Ribis nigri āā *P.* 40,
Sacchari albi *P.* 8.

Mixtae l. a. fermentent. Postremo admisce

Spirit. V. Gallici *P.* 10

et filtra.

Vinum Malacense arte factum.

℞. Vini albi *P.* 600,
Spirit. V. rectfss.,
Passularum (Malacensium) digitis discissar. āā *P.* 100,
Syrupi Sacchari *P.* 50,
Flor. Sambuci *P.* 1.

Macera per aliquot dies, exprimendo cola et admisce

Tinct. Sacchari tosti q. s.,

ut vinum sit juste tinctum. Tum sepone per hebdomades duas lagena non obturata, filtra.

Vinum e Succis fructuum variorum.

℞p. Succi fructuum, qui saccharum continent, *P.* 120,
Sacchari *P.* 20—30,
Aquae calidae *P.* 120,
Tartari crudi *P.* 2,
Faecum e fermentatione cerevisiae elotarum *P.* 1/2.

Ingerantur in dolium, ut sit fere repletum, tum seponantur loco temperaturae mediae (18—22° C.), ut in fermentationem transeant. Ad finem fermentationis adde parvas quantitates aromatis necessarii ad saporem peculiarem efficiendum, uti Cassiae, Caryophyllorum, Macidis, Radicis Caryophyllatae, Radicis Zingiberis, Herbae Majoranae, Herbae Salviae, Florum Sambuci.

Fermentatione cessante dolium Vini domestici quantitate sufficiente repleatur, dein orificio aperto in loco frigido per 14 dies collocetur, tum, orificio bene clauso, seponatur et postremo Vinum decanthetur.

Finis partis de Vinosis et Spirituosis.

Vinum Absinthii.

Tinct. Absinthii vinosa.

℞p. Extracti Absinthii *P.* 1.
Solve in
Vini Hispanici *P.* 100.
Tum adde
Tinct. Absinthii *P.* 20.
(Ph. Belg.)

Eadem ratione parentur:

Vina s. Tincturae vinosae,
— **Cardui bened.**
— **Centaurii minoris.**
— **Chinae** cort.
— **Cort. Aurantior.**
— **Gentianae.**
— **Lupuli.**
— **Quassiae.**
— **Valerianae.**

Vinum aloëticum.

Vinum Aloës. Tinctura sacra.

℞p. Aloës pulveratae *P.* 4,
Tinct. aromatic. *P.* 8,
Vini Hispanici *P.* 40.

Macera per aliquot dies, saepius agita et filtra.

Ph. Brit. Aloës socotor. 36, Sem. Cardamomi 4, Rd. Zingib. 4, Vini Hispanici 960*v*. Digere per hebdomadem et exprime.

Vinum amarum.

Vinum Gentianae (comp.)

℞p. Extracti Gentianae *P.* 8.
Solve in
Vini Rhenani *P.* 180.
Tum admisce
Tinct. C. Aurant. *P.* 12,
Tinct. aromatic. *P.* 4.

sepone, decantha et filtra.

Ph. Bad. Flaved. C. Aurant. 1, Vini Rhenani 24. Digere. In colatura solve Extr. Gentianae 1.

Ph. Suec. Piperis albi 1, Flaved. C. Aurant. 12, Rad. Gentian. 16, Vini Hispanici 160, Spirit. V. Gallici 32.

Vinum antarthriticum.

Vin de d'Anduran ou de la Rochelle.

℞p. Bulbor. Colchici rec. *P.* 30,
Vini Malacens. *P.* 500.

Macera per hebdomadem. Colaturae adde
Tinct. Aconiti *P.* 8,
— Digitalis *P.* 5.

Quoque die tria cochlearia parva dentur in infuso Menthae.

Vinum anticholericum.

℞p. Tinct. amarae,
— aromaticae,
— Aurant. pom. āā *Unc.* 1,
— Cass. cinnam. *Unc.* 2,
Vini optimi *Unc.* 120,
Sacchari albi *Unc.* 16.

M. et solve.

Vinum antihydropicum.

(No. 2 Fulleri).

℞p. Rad. Iridis Florent. *P.* 8,
— Helenii,
— Scillae āā *P.* 2,
Corticis Sambuci,

Corticis Ebuli $\widehat{aa}$ *P.* 4,
— Winterani *P.* 1,
Fol. Sennae *P.* 8,
Rad. Hellebori nigri,
— Jalapae,
Agarici $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Concisae et contusae macerentur cum
Vini albi *P.* 950,
Spirit. V. rectfss *P.* 70
per aliquot dies. Tum exprimendo cola et filtra. *(Ph. Belg.)*

Vinum antiscorbuticum.

Vinum Raphani s. Cochleariae comp.

℞p. Rad. Armoraciae recent. rasae,
Herb. Cochleariae recent. $\widehat{aa}$ *P.* 2,
— Trifolii fibrini,
Rad. Calami,
Sem. Sinapis nigrae contusi $\widehat{aa}$ *P.* 1,
Ammoni muriatici *P.* ½,
Vini albi *P.* 64,
Spirit. V. rectfss. *P.* 12.
Macera per aliquot dies, tum exprimendo cola et filtra.
(*Ph. Belg.* Rd. Calami omittit.)

Vinum Armoraciae.

℞p. Rad. Armoraciae recent. rasae *P.* 10,
Flaved. Cort. Aurant. *P.* 1,
Vini rubri *P.* 50,
Spirit. V. rectfss. *P.* 5.
Macera, exprime et filtra.

Vinum aromaticum.

Tinct. aromatica vinosa. Sturmfederwein.

℞p. Spec. aromatic. *P.* 10,
Vini rubri *P.* 100,
Spirit. V. rectfss. *P.* 8.
Macera per octo dies, cola et filtra. *Ph. Helv.* 2, 12, 1.

Suppl. Ph. Bor. Spec. aromat. 2, Aq. vulnerar. vinosae 5, Vini Gallici rubri 16. Macera etc.

Ph. Sl. H. Spec. aromat. 1, Vini rubri 10. Macera per horam unam et exprime.

Ph. Belg. Spec. aromat. 100, Vini rubri q. s. Colat. = 936, adde Spirit. carminativi Sylvii 64.

Vinum Aurantiorum.

Tinctura Aurantiorum vinosa.

℞p. Flaved. C. Aurant. *P.* 1,
Vini Malacensis *P.* 6.
Macera per octo dies, tum exprime et filtra. *Ph. Wrtb.*

Vinum Aurantiorum martiatum.

Tinctura Ferri vinosa cum Aurantiis *Ph. Wrtb.*

℞p. Extr. Ferri pomati *P.* 1,
Vini Hispanici *P.* 12,
Tinct. C. Aurant. *P.* 3.
Solve, sepone et filtra. *Ph. Wrtb.*

Vinum camphoratum.

℞p. Camphorae tritae,
Gummi Arab. pulv. $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Mixtis affunde
Vini Gallici albi *P.* 44,
Spirit. V. rectfss. *P.* 4,
agita et serva. Sit liquor albidus. *(Ph Bor.)*

Vinum Chinae.

℞p. Cort. Aurantii *P.* 1,
Cort. Chinae fusci *P.* 4,
Vini Hispanici *P.* 48.
Digere per aliquot dies et filtra. Colaturae adde
Vini Hispanici q. s.,
ut partes 48 expleantur. *(Ph. Helv.)*

Vinum Chinae amarum.

Tinctura Chinae comp. vinosa *Ph. Hann.* Vinum Chinae *Ph. Hann.* Elixir roborans Whyttii vinosum.

℞p. Rad. Gentianae,
Flaved. C. Aurant. $\widehat{aa}$ *P.* 3,
Cort. Chinae regii *P.* 8,
Vini Hispanici *P.* 90,
Spirit. V. rectfss. *P.* 6.
Digerendo et filtrando fiat vinum medicatum. *(Ph. Hann.)*

Ph. Suec. Rd. Gent., Flav. C. Aur. $\overline{aa}$ 3, Cort. Chin. reg. 8, Vini Malac. 80, Spir. V. Gallici 16.

Vinum Chinae aromaticum.

Rp. Tinct. Chinae cort. *P.* 8,
— Cinnamomi *P.* 2,
— Aurant. pomor.,
— aromaticae aa *P.* 1,
Vini boni *P.* 40.
Misce.

Vinum Chinae martiatum.

Vinum Chinae tartarisatum *Ph. Belg.* Vinum roborans *Ph. Dan.*

Rp. Ferro-Kali tartarici pulv. (Globul. Tart. mart.) *P.* 2,
Aquae Cinnamomi *P.* 4,
Tinct. Chinae cort. *P.* 8,
Vini Malacensis *P.* 120.
Digerendo solve et filtra. *(Ph. Belg.)*

Ph. Hann. Cort. Chinae, Cort. Aurant. aa 1, Vini Hispan. 12. Digere. Colaturam misce cum Vini martiati 2.

Ph. Dan. Ferri limati, Cort. Chinae, Rad. Calami aa 1, Vini Hisp. *P.* 60. Digere per biduum et filtra.

Vinum Chinii
s. Quinii Labarraquii.

Rp. Chinii Labarraquii *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. rectfss. *P.* 15.
Tum admisce
Vini albi *P.* 250.

Vinum Colchici opiatum (Eisenmannii).

Rp. Vini Colchici sem. *P.* 6,
Tinct. Opii croc. *P.* 1.
Misce. *Signa.* Tertia vel quarta quaque hora guttae 20—30 sumantur.

Vinum Colchici bulbi.

Vinum Colchici radicis. Specificum antarthriticum Reynoldi.

Rp. Bulbi Colchici recentis *P.* 4.
Concisis affunde
Vini Hispanici *P.* 7,
Spirit. V. rectfss. *P.* 1.
Macera per octo dies, tum exprime et filtra.

Ph. Bor. vet., Bav. Bulbi rec. 1, Vini Hisp. 2. *Ph. Brit.* Bulbi sicci 1, Vini Hispan. 5*v*.

Vinum Colchici (seminis).

Tinctura Colchici *Ph. Hann.* Tinct. Colchici vinosa *Ph. Germ.* Aqua medicinalis Hussoni.

Rp. Seminis Colchici grosse plv. *P.* 5,
Vini Hispanici *P.* 23,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.
Macera per octo dies, vase clauso, tum exprime et filtra. *Ph. Hann.* 3, 12, 2. *Ph. Belg.* 15, 98, 9. *Ph. Batav.* 1, 8, 1.

Ph. Bor. Sem. Colch. 5, Vini Hispanici 24; *Suec.* 1 et 5; *Austr.* 1 et 8 (Colat = 8); *Bad.* 1 et. 8; *Bav., Dan., Helv., Sax.* 1 et 6; *Hass.* 1 et 10.

Ph. Norv. Essentia Colchici Sem. Colchici 1, Sp. V. rectf. 5.

Ph. Fenn. Sem. Colch. 1, Spirit. V. Gallici 1, Vini Rhenani 4.

Ph. Belg. Sem. Colchici 15, Spir. V. rectf. 10, Vini Hisp. q. s. Colat. = 100.

Vinum Diospyreos Virginianae.

Rp. Bacc. Diospyreos Virginianae recentium contusarum *P.* 10,
Vini albi *P.* 25,
Spirit. V. rectfss. *P.* 5.
Macera per aliquot dies et exprime. Colatura sedimentando depuretur.

Vinum diureticum
Anglicum.

Rp. Cassiae cinnamomeae,
Rad. Zedoariae,
Kali carbonici aa *P.* 10,
Baccarum Juniperi,
Rad. Scillae,
— Rhei aa *P.* 5,
Vini boni *P.* 1000.
Macera et cola.

Vinum diureticum amarum Corvisartii.

Rp. Cortic. Citri rec.,
— Winteri aa *P.* 60,
— Chinae fusc.,

Rad. Vincetoxici,
— Angelicae,
Bulb. Scillae āā *P.* 30,
Fruct. Juniperi,
Macidis āā *P.* 10,
Herb. Absinthii,
— Melissae āā *P.* 5,
Vini albi *P.* 4000,
Spir. V. rectificatiss. *P.* 100.

Digere per biduum, exprime et filtra. *Signa:* Ter quaterve quotidie cochlear cibarium. — In hydrope, anasarca et dyspepsia laudatur.

Vinum Hellebori albi
s. Veratri *Ph. Angl.*

℞p. Rad. Hellebori albi *P.* 1.
Concisis affunde
Vini Hispanici *P.* 3
Macera, exprime et filtra.

Vinum Hippocraticum.
Hippocras.

℞p. Tinct. aromatic. *P.* 8,
Olei Macidis *P.* $^1/_{480}$,
Sacchari albi *P.* 10,
Vini rubri *P.* 80.
Macera et cola.

Vinum Ipecacuanhae.

℞p. Rad. Ipecacuanhae *P.* 2.
Contusis affunde
Vini Hispanici *P.* 18,
Spirit. V. rectfss. *P.* 2.
Macera per biduum et filtra.

Ph. Batav. 1, 14 et 2.

Suppl. Ph. Bor. Rd. Ipec. 5, Vini Hispan. 24.

Ph. Hb., Hann. Rd. Ipecac. 6, Flaved. C. Aurant. 1, Vini Hispanici *P.* 48.

Ph. Sax. Rad. 1, Vini Hisp. 12; *Suec.* 1 et 8; *Dan.*; *Sl. H.* 1 et 16.

Ph. Belg. Rd. 6, Spir. V. rectfss. 3, Vini q. s. — Colat. = 100.

Ph. Fenn. Rd. Ipec. 1, Vini Rhenani 8.

Vinum Liquiritiae opiatum.
Elixir Papaveris. Vinum Opii crocatum *Ph. Fenn.*

℞p. Opii pulverati,
Extracti Liquiritiae,
Croci āā *P.* 1,
Vini Hispanici *P.* 48.

Per quatriduum digestas cola. *Ph. Suec.*

Ph. Fenn. Opii pulv. Scrpl. 8, Vini Rhenani Unc. 12. Per octiduum macera. Per tantundem temporis macera Croci Scrpl. 10 in Vini Rhenani Unc. 8. Liquores exprimendo colatos commixtosque filtra. In mixtura solve Succi Liquirit. dep. Unc. 1.

Vinum Liriodendri
corticis.

℞p. Corticis recentis Liriodendri tulipiferae (e fam. Magnoliac.) contusi *P.* 1,
Vini Hispanici *P.* 4,
Spirit. V. rectfss. *P.* 1.

Digere per aliquot dies et subinde agita; tum exprime et filtra.

Vinum martiatum
s. ferratum.

Vinum chalybeatum tartarisatum *Ph. Belg.*

℞p. Globulor. Tartari martiati pulv. *P.* 2,
Acidi citrici *P.* $^1/_2$,
Vini Rhenani *P.* 3.
Conterendo mixtis adde
Tinct. Cinnamomi *P.* 8,
Vini Rhenani *P.* 64.

Tum digere per quatuor horas, saepius agita et filtra post refrigerationem.

℞p. Ferri limati *P.* 2,
Cort. Cinnamom. Cass. 1,
Vini albi Rhenani *P.* 24.

Macera per aliquot dies et saepius agita, dein filtra. Colaturae sint *P.* 24. *(Suppl. Ph. Bor., Ph. Sl. H., Helv.)*

Ph. Hann. 4, 3, 72. Macera per mensem unum. *Ph. Suec.* 8, 3, 96.

Ph. Brit. Ferro-Kali tart. 1, Vini Hisp. 60*v.*

Ph. Batav. Ferri oxyd. fusci 4, Cassiae cinn., Macidis āā 1, Vini Rhenani 80. Digere per 12 dies et filtra.

Ph. Belg. Ferri lactici 1, Vini Hisp. 999.

Ph. Belg. Tinct. Martis tartarisatae 38, Vin. Hisp. 937, Aq. Cinnam. vinosae 25. Misce.

Vinum martiatum
Fulleri.
Vinum chalybeatum Fulleri.

℞p. Limaturae Ferri *P.* 16,
Succi Citri recent. *P.* 32.
Macera per unum diem, tum adde
Tinct. aromaticae *P.* 24,
Vini albi *P.* 480.

Macera per aliquot horas et filtra. *(Ph. Belg.)*

Vinum Opii fermentatum.
Opium s. Laudanum *de Rousseau.* Vinum Opii fermentatione paratum.

℞p. Opii pulverati *P.* 100,
Mellis crudi *P.* 400,
Aquae calidae *P.* 2000,
Faecum e fermentatione cerevisiae *P.* 10.

Bene mixtae stent per mensem unum, ut fermentent; tum exprime et filtra. Ex colatura Partes 200 destillando eliciantur, residuum colaturae autem usque ad remanentiam Partium 300 calore balnei vaporis evaporet, quam cum Partibus 200 liquoris destillati commixtam serva.

Vinum Opii Heimii.
Vinum Opii *Ph. Brit.*

℞p. Opii pulv. *P.* 2,
Vini Hispanici *P.* 19.

Macera per aliquot dies, saepius agita et filtra. Grana 60 Vini continent solubile e Granis 6 Opii.

Ph. Brit. Opii 3, Vini Hisp. 40*v*. Colatur. 40*v*.

Vinum pepticum.
Vinum digestivum. Digestivwein.

℞p. Tunicae mucosae internae abomasi vituli lactantis, deradendo collectae, *P.* 10.
Admisce
Vini Xerensis (s. Hispanici) *P.* 100,
Syrupi Sacchari *P.* 20,
Natrii chlorati *P.* 2,
Sacchari lactis *P.* 25.
Macera per tres dies, tum adde
Cort. Citri fructus recent.,
Cort. Cinnamomi Cass.,
Radicis Galangae āā *P.* 1
et iterum macera per diem unum, interdum agitando. Tandem admisce
Vini Xerensis *P.* 500.

Sepone per aliquot dies loco frigido et filtra.

Vinum Rhei amarum.
Elixir Rhei amarum.

℞p. Extracti Rhei *P.* 6,
— Gentianae *P.* 1.
Solve in
Vini Hispanici *P.* 180,
Tinct. Cinnamomi *P.* 10.

Sepone per aliquot horas et filtra.

Ph. Suec. Canellae albae 1, Rd. Gentianae 2, Rd. Rhei 8, Vini Hisp. 80, Spir. V. Gallici 16. Digere et filtra.

Ph. Fenn. Cardamomi 1, Rd. Gent. 2, Rd. Rhei 8, Vini Hispan. 96. Macera.

Vinum Scillae.

